BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
42 B
28

5
D
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
18.2

5-D-22

5
D
22

5.4.22.

PAVLI
DE PALATIO,
GRANATENSIS, . D.
HENRICI LVSITANIÆ
REGIS ET S. R. E. CARDIN.
Concionatoris, & Diuæ Catharinæ
Luſitan. Reginę Eleemoſinarij,
ac Sanctarum literarum in
Conimbricenſi Acad.
profeſſoris,

***

IN XII. PROPHETAS QVOS
Minores vocant, Commentarius.

Cum Indice rerum memorabilium.

Omnia iudicio S. R. E. ſubdita ſunto.

COLL. ROM. SOC. IESV. BIBL. SEC. IHS

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Ex Legato Illustriss. Foccini

LVGDVNI,
In Off. Q. Philip. Tinghi, apud Simphorianum Beraud,
ET
Stephanum Michaelem.

M. D. LXXXIIII.

f. lud. Ystella s. ex ap. palatij magr

ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENdiſsimo domino, D. Ioanni Alfonſo Meneſio, Archiepiſcopo Brachareñ,& Hiſpaniæ primati, Paulus Palacius Salazarius. S.

DEI Opt. Max. Arcano Conſilio actum eſt, Illuſtriſſime Antiſtes, vt ex innumerabili mortalium multitudine, per vniuerſum orbem latè, longéque diffuſa, Iudæorum ſibi populum Diuina Sapientia delegerit: quaſi ſpeciale peculium & hæreditatem, in qua regnum proprium & habitationem haberet. Quod Sapientia ipſa docet, cum ait: Præcepit mihi Creator omnium, & dixit: In Iacob inhabita, & in Iſraël hęreditare. Et ſic, inquit, in Sion firmata ſum: & in ciuitata ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea. Hoc ſuum Sapientia regnum innumeris illuſtrauit miraculis, glorioſis auxit victoriis, copioſiſſimis ditauit opibus, & infinitis propemodum omnis generis beneficiis cumulauit. At verò, quod eſt hominum ingenium, ad malum ab adoleſcentia propenſum, regnum illud tot exornatum muneribus iis omnibus ac Deo illorum collatore contemptis, gentium idola impiiſſimè coluit, & fœda criminum colluuie contaminatum eſt. Non decuit Dei bonitatem ac iuſtitiam, vt tot tantaque hominum ſcelera diſſimilaret, & populi tantopere dilecti ſaluti non prouideret, remediis, quæ eius vulneribus ſanandis commoda videri poterant, adhibitis. Annis igitur multis annonæ penuria, & terræ ſterilitate, eam gentem non ſemel miserè afflixit, ſæuiſſimis etiam peſtibus, ac truculentiſſimis hoſtibus, qui regionem frequentius vaſtarent, diuexauit. Et ne eos lateret, cuius cauſa hæc paterentur incommoda, noſſentque qua ea effugere poſſent ratione, ac Deum habere propitium, quàm plures ad eos prædicatores ac vitę magiſtros miſit, viros ſanctiſſimos, ac diuino ſpiritu locupletes & prophetiæ dono fulgentes, qui morum ſplendore, & prophetici muneris authoritate, atque ignitorum verborum robore, modo comminationibus vſi, modo pollicitationibus, ad populum habitis concionibus, homines è ſceleribus auocatos ad meliorem mentem traducerent. Conciones ex iis nonnullas, veluti è tot ſcripturarum naufragio erutas, ac incolumes Dei beneficio ſeruatas, inter ſacrorum Bibliorum volumina accipi-

mus. Quæquidem in libro duodecim Prophetarum (quo-
vulgo minores ſolemus appellare) continentur: & mul-
tiplicibus difficultatibus inuolutæ ſunt, quod in eis de re-
bus & loci & temporis longiſſima intercapedine à no-
bis diſiunctis ſermo ſit; quod etiam teſtati ſunt viri pie-
tate, ingenij acumine, & eruditione præſtantes, qui com-
mẽtariis ſcriptis, illorum Prophetarum vaticinia illuſtra-
re conati ſunt. Sed tanta eſt earum concionum cum ma-
ieſtas, tum difficultas vt non modo inſignia ſummorum
virorum admittat commentaria, ſed etiam noſtra, & cu-
iuſuis qui Propheticorum monumentorum intelligentiæ
ſtudioſus extiterit expoſitiones nõ reiiciat. Contendi igi-
tur ego neruos meos & qua potui diligẽtia adniſus ſum,
vt Vates illi ſanctiſſimi, apertius quàm hucuſque in iis
concionibus loquerentur, à lectoribus, noſtra quoad li-
cuit breui enarratione adiutis, eorum ſenſus percipi poſ-
ſet. Cum autem commentationes has noſtras, vt in lucẽ
prodirẽt, adornarem exoptatiſſimum nuntium non ſine
ingenti accepi lætitia, quo certior factus ſum, Sacram Ca-
tholici Regis noſtri Philippi Maieſtatem, qua ſolet vi-
gili cura, & prouidentia Regnis proſpicere, & huic ma-
ximè, ſibi paucis ante diebus à Deo conceſſo, eadem Bra-
charenſi Eccleſiæ conſulens, illius te Archiepiſcopum
deſignaſſe. Atque protinus mentẽ ſubiit cogitatio, quã li-
bẽter amplexus ſum, nullius protexioni, ac patrocinio ho-
ſce cõmentarios cõfidẽtius cõmitti poſſe, quã eni ob ani-
mi nõ minorẽ quã generis nobilitatẽ, & vitæ ſanctimoniã
cũ ſingulari prudẽtia, & eruditione coniunctã, illius anti-
quiſſimæ Metropolis cõcreditus dominatus, & cura com
mẽdata eſt. Verũ etiã ſi neq; id cõſideraſſẽ, neq; tantũ di-
uinorũ munerũ in te perſpexiſſẽ (quãtũ epiſtolæ anguſtiis
velle coarctare ſtultũ plane foret) qđ me ad has lucubra-
tiones tuo nomini dicãdas impellere poſſet: ille per quã
ingenui animi tui erga me affectus, qui à me probè per-
ſpectus eſt effeciſſet, vt vel animi grati ſignificationẽ hoc
literario munere (quale dominationi tuæ à me offerri par
eſt) exhiberẽ, eodẽque Bracharẽſi, ac in vniuerſum Luſita-
norũ Eccleſiæ de hac promotione publicè gratularer, ac
ſimul tibi de ea animorum conſenſione, quâ ab omnibus
inſigni iſto ac ſublimi loco dignus habitus es, etiam an-
tequam ad illam promouereris.

INDEX

INDEX RERVM INSIGNIORVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

ABdias, quis & quando fuit 197
Abexini, ſiue Abaßini 349
Abominatur Deus Sacerdotes malos, lege 458
Accarum 135
Adam pepigit pactũ cum Deo 46.47
Adorabant Iudæi militiam cœli, quomodo 353
Aestus quid 76
Aethiopia Nili, & Madiam 325. & ſeq.
Aethiopiæ ad fidẽ conuerſio 349
Alexander ſpurius 415
Alexander magnus ueneratur Iaddã Potiſicẽ & cur 413.370
Alexandro ceßit mare 426
Altare vnicum voluit eſſe Deus 57
Amaſiæ epiſtola contra Amos eius colloquium 179
Amon, & eius ſcelera 140 & ſeq.
Amos quis fuerit 127
Amos ter placat Deum, iamiam nocere paratum 175. & ſeq.
Amoſi reſponſio ad Amaſiam 180. & ſeq.
Amphora explicatio 397
Anachoritæ aratores 196
Angelus legatus contra Idumæam 200
Angeli legantur à Deo ibid.
Angelorũ miniſterio res humanæ adminiſtrantur 377
Angelus metitur Ieroſolymã 380
Anima quæ idola colit, adulterium contra Deũ admittit 4
Apoſtoli meſſores 195
Apoſtolicus animus paruo contentus 264. pulchrè deſcribitur eod.
Apoſtolorum victoria contra mundum 421
Apoſtoli lapides pretioſi 422
Aquæ viuæ Machabæi 448
Arabes habitãt in tentoriis 326
Arcturus ſydus ſeptent. 162
Arcus pro iuramento 327
Argenteus nummus, quantum valebat 22
Aſcalon 135
Aſſyrius populus quantũ regnauerit, & qualis fuit 102.103
Aſſyrius exercitus eod.
Aſſyriũ regnũ & Chaldæum, ab octo & ſeptẽ caſtigatum 274
Auaritia Iudæorum 183. eſt ignis 281.282
Aurum liquatum 295
Azael 131
Azotum 135

B

BAal quid 15
Baal peor, vel Phegor, & eius cultus

cultus 33.62.64
Babylonis vaſtatio 317. & ſeq. 320
Babylonis idola 320
Baiazetus Conſtantinopolytan. obſidet 42
Baptiſta promittitur ante Chriſtum cur lege 466. & ſeq.
Beatorum gloria. 476. ibunt quo volent. ſeq.
Benadad 131
Beneficia. 7. grandia Iſraeli à Deo collata 72. & ſeq.
Berſabee 160. & ſeq.
Bethel, Bethauen 33.160.161
Bethleem duplex 269
Bezetha vocatur filia latronis, & turma 268
Boſra 138

C

Calamitates magnas, antequàm veniant Deus reuelat 149.150
Candelabri Zachariæ fuſa explicatio 391. & ſeq.
Cantores in rebus triſtibus 165
Cantorum ſuauitas reprehenditur 172
Carmelus duplex 189
Cauſæ pulcherrimæ, propter quas peccator conuertatur 158.162. & ſeq.
Cetorum hiſtoria 340
Chanaan 205
Chalanè 370
Chaldæi fusè deſcribuntur 310. & ſeq.
Charitatis cauſa 463
Chemarim religioſi Iudæ 333
Cherets 339
Chriſtus vbi primum euangelizauit 9
Chriſtus quomodo venit ad oues quæ perierunt ex Iſrael 10
Chriſtus frequentiùs in feſtis ſua beneficia confert 16
Chriſtus quæ bona eccleſiæ largitur fusè, & pulchrè 17. & ſeq.
Chriſti fœdus cum homine 19
Chriſtus verus Dauid 25
Chriſtus poſt duos dies viuificauit nos pulchrum 43
per Chriſtum ſcimus, viuimus, & ſequimur Deum 44
Chriſtus egreditur vt diluculum, pulchrè 45
Chriſtus pluit iuſtitiam 69
Chriſti lucta cum Iacob. notanda. 77
Chriſtus qualis ſuæ Eccleſiæ, fusè & pulcherrimè 91. & ſeq.
Chriſtus quomodo doctor iuſtitiæ, fusè 111. & ſeq.
Chriſto omnia plena 113
per Chriſtum peccata ſepulta 289
Chriſtus inſtituit Euchariſtiam in monte Sion 204
Chriſtus & Apoſtoli nos in patriam reuocarunt 207
Chriſto hiſtoria Ionæ allegoricè accommodatur 231. & aliquot ſeq.
Chriſtus aſcendit in crucem, vt aliqua pandens Chriſtianis iter 257
Chriſti figura fuit Ezechias rex 268
Chriſti in Bethlehem natiuitas ibidem. & ſeq.
Chriſti duæ natiuitates naturales ambæ ab æterno 270.271
Chriſtus Patri natus: & natus vt eſſet

eſſet Dominator 270
Chriſti cauſa res omnes createæ ſunt 271
Chriſti cauſa Iudæi ſuſtinebãtur, vt ex eis ille naſceretur eod.
Chriſtus ſurrexit: & Euangelio orbem paſcit: glorioſiſſimus 272. & ſeq.
Chriſtus quomodo pax 273
Chriſtus finis 315
Chriſtus quomodo auferat peccata 289 ea diſſimulat.eo.
Chriſti aduentus pulchrè depingitur 315
Chriſtus venit tempore definito ibidem
Chriſtus venit in medio annorum mundi 322
Chriſti aduentus 383
Chriſtus patribus in figura videbatur humana eod.
Chriſtus ingrediens terrã promiſſi. in magna gloria introiuit 323
Chriſti cornua 324. amor in Sacerdotes 386
Chriſtus pugnauit contra Aegyptios in mari rubro 329
Chriſti reſurrectio de qua multa 343.nouum regnum eod.
Chriſtus Oriens,id eſt germẽ 389
Chriſti aduentus rebus omnibus motis 365
Chriſtus deſiderium omnium gentium 155.& 366
Chriſtum in caluaria, Deus in tẽplo ſuſcipiebat 367
Chriſtus venit contra Perſarum imperium 383
Chriſtus lapis cui Pater 7. oculos inſculpſit 389.& ſeq.
Chriſtus princeps Eccleſiaſticus & ſecularis 194
Chriſti hiſtoria à Dominica palmarum ad reſurrect. pulchrè 416
Chriſti apparatus cõtra mundum. 431.Chriſtus paſtor 420. Petra percuſſa, Fons patens 441
Chriſtus effundit ſpiritũ, & plangent ſuper eum 438.& ſeq.
Chriſtus poſt Baptiſtam, venit ad templum ſuum quomodo 467
Chriſtus conflator & purgator 466
Chriſtus ad quid venit in mundum 468
Chriſtus ſol iuſtitiæ 472
Chriſtiani Chriſtum ſibi caput ſtatuunt 10
Chriſtiana vita aſcenſus eſt ibid.
Chriſtianitas, quàm diffuſa 21. 263.195
Chriſtianitas eſt innocentia vitæ 112
Chriſtiani Principes omnes nationes poſſederunt 194
Chriſtianitas deſcribitur 196
Chriſtianorum multitudo 257
Chriſtianorum antiquorum officium & pax 263
Chriſtiani verè Deum colunt, non verò infideles 264
Chriſtiani nunquã reiiciendi 288
Chriſtianorum gaudij pulcherrimè cauſa 352.& ſeq.
Chriſtianitas ficus & vua 390
Cibeles mater deorum, & eius nomina 49
Clamant ad Deum peccata, clamat & ſanguis Chriſti 318
Cœtus quid? 160
Collumbæ ingenium. 52

Coniugatorum olim gloria, filios haberi. 65
Conuerti ad Dominum non eſt res ſumptuoſa, qualiter fiat 90
Cornuum: 4. viſio 378
Corus ſpondus aſinarium 183.57
Creaturæ ſeruiunt piis ſponte propter Deum 15
Crudelitas in proximum grauiſſ. ſcelus 134

D

Damaſceni venere ex Cyrene ibid.
Damaſci. 3. ſcelera, & quatuor 132
Damaſci campus, vbi idolum 131
Damaſcus vbi occiſus Abel vocatur Aram Syriæ 130
Damnatorũ ſtatus deſcribitur 125
Darij tres 371
Decimæ iubentur 155
Decimæ iudæorum quales 100
Deliciæ carnales reprehenduntur acerbè 171
Demeſeq & demeſſeq 151
Deus Synagogã duxit vxores 4
Deus non eſt accuſandus ſi diligit eum, qui poſtea malus eſt 4
Deus vir & ſponſus animæ 4 12.20
Dei potentia eſt velut ſemen 10
Dei cauſa contra iniquos apertè iuſta. 12. Ipſis etiam iudicibus 150
Dei iudicium cum homine 26
Dei ſententia contra peccatores 35. & ſeq.
Deus peccatoribus tinea & putredo. 40. & ſeq. *leena pard. vrſa* 82
Deus mortificat & viuificat 42
Deus nobiſcum facit pluſquam debet 46
Deus ſanctitatem vult, potius quàm ſacrificium ibid.
Deus vult vt ſciamus r oſtrum auxilium ab eo eſſe 52. & ſeq.
Deus delectatur in hominibus piis 63
Dei miſericordia ineffabilis 75
Dei clementia 79.88. *clementia admiranda* 162
Deus gratioſus, è viſcerib. amans, mitis, beneficus fusè 106
Deus mutat ſententiam 107
Paſtor noſter eſt eod.
Deus è ſuo templo dabat vocem & qualis fuit vox 130
Deo omnis victoria adſcribenda 147
Deus peccatores irridet 154 & *ſeq. conuerſos recipit* 207
Deus iurat per animam ſuam 172
Deus placatur à ſanctis, nobis id ignorantibus 176
Deus in cœlo ædificat ſedẽ ſuam 190
Deus magis vult haberi miſericors quàm verax 219
Deus prius admonet, quàm punit crimen 232
Deus quare Ionãm in Niniuem amandauit, ſi eam non erat puniturus 242
Deus in bilance ponderat pios & impios 244
Deus ſpecialiter in tẽplo ſuo 246
Dei laudes 293. & ſeq.
Deus deſerit deſerẽtes ſe 246. & *ſeq. Quærit pios, nec inuenit* 283
Dei cum peccatoribus pulchra diſceptati

diſtēpatio 277
Deus quid requirat à nobis 258
Deus quomodo ſacrificia quærat à nobis 279.& ſeq.
Deus ſummum habet furorem & ſummam miſericordiam 293
Deus ſi eſt in templo ſancto ſuo, quid agendum 321
Deus miniſtros ſuos ſanctificatos nominat 334
Dei erga homines incredibilis amor 352.381
Deus quomodo rerum cauſa 359. prius ſe ad nos conuertit 372. & ſeq.
Dei colloquium cum angelis & dæmonibus 375
Deus quid quærat à nobis 407. & ſeq. 412
Deus iratus & conuerſus 409
Dei beneficia. 411. Tua mirabilia 435
Dei expoſtulatio 469
Diabolus carbo ignitus 387.325
Dies tres, legis naturæ, veteris, & gratiæ 261
Dum Domini deſiderantes 166
Diuites à Deo abiecti 69
Diuites reprehenduntur 169
Diuitias dat Deus 361
Diuina cū timore audiuntur 322
Doctores in cælo 125
Domus pro familia 193
Domus regum æſtiua, & hyemales 152. eburnea eodem
Draconum voces 248

E

Eccleſia tot habet filios, quot fideles populos 11
Eccleſia per Chriſtum plena ſcientia 143
Eccleſia vt abies 94
Eccleſiæ fructus ex Chriſto ibid.
Eccleſiæ varij ſtatus Apoſtoli Martyres, Anachoritæ, Principes 195.& ſeq.
Eccleſia prima in terra ſancta 384
Edom, & eius 4. ſcelera 139
Edom factus vt ſeruiret Iacobo fratri minori 199
Elias veniet ante iudicium, cur. 478.& ſeq.
Emath vocatur anthiochia 170. vide Reblatha 414
Ephod duplex 23. Epha & Eph 183 i
Ephraim contendebat cum aliis tribubus de regno 58
Ephraim gloria 63
Ephraim beneficiis affectus recalcitrat 83. erant bellatores 425
Euangelium ex Sion, longe lateque prædicatum 263
Euangelio audito Reges & Cæſares vitam mutant 238
Euchariſtia bonum Dei 25
Euchariſtia fuſè explicatur 93. & ſeq. 384
Euchariſtiæ ſatietas 114
Euchariſtia ſalutio noſtra 204
Euchariſtiæ diuinè tractata 422
Euchariſtia offertur aa omnibus in omni loco 459
Euchariſtia ſacrificiis Iuda 467
Ezechias virga percuſſus figura Chriſti 268

F

Famis pulchra deſcriptio 100.& ſeq.
Famis verbi Dei 182
Feſtinantes quid 166

Fiducia in Deum 283.*& ſeq.*
Frenum & phaleræ conſecratæ Deo 452
Futura cognoſcere nimis optamus 259

G

Gabaa 39
Galaad 47.80.139.*eius ciuitates* eod.
Galgala, quid 32.80.64.161
Gaza 134. *tria eius ſcelera, & quartum* 135
Gentilitas eiecta & claudicans, à Deo *recipitur* 265.354
*Geth.*135.170.*Geth.opher* 219
Geth. Michea. & Philiſtæorum 249
Gloria beatorum fusè explicatur 125
Gloria beatorum.4.ordines habet ibidem
Gloria in excelſis canitur ab angelis in turre gregis 265
Granata patria Authoris. 181. *& ſeq.*

H

Habacuc, quis & quando fuit. 307
Habacuc conqueritur coram Deo 309
Hadrach 413.*& ſeq.*
Haggæus quando prophetauit vbi lege multa 355.358
Hebdomadæ Danielis 44
Hebræorum regnum in duo regna diuiſum, ſcilicet, regnum Iuda & Iſrael 207
Hieruſalem clariſſima 145
Hiſpania 206
Honor Dei *& timor quid* 456

I

Iacob cum Chriſto luctans fleuit, & cur 76.*& ſeq.*
Iacob laudes, & eius ad ſuam familiam concio pulchra 77
Idola quomodo colebantur 12
Idololatria eſt adulterium contra Deum 3
res horrenda 48
Idololatrarum pœna 60
contra Idololatriam 320
Idumæi ex inſidiis occiſi 200
Eorum vaſtatio 199
Iehu Regis crudelitas 6.*quomodo rediit ad idola* 50.*& ſeq.*
Ieiunium quale velit Deus 407
Ieroboami duo poſterior fauorem Dei *habuit* 1
Ieroboami grande ſcelus 81
*Ieroſo. deſcriptio.*449.*& ſeq.*138
Ieroſolyma columba 344. *& eius flagitia* eod.*& ſeq.*
*Ieroſolyma quoties capta.*202.*& eius excidium.* 337
Ieroſolymæ octo portæ & forum 336
Ieſus ſacerdos magnus 358
Ieſu ſacerdotis emundatio 386
Ieſus princeps Eccleſiaſticus & ſecularis 402
*Iezrael quid.*5.*in* Iezrael *commiſſa pugna cum Aſſyriis eſt* 6
Iezrahel ſemen Dei 10
Ioel quando prophetauit 94
Ioel tradit de vera eruca, locuſta, brucho, rubigine 96
Ionæ hiſtoria accommodata Prædicatoribus 249
Ionæ ira non fuit culpa mortalis 240
Ionæ hedera 241

Ionas ſine miraculis creditur 236
Ionas quis, & vnde 219
Ionas quomodo fugit Deum 222
Ionam mittere in mare an licuerit 226
Ionas in ventre ceti orat. & auditur 228.230
Ionas vbi euomitus 231
Iona hiſtoria Chriſto accommodatur ibid. & aliquot ſeq.
Ioppe erat in tribus Ephraim 224
Iſaac 278
Iſrael in qua mala incidit ob peccatum 65.12.13
Iſrael percutitur ab Hazaele 52
Iſrael terra pulchra 65
Iſrael vocatur virgo 80
Iſraelis pœna 67.83.152
Iſraelitarum quidam tempore Cyri redierunt in patriam 6
Iſraeli collata beneficia recenſentur. 72. & ſeq. & 76. & ſeq. & 146
Iſraelitarum ſcelera 144.163
Iſraelis regnum ampliſſimum 171
Iſrael cur dicatur Iezrael 5
Iſraelis regnum deſtructum nunquam reparatum eſt 7
Iudaiſmi interitus 276. calamitas 287. fœlicitas 377
Iudas prælatus aliis tribubus 68 & ſeq.
Iudæi ad occidentem orant. 241
Iudas per 40. annos Deo non ſacrificauerunt, ſed idolis 167. & trib ſeq.
Iudæ ſcelera 144
Iudæi carent Rege & Principe, carent ſacrificio, carent ephod. carent idolo, carent Deo 23
Iudæi conuertentur in fine mundi 25.116.354
Iudicij dies fuſiſſimè explicata 117. & ſeq. 338
Iudicij dies omnia purgabit 126
Iudicij dies 474. fuſius
Iudicij diem quæ prodigia præcedent 115
Iudices iniqui quibus ſimiles 171
Iuramentorum pœna 396
Iuſtitiæ laudes 47
Iuſtificationis cauſa 21

L

Lachis differt nimis à Lais 250
Legis Dei ignorantia non excuſat 28.32
Leges quales eſſe debeant, pulcherrimè 73
Legem naturæ violare grande ſcelus 145
Legis laudes 478
Leo, leæna leopardus 81
Libellus repudij 465
Lucrum bonum & malum 317. & ſeq.

M

Machabæor. victoriã quæ conſecuta ſint 451
Machabæorum à Deo auxilium 450
Machabæi reſtituerũt Iudæis terram promiſſionis 207
Machabæorum laudes 276. felicitas 287
Malachias quis fuit 453
Mareſa & moreſa 245.251
Maſpha, & Miſpha 56
Melchon, Melchum, Moloch idolum 140
Michael princeps olim Sinagogæ. nunc Eccleſiæ. Sedet ſuper equo ruſo

rufo, ſequuntur eum alij angeli 375
Michaas ex tribu Iuda, ex Moreſa, non fuit præcipitatus 245
Micheas optat non eſſe propheta, & mendacia loqui 256
Miſericordia Dei punire naſcentia peccata 31
Miſericordia & iuſtitia Dei pulcherrima contentio 75
Miſericordia in proximum liberat à malis 172
Mna, Mina, Manach 183
Moab 141. & eius ſcelera. 142. eius ſuperbia 342
Moabitæ combuſſerunt oſſa Regis Edom 142
Mons Moria, vbi templum, qualis fuit 262
Mors non malum 401

N

NAbuchadonoſor vaſtauit vniuerſam terram 337. & 343
Nabuchodonoſor alius poſt illum magnum 292
Nabuchodonoſor magnus qualis 311. & ſeq.
Nahum quando fuit 291
Quis fuit, & quando 293
Neginoth muſicũ inſtrumentũ 321
Nili incrementa 185
Niniue ciuitas longè clariſſima 151
Niniue quomodo habebat tres dies itineris 235
Niniuæ vaſtatio. 295. facta à Macedonibus 202
Niniuis ſcelera 301
Niniuis religioſi 306
Noammon eſt Alexãdria 286. vbi multa de ea
Noammon vaſtata & ab Alexandro reſtituta 308

O

OBlationes Deo quales 457
Onager animal ſolitarium 57
Oratio quando non impetrat 37
Oratio impiorum, quomodo ei reſpondeat Deus 55. & ſeq.
Oratio pro bonis temporalibus non ſemper auditur 258
Orion ſydus meridionale 161
Oſeæ tempore Synagoga fuerat meretrix. fol. 1. in Argumento
poſt Oſeam Synagoga genuit tres filios, id eſt tres populos in tribus ſtatibus eod.
Oſeas fuit Hieroſolymitanus ex patre propheta 4
Oſeas duxit vxorem legitimam 3

P

PAleſtinorum planctus 330. & ſeq. eorũ vrbes. 339. & ſeq.
Paſſionis Chriſti effectus 390
Paſtoris obſcuriſſ. hiſtoria aperte explicata 428
Pater æternus ſaluauit Iudæos per Filium & propter Filium 7. & ſeq.
Peccatorum duo remedia 46
Peccator non eſt cur lætetur 58
Peccatori paſcit ventum 75
Peccati fructus eſt pœna 287
Peccatores pugnantes contra Deũ 147
Peccatores viuũt propter iuſtos 142
Peccatorum cauſa acerrimè punitur 247
Peccata per Chriſtum ſepulta, maledictus qui ſuſcitat ea 289.

Peſtis tẽpus deſcribunt 173.182
Pij rari ſunt 63.183.285
Pius cum læditur, Chriſtus læditur 383
Piorum & impiorum differentia 474.& ſeq.
Pinoth ſunt turres excelſæ 337
Pluuia petenda à Deo 423
Pœnitentiæ modus 105
Pœnitentes quid facturi ſunt, pulcherrime 90
Pœnitentiæ dolor contra Lutherum, 237. ſaccus ieiunium. eod.
Pœnitentia ex Deo peccata certò debet incertè ex nobis 139
Pœnitentia conſiſtit potiſſ. in conuerſione de via mala ibid.
Populi verba contra prædicatores 254.374
Prædeſtinatio vide 454
Prædicatores prædicando deteruntur & conſumuntur 46
Prædicatores Chriſtiani conditiones 260
Prædicatoris à Deo dare, grande beneficium 373
Principum munus 258
Conditiones 395
Principum miniſtri quales 69
Principum peccata 153.258.& trib. ſeq.
Proceſſionum antiquitas & vſus 17
Prophetæ in lumine prophetico videbant, ideò Videntes dicebantur 39.79.259
Prophetæ falſi. 61. à diabolo arrepti, eod. & decepti 259. & ſeq.
Prophetiæ certitudo. 150. earum conditiones 405
Prophetas loqui prohibent impij 254
Prophetæ erant tunc, vt religioſi nunc 259
Prouidentia Dei 556
Proximorum dilectio eſt tota lex 239
Pyrethi religioſi 333

Q

Quadrigarũ Zachariæ pulchra explicatio 401
Quadraginta eſt numerus pœnitentiæ 236
Querimonia ſanctorum coram Deo 318
Querimonia impiorum 470
Qiqaiõ Hebreis, quid 242

R

Rabbath vocata Ammana & Philadelphia 139
Reblatha, vocatur Emath, Antiochia, Epidaphne 170
Regem petiiſſe ud aos fuit grande ſcelus 62.67.82
Regum & principum pulchra figura 4
Regnum Hebreum diuiſum 32
Religioſi, quid ſint in populo 147
Rempham D. Stephano, eſt Venus aut Saturnus 168
Res noua & inaudita 59
Reſpublica qualis eſſe debet 62
Reſurrectio Chriſti de qua multa 347

S

Sacerdos ignorans 28
Sacerdotum peccatum conuinere peccatis ibid.
Sacerdotes caſtigantur à Deo 29
Sacerdotum lex 29. cum angelis familiaritas 388
Sacerdotum poteſtas, oratio 101. & ſeq.

ruſo, ſequuntur eum alij angeli 175
Micheas ex tribu Iuda, ex Moreſa, non fuit præcipitatus 245
Micheas optat non eſſe propheta, & mendacia loqui 256
Miſericordia Dei punire naſcentia peccata 31
Miſericordia & iuſtitia Dei pulcherrima contentio 75
Miſericordia in proximum liberat à malis 172
Mna, Mina, Manach 183
Moab 141. & eius ſcelera. 142. eius ſuperbia 342
Moabitæ combuſſerunt oſſa Regis Edom 142
Mons Moria, vbi templum, qualis fuit 262
Mors non malum 401

N

Nabuchodonoſor vaſtauit vniuerſam terram 337. & 343
Nabuchodonoſor alius poſt illum magnum 292
Nabuchodonoſor magnus qualis 311. & ſeq.
Nahum quando fuit 291
Quis fuit, & quando 293
Neginoth muſicũ inſtrumentũ 321
Nili incrementa 185
Niniue ciuitas longè clariſſima 151
Niniue quomodo habebat tres dies itineris 235
Niniuæ vaſtatio. 295. facta à Macedonibus 202
Niniuis ſcelera 301
Niniuis religioſi 306
Noammon. eſt Alexãdria 286. vbi multa de ea
Noammon vaſtata & ab Alexandro reſtituta 305

O

Oblationes Deo quales 457
Onager animal ſolitarium 57
Oratio quando non impetrat 37
Oratio impiorum, quomodo ei reſpondeat Deus 55. & ſeq.
Oratio pro bonis temporalibus non ſemper auditur 258
Orion ſydus meridionale 161
Oſea tempore Synagoga fuerat meretrix. fol. 1. in Argumento
poſt Oſeam Synagoga genuit tres filios, id eſt tres populos in tribus ſtatibus eod.
Oſeas fuit Hieroſolymitanus ex patre propheta 2
Oſeas duxit vxorem legitimam 3

P

Paleſtinorum planctus 330. & ſeq. eorũ vrbes, 339. & ſeq.
Paſſionis Chriſti effectus 390
Paſtoris obſcuriſſ. hiſtoria aperte explicata 428
Pater æternus ſaluauit Iudæos per Filium & propter Filium 7. & ſeq.
Peccatorum duo remedia 46
Peccator non eſt cur lætetur 58
Peccatori paſcit ventum 75
Peccati fructus eſt pœna 287
Peccatores pugnantes contra Deũ 147
Peccatores viuũt propter iuſtos 142
Peccatorum cauſa acerrimè punitur 247
Peccata per Chriſtum ſepulta, maledictus qui ſuſcitat ea 289

Peſtis tẽpus deſcribunt 173.182
Pij rari ſunt 63.283.285
Pius cum læditur, Chriſtus læditur 383
Piorum & impiorum differentia 474.*& ſeq.*
Pinoth ſunt turres excelſæ 337
Pluuia petenda à Deo 423
Pænitentiæ modus 105
Pænitentes quid facturi ſunt, pulcherrime 90
Pænitentiæ dolor contra Lutherum, 237. *ſaccus ieiunium. eod.*
Pænitentia ex Deo peccata certò debet incertè ex nobis 139
Pænitentia conſiſtit potiſſ. in conuerſione de via mala *ibid.*
Populi verba contra prædicatores 254.374
Prædeſtinatio vide 454
Prædicatores prædicando deteruntur & conſumuntur 46
Prædicatores Chriſtiani conditiones 260
Prædicatoris à Deo dare, grande beneficium 373
Principum munus 258
Conditiones 395
Principum miniſtri quales 69
Principum peccata 153.258.*& trib. ſeq.*
Proceſſionum antiquitas & vſus 17
Propheta in lumine prophetico videbant, ideò Videntes dicebantur 39.79.259
Prophetæ falſi. 61. *à diabolo arrepti, eod. & decepti* 259. *& ſeq.*
Prophetiæ certitudo. 150. *earum conditiones* 405
Prophetas loqui prohibent impij 254
Prophetæ erant tunc, vt religioſi nunc 259
Prouidentia Dei 556
Proximorum dilectio eſt tota lex 239
Pyrethi religioſi 333

Q

Quadrigarũ Zachariæ pulchra explicatio 401
Quadraginta eſt numerus pœnitentiæ 236
Querimoniæ ſanctorum coram Deo 318
Querimoniæ impiorum 470
Qizatõ Hebreis, quid 242

R

Rabbath vocata Ammana & Philadelphia 139
Reblatha, vocatur Emath, Antiochia, Epidaphne 170
Regem petiiſſe ud aos fuit grande ſcelus 62.67.82
Regum & principum pulchra figura 4
Regnum Hebræum diuiſum 32
Religioſi, quid ſint in populo 147
Rempham D. Stephano, eſt Venus aut Saturnus 168
Res noua & inaudita 59
Reſpublica qualis eſſe debet 62
Reſurrectio Chriſti de qua multa 347

S

Sacerdos ignorans 28
Sacerdotum peccatum conuincere peccatis *ibid.*
Sacerdotes caſtigantur à Deo 29
Sacerdotum lex 29. *cum angelis familiaritas* 388
Sacerdotum poteſtas, oratio 101. *& ſeq.*

& ſeq. 109

Sacerdotium quo tractandum 388

Sacerdotum iniquorum pœna 461

Sacerdotale fœdus fuſè explicatum eod.

Sacrificia qualia quærit Deus 281

Sacrificiorum vtilitas 97. & ſeq.

Sacco ſe olim in luctu veſtiebant & barbam radebant. 136. 137

Salmana, & Salmuna 70. & ſe.

Samaria obſidetur 185. & ſequ.

Sanctus quid ſit. 283

Sardinapalus Ionæ audito fit pœnitentiæ ſpeculum. 138

Scientia Dei ſepulta. 26

Scriptura canonica, quæ f. 1

Sedechias. 319

Senacheribi hiſtoria punctim & fuſè prænuntiata 266

Senibus ſcelus eſt non colere Deum 52

Siclus & Siclum Sequel quantum valebat 183

Sichem 48

Sigaion quid 321

Simonia 260. & ſeq.

Sophonias, quis, & quando 332

Sortes an mittere liceat 124

Spiritus ſancti aduentus facit prophetas, dat reuelationes 115

Spiritus ſanctus noua labia dabit 348

Spirituum malorum varietas 337

Sponſus meretur adulterium ſponſæ 31

Status Eccleſiaſticus & ſecularis 395

Sterilium annorum cauſa 361. 369

Struthionum voces. 248

amor erga prolem. eod.

Superbis Deus eſt terribilis. 342

Superbia in bonam partem. 181

Superliminare quid 188

Sychomorus 179

Sinagogam Deus duxit vxorem, perfectam 4

Sinagogæ poſt Oſeam tres ſtatus, velut. 3. quos peperit filios 5

Synagoga chriſtum parturiebat 271

Syri venerunt è Cyrene, & in eam reducuntur 191

T.

Tabernaculum, id eſt domus 192

Templi Dei vaſtatio 427

Templi ſecundi maior gloria, quam primi 367

Templum ſecundum quando cepit 363. non reparabitur. 367

Templi Salomonis qualis ſtructura 108

Templa quomodo ædificanda & ornanda 360. 363

Terra promiſſionis fluebat lacte & melle 8. eius fœlicitas 74

Terræmotus de quo Amos loquitur quando fuit 128

Terræmotus in Samaria. 172 182

Terræmotus magnus 446

Thabor quid 35. & ſeq.

Tharſis quæ & de ea multa 221

Themam. 138. 201. In Themam militiæ robur, & ſchole eod.

Tibicines in rebus triſtibus 253

Torrens deſerti 243. & ſeq.

Transmigratio Iudæorum in Hiſpaniam 206

Tremuit terra Deo in Paleſtinam veniente 325

Tribulatio felix quæ ad Deum redire compellit 14

Tribulationis tempore quid faciendum

ciendum 118
Tribulatorum conſolatio 285
Trinitatis ſanctiſſ. probatio pulchra. 7
Trinitas innuitur 77
Trinitas exprimitur 364
Trinitas clarè aperitur 382. & inde.
Triturare ad potentiam contra ſubditos pertinet 69
Trulla cementaria quid 179
Turris gregis, vbi canunt Angeli 265
Turba canebat claſſicum in Sion tempore belli 102.108
Tyrus vrbs celeberrima 63, eius 4. ſcelera 137
Tyrus & Sydon fons eruditionis 414

V.

VAccas colebant Aegyptij, & Iſraelitæ 66
Vectes maris ſunt imperium Dei 230. & ſeq.
Ventilare eſt indicare 69
Ventus vrens, Eurus 83
Verbum fieri in manu, quid? 359
Verſio vulgata defenditur. 88 101.168.281. & ſeq. 299
Vinacia vuarum pro ebrietate. 22
Vinum an magis inebriet quàm muſtum.
Vinum eſt ignominia 34
Vinum Libani generoſum. 39
Vinum dabatur damnatis. 146
Vir cur vxorem amare tenetur. & ſeq. 159
Virgo ſponſum amiſſum dolet. 97
Virgines in cœlo. 124
Virgo Iſrael. 160
Vita ſanctum initium, medium, & finis à Chriſto, 330
Vncinus pomorum, quid, & eius ſignificatio. 181. & ſe.
Voluminis Zachariæ explicatio. 396
Vota pinguium quæ. 167
Vota Iudæorum in anguſtia ſua 230

X.

XErxem numen coegit, vt exercitum in ſuum malum pararet. 383.

Z.

ZAcharias quis 372
Zara cum infinitis Aethiopibus deſtruitur 191
Zelus Sacerdotum idolorum, quem pro ſuis Idolis habebant 36.48
Zorobabel quid, & quis. lege. 37

FINIS.

PAVLI DE PALACIO COMMENTARIA IN DVODECIM PROPHETAS, QVOS MINORES VOCANT.

OSEAS.

CAPVT hoc duas partes habet. Priore præcipit Dominus Oſeæ, vt meretricem ducat vxorem. Paret ille mandato: & ex meretrice tres ſuſcepit filios. primum vocat Iezrael. ſecundum, Abſq; miſericordia: tertium, Non populus meus. Significabant hæc, quod Dominus duxerat Synagogā Iſraeliticam cum idolis fornicantē: ex qua populus poſt Oſeam naſciturus, 3. erat habiturus ſtatus. velui 3. Synagogę filios. Primus à Iehu ad Zachariam eius abnepotem, Populus huius ſtatus vocatur Iezrael. Secundus à Zacharia ad Oſee Regem, in quo ceſſauit regnum Iſraelis, ſine reparatione: Ideò populus huius ſtatus vocatur, Abſq; miſericordia Tertius ab hac Iſraelis vaſtatione, in qua Gētiles in Iſraelē adducuntur. Ideò vocantur, Non populus Dei. Parte poſteriore prædicitur vocatio huius gentis ad Chriſtum. *Argumentum c.1.*

CAPVT I.

V*Erbum Domini, quod factum eſt ad 2. Oſee, filium 3. Beeri: in diebus 4. Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda: & in diebus 5. Ieroboam, filii Ioas 6. regis Iſrael.* Verbum Domini. Hoc differt Scriptura canonica, ab ea quæ canonica non eſt: quod in hac hominis ſcribentis verba miſcentur. in illa verò, vniuerſa ſunt verba Dei. iuxta illud Petri, Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt Sancti Dei homines. Expectabat enim *2. Petr. 1.*

calamus prophetę, vt Deus loqueretur, quod ille ſcriberet. Hoc igitur vult nos Propheta docere, ſcilicet quod verba huius prophetiæ erant veriſſimè verba Dei. vt & Paulus docuit, cum dixit, An experimentum quæritis, eius, qui loquitur in me Christi? ¶ 2. ad Oſeæ. Vatablus ex Rabinorum authoritate dicit, Oſeam fuiſſe Ieroſolymitanum. Aſſerunt enim illi, cum prophetæ patria non ſcribitur, Ieroſolymitanum eum fuiſſe intelligi. At libellus D. Epiphanio inſcriptus, cum vitam Oſeæ nobis tradit, aſſerit eum fuiſſe natum in ciuitate Bethlemoth, de tribu Iſachar. Idem voluit Petrus de Natalibus, in huius prophetę vita ¶ 3. Filiū Beeri. Mos fuit Orientalibus, vt nunc eſt Arabibus, in titulis ſuis, de parentibus facere mentionem. Nam & Auicenna hunc ſuo libro titulum præfixit. Abuhali Alhaſen, filius Ali Ebenſina. Iam ſi Hæbrei vera dicunt, videlicet, cum Prophætæ pater exprimitur, ſignificatur etiam patrem prophetæ fuiſſe prophetam, planè fiet, vt pater noſtri prophetæ propheta fuerit, licet nihil ſcriptum reliquerit. Vt & Elias, Eliſæus, Ahias, qui fuerunt prophetæ, licet eorum ſcripta non extent. ¶ 4. Ozie, Ioathan. Ne lector exiſtimes Oſeam prophetauiſſe, per vniuerſum tēpus horum 4. Regum. alioquin prophetaſſet. 113. annis, per quos horum Regum vita durauit. Sed prophetauit ab extremis temporibus Oziæ, ad prima Ezechiæ, quod grande etiam tempus eſt. vt ſit dolendum, tam longi temporis, tam exiguam prophetiam ad nos vſque peruenisse. ¶ 5. Ierobeam filij Ioas. Hic Rex labantem Iſraëlem, Diuino fauore reſtituit. fuerat alius Ieroboam Rex Iſraelis prior, qui filius Nabat dicebatur: peſtilentiſſimus ille planè, qui primus idola in Regnum Iſraëlis inuexit. 6. Regis Iſrael. Præ oculis lector habeto, vt prophetas intelligas, Regnum Hebræum, à morte Salomonis, in duas partes fuiſſe diuiſum, ſcilicet in regnum Iuda: & regum Iſraël. In illo erat tribus Iuda, & Beniamin: in hoc verò reliquæ tribus. In illo regnabant Principes ex ſemine Dauid: in hoc ex Ephraim, & aliis tribubus. In illo vtcunque perſeuerabat fides & religio Dei: in hoc vigebat idolorum cultura. Ac propterea, omnes pij illud amabāt, hoc abominabantur, Hac ratione Oſeas grauatè admodum de rege Iſraëlis mētionem facit, eumque vnicum adducit, de quo meminiſſet, niſi per eum Dominus multa Iſraëli beneficia contuliſſet. lege lib. 4. Regum. Vide etiam, quàm liberè dicit Eliſæus ad Ioram Regem Iſraël, Niſi erubeſcerem,

Marginalia: *2 Cor. 13.* — *Vatablus.* — *Epipha.* — *Pet. de natal.* — *Auicēna.* — *Rabini.* — *4. Reg. 15* — *4. Reg. 3.* — *3. Reg. 12.* — *4. Reg. 14* — *4. Reg. 3.*

cerem,inquit , vultum Ioſaphat Regis Iuda , non atten-
diſſem te,neque reſpexiſſem.

Principium loquendi Domino,in Oſea. Id eſt,Hæc quæ ſequitur, eſt prima prophetia, quam loquutus eſt Dominus per Oſeam. Vt cum Samuel neſciebat Dominum , principium loquendi Domino cum eo fuit , quando eum vocauit, & de excidio totius regni Hebræorum admonuit.Et Hactenus titulus huius prophetiæ.

Et dixit Dominus ad Oſeã,vade ſumme tibi vxorem fornicationum:2.& fac tibi filios fornicationis.3.quia fornicans fornicabitur terra à Domino.Et abijt,4.& accepit Gomer filiam Debalaim. Id eſt, vade , & ſume vxorem , quæ multis fornicationibus fuerit polluta.Imò verò (ſi licet per viros doctos) ſenſus eſt , Sume tibi vxorem, quæ poſt matrimonium , contra eius fidem fornicetur. Id enim indicat vox fornicationum, ſcilicet quas admiſit facta iam vxor. Indicat ſecundò, quod ſubdit,fac filios fornicationum. Nam filij eius , quæ fidem connubij ſeruat , dici nequeunt filij fornicationum. Indicat tertiò,quod ſequitur, quia fornicans fornicabitur terra. Ergo vt ſimilitudo conſtet, vxor Oſeæ poſt matrimonium fornicabitur.vt & terra fornicabitur. Et ita egregiè quadrat hiſtoria Oſeæ habentis vxorem adulteram , cum hiſtoria Dei , qui Rempublicam Iſraëlis duxit vxorem:vt ex ea filios ſuſciperet veræ pietatis amicos,ac ideò bonorum Dei hæredes.at Reſpublica illa coniugij fide violata,ſuum Deũ reliquit , & diis alienis adheſit. Hęc eſt ſignificatio huius, quam interpretamur hiſtorię. ¶ 1. vxorem. Ergo iuncta eſt hęc mulier noſtro Prophetę,matrimonio legitimo.id enim nomen vxor euincit. Neque verò me fugit aſſertio Soti, quod non peccaſſet Oſeas , ſi coiſſet cum fœmina illa etiam ſi non eſſet vxor. Si quidem in eam rem , fuerat Prophetę à Domino conceſſa.Id verò ego non curo:ſolum hoc vrgeo,fœminam hanc fuiſſe legitimam vxorẽm Oſeę. Fateor verbum Hebręum hoc loco,pro vxore mulierem habere:mihi verò ſat eſt,quod noſtra verſio habeat, vxor. Accuſant quidam hîc Deum qui futuram fornicariam duci iuſsit vxorem. ¶ Accuſent ergo quod angelos,futuros malos creauerit: quod Adam in paradyſo collauerit quod Saulem , Dauidem , Salomonem Reges effecerit: & quod noſtro propoſito conuenit , quod filios enutrierit & exaltauerit , qui tamen ſuo Deo relicto diis alienis adheſerint Deus bonos , & liberos facit. Si peccamus , culpa noſtra

Soto in 4. di.33.q.1.ar.2. & de Iuſti. li.2.q.3. ar.8.

אשה

Apoc.12.

Gen.3.

Iſai.1.

eſt,& Dei magna prudentia, qui noſtris malis vti ſcit, in
Eccles 3. gloriam ſuam.¶ 2.fac filios fornic.id eſt,fac filios, qui vocentur filij matris fornicantis.Luſtra lector vniuerſa,& credes non potuiſſe filios fornicationũ vocari, qui filij eſsent matris fidem viro ſuo ſeruantis. Sed quia hæc fidem violauerat,ideò filios fornicationum Dominus nominauit.vt filij Iſrael erant filij Reipublicæ fornicatiæ,ideſt idola colẽtis.¶ 3 quia fornicans fornicabitur terra. aptiſsimè & quadrantiſsimè aptat figurã veritati. id eſt vxorem Oſeæ adulterantem cum republica Iſraelis, quæ relicto vero ma-
Oſea.3. rito,cum idolis fornicabatur. ¶ Quo loco notabis Deum
2.Cor. 11. eſſe ſponſum, virum, & maritum ſanctarum animarum. iuxta illud,Sponſabo te mihi in fide.& illud,Deſpondi vos vni viro,virginem caſtam exhibere Chriſto. & item,Chriſtus tradidit ſe pro Eccleſia, vt exhiberet ſibi ſponſam immaculatam. Hinc neceſſario fit, eam animam fornicari, quæ Deo reiecto,idolis adhæret,vt frequens eſt in prophe-
Ierem.3. tis.¶ 4. Gomer. Hoc vocabulum ſignificat conſumatam,
Ezech.16. quo nomine vocabatur vxor Oſeæ. quę quia Rempub. Iſraelis ſignificabat,ad duo referri in ea poteſt.vel quod ea Reſpublica cum à Deo in vxorem accepta eſt,decora, abſoluta, atque perfecta accepta eſt,vt exponit Deus apud Ezechielem:,& Iſaiam,cum de vinea agit. vel quia citò eſſet delenda & conſumanda. vt in hoc ca. docebimur. ¶ 5.
Ezech.16. filiam Debalaim. hoc nomen ſignificat maſſam ficuum
Eſai.5. aridarum. quo indicauit Dominus Rempub. Iſraeliticam, fuiſſe filiam multorum regum, principum, & patriarcharum piorum. Pulchrè enim ficus ſignificat patriarcham,& principem ſanctum. Siquidem, vt ficus melleo glutine innumera continet grana:ita patriarcha & princips ſanctus, mellea charitate ſuos continet filios atque ſubiectos.

Et concepit,& peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel.

Vt hanc prophetiam apertiſsimè intelligas,quę ſequuntur attentè lege, & Gentis Iſraeliticæ tempora diſtingue. ¶ Primũ tempus fuit à Moyſe, vſque ad mortem Salomomonis. Hoc tempore Synagoga Dei Sponſa, fidem coniugij Deo vtcunque ſeruauit, ac ideò vxor fornicationum dici non potuit.neque enim publico conſenſu colebat idola.¶ Secundum tempus fuit ab obitu Salomonis, & initio regni Ieroboam,vſque ad Eliam,Heliſæum,& noſtrũ Oſeã

Proph

Prophetas,& Iehu regẽ Iſraelis.Hoc vero Deo ſpreto,gen-
tium recipit Idola.atque ideò vxor fornicationũ Oſea vo-
catur.¶ Tertium tẽpus eſt,à prædictis Elia,Heliſæo, Oſea, 3.Reg.19.
& Iehu rege, vſque ad quartam huius regis generationẽ. 4.Reg.9.
ſ.vſque ad Zachariam Iſraelis regẽ. Populus Iſraelis,huius
tertij temporis, ex Iſraelitica Synagoga ſecundi temporis
genitus,eſt primus fornicatriæ Synagogæ filius, quem O-
ſeas noſter Iezrahelem vocandũ prædicit. Rationem cum
textum explicauero,audies.¶ Quartũ tẽpus eſt à morte Za-
chariæ prædicti,vſque ad ceſſationem regni Iſraëlitici,quę
contigit ſub Oſeę vltimo Iſraëlis rege. Hoc quarto tem- 4.Reg.
pore Gens Iſraelitica à Sennacherib, Aſſyrio victa,Aſſyriis 15.4.Re.
regibus tributa pendens,vocatur à noſtro Propheta ſecun- 17.
da fornicarię proles. fœmina quidem illa, vt quæ alieno
regi ſe ſubiecerat,& vocatur à Deo,Sine miſericordia: quia
nunquàm in ſuum ſtatum & honorem, erat reparanda.
¶ Quintum tempus eſt à regno Iſraëlis deſtructo: Iſraeli-
tis in Babiloniam abductis: & Babyloniis in Iſraëliticum
regnum adductis.Quorum mores & cultum Iſraëlitæ, qui 4.Re.17
remanſerant, imbiberunt. quocirca meritiſsimè populus
huius quinti temporis, fornicariæ Synagogę filius aſſe- 4.Regũ
ritur,& à Domino Deo,Non populus meus nominatur. 17.9.
¶ Ergo poſt Oſeam tres ſtatus habuit populus Iſraelis.
Primus à Iehu rege ad eius abnepotem Zachariam.In quo
ſtatu populus liber fuit,ideò filius maſculus à propheta vo-
catur. Secundus fuit à Zacharia vſque ad ceſſationem
regni Iſraelitici.In quo ſtatu populus victus alieno Regi
tributa pependit. ideò filia à propheta nominatur. Tertius
ſtatus fuit à ceſſatione prædicta. in quo populus Iſraëlis
exiguus miſcetur validis gentilibus, ideò filius dicitur ab
Oſea.¶ Per hæc arbitror obſcuriſsimam prophetiam cla-
ram nunc eſſe,Iam ad textum.

Et concepit:& peperit ei filiũ.Et dixit dominus ad eũ,Voca nomen eius Iezrael.

Tria dicit,ſcilicet,fornicariam pepeiſſe:& maſculũ fuiſ-
ſe quem peperit: & vocatum Iezrahelem. Ita profectò.
Nam populus tertij temporis à Synagoga Idolorum cul-
trice,quę fuerat tempore ſecundo, genitus eſt.& is popu-
lus maſculus dicitur. quia ſuam adhuc libertatem, & di-
gnitatem ſeruabat: needumque alienis regibus ſubiectus,
tributa illis pendebat. Denique Iezrahelis nomen accepit
Cuius cauſa prior eſt: quia accepit nomẽ ab vrbe Iezrahel

quæ in imperio Iſraelitico erat poſt Samariam (quæ caput erat imperij) illuſtriſsima. Erāt enim in ea Regum admirāda ſtructa palatia: & ei adiaceba t (inquit Hieronymus) amœniſsima vallis. Poſteriorem cauſam ſubdit Oſeas.

Hieron.

Quoniam adhuc modicum, & viſit abo ſanguinem Iezrahel, ſuper domum Iehu. Quia in fine temporis ſecundi, Achab rex Iſrael, irritatiuit Deum ſuper omnes Reges, qui eum præceſſerant, excitauit Dominus Iehu principem, contra Achab. interfecit ergo Iehu Ioram filium Achab: neque eum ſolum, ſed etiam. 70. filios Achab, & vniuerſos optimates, & notos eius, & Sacerdotes, & (quantum ex hoc Oſeæ textu colligitur) multum in Iezrahel innocentem ſanguinem effudit. Hanc adeò trucem Iezraelis lanienam Dominus non ferens, prænuntiat nunc per Oſeam, fore, vt citò ſumatur vltio de domo Iehu. ¶ Igitur Populus tertij temporis vocatur Iezrahel, quia ob eius vltionem, Dominus totam poſteritatem Iehu delere volebat ſcilicet ob truculentiam, quam in vrbe Iezrahelis ante exercuerat. ¶ Porrò hæc vltio ſumpta eſt de domo Iehu, in quarta eius generatione, ſcilicet anno centeſimo poſtquam Iehu regnum incæpit. ¶ Et quia Iehu, & Reges eius ſucceſſores cum toto populo idolorum cultum, quem deleuerant, reparauerunt, ideò ſubdit Dominus.

3. Re. 16.

4. Re. 9.

Quieſcere faciam regnum domus Iſrael: & in illa die conteram arcum Iſrael, in valle Iezrahel. Hæc prophetia impleta eſt anno quadrageſimo primo, poſt vltionem ſumptam de domo Iehu, ſcilicet in quarta eius generatione. Anno igitur. 41, poſt extinctā poſteritatem Iehu, Salmanaſſer Aſſyrius quieſcere, & ceſſare fecit regnum Iſraëlis: ipſum penitus extinguens. & quia Aſſyrij commiſerūt bellū cum Iſraele in valle Iezrahel, & Iſraelis fortitudo maximè in arcu cōſiſtebat, ideò inquit, conteram, per Aſſyrios arcū Iſraelis, in quo cōfidebat, in valle Iezrahel, vbi pugna cōmiſſa eſt. Pugnā in hac valle admiſsam docuit Hieronimus. Iſraelem in arcubus confidiſſe, docet illud: Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcū. & illud, ibi cōfregit potentias, arcū, ſcutū, & bellum. Quod etiam mox noſter Propheta docebit. Erat igitur pot ētia in arcu. ¶ Cur verò ceſſauerit regnū Iſraelis omnino, cauſſam fuiſſè videre licebit in lib. 4. Reg. ſcilicet quia à tempore Iehu, vſque ad Oſeæ vltimū Iſralis regē popul^9 totus colebat idola. ¶ Porrò qa Propheta ſuæ narrationi in terieccrat verbū de ceſſatione imperij Iſraelitici, nūc redit, ad ordi-

4. Reg. 7.

Eodem.

Hieron.

Pſal. 77.

Pſal. 75.

ad ordinem,& poſt filium Fornicariæ,agit de filia,dicens.

Et cõcepit adhuc, & peperit filiã, & dixit ei (ſupple dominus) *voca nomẽ eius, Abſq. miſericordia. Quia non addã vltra miſereri do domus Iſrael: ſed obliuiſcar eorum.* Dixerat de primo Sinagogæ filio, id eſt, de populo, qui vixit à regno Iehu Regis, vſque ad eius abnepotem Zacariam. Nunc prophetat de populo, qui vixit, à morte Zachariæ ad ceſſationem regni Iſraelis. Hunc vocat filiam Sinagogæ meretricis. nam Sinagoga quæ hunc populum genuit (id eſt huius populi progenirores) idolá colebat.¶ Vocatur porrò filia, non maſculus: quia viribus Aſſyriorum labefactara, eis *4.Reg.5* ſe illa ſub iecit, ac eis tributa pependit. ¶ Et nomen ei *& 17.* imponit, Abſque miſericordia, quia (inquit Dominus) non addam vltra miſereri domui Iſraël.Id eſt,quia nunquã regnum illud Iſraëlis erat reparandum,vt regem,& regiam dignitatem recuperaret.quod ipſa experientia monſtrauit. Neque enim gens hæc Regem, ducem aùt principem in *Ioſeph.* poſterum habuit.Lege Ioſephum.

Et domui Iuda miſerebor: & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. Non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis, & in equitib.

Id eſt, Regnum Iſraëlis non reparabo. Regnum tamen Iuda,quanuis erit vincẽdum, & captiuum in Babyloniam abducendum,non carebit miſericordia tamen.Redibunt enim illi in patrias ſedes, ducem etiam ſunt habituri, imò & regia dignitate fruentur.Id experientia monſtrauit, Habuit enim Iuda Zorobabelem, Nehemiam, Macabæos, *Hagg.* ex quibus Reges poſtea floruerunt. vt nobis tradit Ioſe- *Zacha.* phus. ¶ Hæc tamen Iudaici imperij reſtitutio, non *1.Macha.* fiet arcuum & armorum violentia: ſed Dei benignitate, *Ioſeph.* dantis gratiam Zorobabeli, Eſdræ, & Nehemie coram Regibus Perſis,& Aſſyriis.Nam abſeque vllis armis Cyrus conceſſit facultatem Iudæis redeundi in Iudæam: & poſt. 40.ferè annos, Darius Longimanus conceſſit templi ædi- *1.Eſd.5.* ficationem.& inde poſt 15. annos conceſſit, vt Nehemias *2.Eſd.1.* Ieroſolimam cingeret muris. ¶ Tu Chriſtiane lector,vehementiſſiè nota verbum, Saluabo eos in Domino Deo ſuo. Ergo per ſona alia eſt quæ ſaluat,& alia in qua,per quã, & propter quã ſaluat. Vt intelligamus, Deum Patrem dicere, Ego Dñs Pater ſauabo Iudæos in Domino Filio, qui Deus eorum eſt. Euincit ergo locus hic diſtinctionẽ Perſonarum Patris qui ſaluat,& Filij,ĩ quo Pater ſaluat. Euincit itẽ quod Filius ſit verè Dominus, & Iehoua, vt Pater eſt.. Nam

hæc litera dicit, Saluabo eos in Iehoua Deo ſuo. Hoc verò
Rabini. nomen Iehoua ſoli vero Deo conuenite, tota Rabinorum
aſſerit ſchola, Euincit demum Filium Dei eſſe propriè
Roma. 9. Deum Iudæorum. nam ex his ſunt Patres, ex quibus eſt
Chriſtus. ¶ Dubitas quomodo Pater Iudæos ſaluauit in
Filio? Certè quia ſeruaturus erat familiam Dauid,
Iſai. 9. donec Chriſtus ex ea naſceretur. & ipſe Dauidis regnum
in iuſtitia, & iudicio roborare in ſempiternum. Ergo in
gratiam Chriſti ex tribu Iuda naſcituri, tribus illa erat
conſeruanda, & reſtituenda. Vide quædam ſuper hac re a-
pud Galatinum. *Et abiactauit eam, quæ erat abſque miſeri-*
Galat.li.3. cap. 4. *cordia.* Non contentus Propheta prænunciaſſe exciſio-
nem regni Iſraelitici, & pugnam in valle Iezrabel: & quod
ea exciſio ſpem reparationis in regiam dignitatem hab tu-
ra non erat, pergit prænuntiare quod populus Iſraeli-
ticus per filiam prophetæ ſignificatus, erat ex patria ſua
abducendus captiuus in regionem alienam. Hoc innuit
cum ait, quod ablactauit Deus populum illum. Cum enim
Exo.3. 13. terra Iſrael flueret lac, ex multis gregibus quia in ea paſce-
bantur, qui ab ea captiui adducebantur, planè ablacta-
Gene.49. bantur. Nam id fortè Iacob ſignificauit, cum ſuum Ioſeph
benedixit, benedictionibus vberum & vuluæ.

Et concepit, & peperit filium: & dixit (ſupple Dominus) *Voca-*
ca nomen eius, Non populus meus: Quia vos non populus meus. &
ego non ero veſter. Memor eſto lector dixiſſe me pau ò ante,
primum Oſeæ filium ſignificaſſe populum Iſraelis, qui à Ie-
hu ad regem Zachariam (à Sellum duce occiſum) viuebat.
Rurſum, filiam Oſeæ ſignificaſſe populũ à Salmanaſſere vi-
ctum atque captiuum. Huic populo ſucceſsit in Samaria &
finibus eius, populus gentilium, quos Rex Aſſyrius miſit ex
4.Re.11. Aſſyria: vt Samatiæ regnum habitarent. Hi Deum non a-
gnoſcebant: ſed ſua idola colebant. Quadrantiſſimè igitur
tertius filius Oſeæ (qui hunc nouum gentilium populum ſi-
gnificabat) vocatus eſt, Non populus Dei. quia hic genti-
4.Re.14. lium populus non erat populus Dei: neque Deus erat
Deus eorum. Ergo quia populus Iſraelis in ſecundo, tertio,
& quarto tempore prædictis, noluit Deum, vt Deum ſuum
habere: Deus etiam omnes eos abiecit, nolens eſſe Deus
eorum. ¶ Dices, Licet in Regno Samatiæ, quod ad tribum
2.Par. 30. Ephraim præcipuè ſpectabat, gentiles habitarent: in aliis
tamen tribubus, ſcilicet Manaſſe, Zabulon, Aſer habitabant
Iſraelitæ, quæ erant populus Dei. Ita planè, quia Ezechias
hos

hos inuitauit, vt ad celebrandum Phaſe in Ieroſolymam venirent,ſed licet quidam inde venirent:fuerunt hi tamen pauciſſimi.Reliqui vniuerſi irridentes & ſubſannantes Ezechiam ſuis idolis adhæſerunt. Igitur totum regnum Iſrael factum eſt non populus Dei : ac ideo nec Deus,Deus eorum eſſe volebat.Quæ explicatio eſt attentè audienda,vt Paul. Romanos ſcribens , apertius intelligatur. *Rom.9.*

II. PARS.

Et erit numerus filiorum Iſrael,quaſi arena maris,quæ ſine menſura eſt,& non numerabitur.Et erit in loco vbi dicetur eis,Non populus meus vos,dicetur eis,Filij Dei viuentis. *Iſai.10.* *Rom.9.*

Expenſis vocis Iſaiæ,& Pauli,cogor omnino locũ hunc ita intelligere.Quamuis multi Iſraelitę Salmanaſſaris obſidione occidantur : quamuis ab eo in aſſyriam captiui trahãtur, nihilominus hi Iſraelitæ, qui Salmanaſſaris manus euaſerunt,& extra fines Samariæ in aliis tribubus permanſerunt, hi inquam non abſumentur : imò verò in immenſum creſcent,adeò vt ſint,velut arena maris,quæ numerari non poteſt. Neque rurſum hoc ſolo beneficio à me(ait Dominus) afficientur,ſed alio multo maiore , ſcilicet vt locus eorum, qui ob idolorum culturam vocabatur, Non populus Dei, poſtea per Chriſti prędicationem,& Apoſtolica verba,locus ille dicatur,Filiorum Dei viuentis. ¶ Hæc prophetia completa exactiſſimè fuit,Chriſto ſpargente primum Euangelij ſui radios.Hos enim ſparſit in Galilæa,in terra Zabulon , & Neptalim,& in via maris Galilææ gentium , ſcilicet vbi erat infinita Iſraelitarum multitudo. vt populus qui maximè ambulabat in tenebris , is primum Euangelij lucem magnam conſpicaretur:& Euangelium recipientes, Filij Dei vocarentur,relegato longiſſimè titulo infauſto , qui erat, Non populus Dei.Igitur Chriſtus primam ſuam ſcholam in Galilæa inſtituit.facti ergo ſunt Galilæi ex non populo Dei, Filij Dei viuentis,non iam idolorum mortuorum. ¶ Adde. Samaria etiam gentilibus plena , ac ideo Non populus Dei Chriſtum prædicantem audiuit,& multi ex Samaritanis crediderunt. facti ſunt igitur ex Non populo Dei,Filij Dei viuentis.& item poſteà,publico conſenſu recepit Samaria verbum Dei,ad Philippi prius,Petri & Ioannis prædicationem poſterius. Nonne apertè vides Iſraelem innumerabilem,qui in Samaria,& aliis tribubus habitabat, ex non populo Dei, factos filios Dei viuentis? *Matth.4.* *Matth. 4.* *Ioan. 4.* *Actor.8.*

Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibimet caput vnum: & 2.aſcendent de terra. quia 3.magnus dies Iezrahel. Ex dictis patet huius loci ſenſus. Chriſtus ſua prædicatione conuertit multos ex Iuda in Ieruſalem: conuertit itẽ multos ex Iſraël, in Galilæa, & Samaria: hi igitur & illi ex Iudæis iam facti Chriſtiani, vnum caput ſibi conſtituerunt, ſcilicet Chriſtum Dominum Deum, in eum piè credentes. ſicut & tunc, omnes Chriſtiani Chriſtum vt caput habe-
Phil.3. mus. ¶ 2 Elegantiſſimè verò dicit, aſcendent de terra. quia
Matt.20. tota Chriſtiana vita nihil eſt aliud, quàm aſcenſus è terra. Si quidem conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Si quidem Chri-
Iſai.2. ſtus ait, Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Si quidem Iſaias,
Mich.4. & Michæas prænunciant, nos alij alios dicturos, Venite aſcendamus in montem Domini, &c. Ergo deligere Chriſtum in caput, fit per integram fidem. aſcenſus è terra, per ſanctam conuerſationem. ¶ 3.magnus dies Iezrahel. id eſt magnus dies potentię & ſeminis Domini. Cuius ſenſus eſt. Sicut olim potentia Dei, inter Iſraelitas idolorum cultores, deliteſcens, vltionem ſumpſit de Iehu, & tandem de Iſraele vniuerſo: ita eadem, deliteſcens inter Iſraelitas, qui erant non populus Dei, tandem exeret ſuam vim, non in vltionem: ſed miſericordiam faciens vt Iſraelitæ cum Iuda Chriſtum, vt caput ſi dant ad cœleſtia. Is verò dies, ſeu tempus, in quo Iſrael, & Iuda congregabuntur, erit magnus dies, in quo, ſcilicet tantum facinus tantopere mirabile Diuina
Matth.15. Potentia deſignabit. ¶ Tu lector maximopere aduertes, quam verè, & quam arcanè Chriſtus dixerit, Non veni, niſi ad oues, quæ perierunt ex Iſrael. quibus verbis docet, velle hanc prophætiam implere. Certè quia populus Iſrael erat Non populus Dei: ac ideò perierat. Chriſtus verò venit quærere quod perierat: & filios Dei viuentis facere, eos qui erant Non populus eius. ¶ Secundò notabis Diuinam potentiam eſſe velut ſemen. Nam ſemen diu in terra ſepultum, tandem ſe profert, & exerit, ita potentia Dei inter peccatores, & idolorum cultores velut ſepulta, prodiit ſe tandem, & vltionem ſumpſit prius de idololatris: poſtea miſericordiam Iſraeli magnificè fecit.
Supra hoc cap.

CAPVT II.

Protheoria.

HOC caput eſt concio prima, quam Oſeas coram populo habuit. quâ poſtquàm de peſſimis filiis peſſimę matris

ſris dixerat,ad matrem peſſimam regreditur,docens quàm illa peccarit idola colendo. qua cauſa, eſſet Abſque miſericordia, & eſſet Non populus Dei. Contra verò,pro tantis peccatis, quanta beneficia ei contulit Chriſtus, quando in eius finibus prædicauit.

D*Icite fratribus veſtris, Populus meus: & ſorori veſtræ, Miſericordiam conſequuta.* Capite præcedente, gens Iſraelitica vocata eſt filia, Abſque miſericordia: item vocata eſt filius, Non populus Dei. Nunc propheta,totus admirans Dei miſericordiam,hortatur tribum Iuda, vt fratri ſuo Iſraeli, qui vocabitur, Non populus Dei,dicat fore, vt per Chriſtum efficiatur Populus Dei: atque ideò,ſorori.ſ.genti Iſraeliticę, quę vocabatur,Abſque miſericordia,prænunciet fore,vt per Chriſtum Miſericordiam conſequatur.Hoc eſt thema huius concionis,quod tota concione explicatur: docendo prius,cur gens Iſraelis olim non fuerit populus Dei: & cur in aduentu Domini noſtri, ſit facta populus eius. ¶ Inſurget eruditus lector,Si gens Iſraelis vocata eſt,Abſque miſericordia,quomodo tunc vocatur Miſericordiam conſequuta? Nũ prophetia præcedentis capituli fuit falſa, aut hæc illi repugnat? Minimè quidem. Nam præcedens prophetia in hoc dixit,Iſraeliticam gentem fore abſque miſericordia, quod regia dignitate in Oſeæ rege Iſraelis amiſſa,nunquam amplius temporaliter eſſet reparanda. Hæc verò prophetia in hoc dicit miſericordiam conſequuturam,quod ex tenebris & vmbra mortis ad Chriſti lucem eſſet adducenda: ac ita Non populus Dei fieret Populus eius. *Oſee.1.* *4.Re.17*

Iudicate matrem veſtram. Iudicate, quoniam ipſa non vxor mea: & ego non vir eius. Eccleſia Chriſtiana à Chriſto, ad iudicium vna mater noſtra eſt, quæ tot filios habuit, quot habuit & populos: ita Synagoga à Moſe ad Chriſtum vna fuit mater tot filiorum,quot populos habuit.Dixi verò capite præcedente,eam Sinagogam,quæ ante Eliam,Eliſæum, & Iehu regem,vixit,fuiſſe velut malam matrem quæ tres peſſimos filios generat, ſcilicet populum, qui vixit à Iehu ad Zachariam: & qui vixit à morte Zachariæ vſque ad Salmanaſſarem, & qui poſt ea tempora, in vrbibus Iſraelis habitauit. Nunc propheta conuertit ſermonem ſuum in Synagogam illam, quam peſſimorum filiorum matrem nominauit: de qua dicit Dominus. Vos Iſraelitæ iudices *Iſaiæ.8.* *4.Re.15.* *4.Re.17.* *Eodem.*

iudices eſtote matris veſtrę.& apertè videbitis eam vxorem meam non eſſe.Nam licet ego eam temporeMoyſi duxeri vxorem:illa nunc tamen idola colit,cum eis fornicatur:non igitur vxor mea eſt.atque ideò nec ego vir eius ſum.¶ Verbum iudicare, ad litem, & iudicium ſpectat. In quo Deus actor eſt : Synagoga Iſraelitarum, Reus,ipſi vero Iſraelitæ, & quoduis ſanum iudicium vocantur, vt iudicent, & ſententiam ferant. ¶ Interim tu mirare immenſam Dei
2. Cor. 11. benignitatem, qui vir & maritus Eccleſiæ eſſe velit.qui ita doleat,quod repudietur:quodque eius loco,quicquam aliud vt Deum ſuſpiciamus &adoremus.Mirare etiam hominum
Ierem. 2. ſtuporem,qui relicto vero Deo, deos, qui non ſunt dij, vt deos adorant, & colunt. ¶ Et aduerte cauſam Dei eſſe tam apertè iuſtam, vt& ipſi filij adulteræ matris, iudices cauſæ conſtituantur. Et equidem in iudicio extremo, tam generali, quàm priuato, ipſi rei contra ſe ſententiam pronuntiabunt.

*Auferat fornicationes ſuas,à facie ſua, & adulteria ſua,de medio huberum ſuorum.*Id eſt,rogo,iubeo& omni qua poſſum ratione cohortor,vt præſens Reſpublica Iſraelis auferat,quæ colit,& cum quibus fornicatur idola.¶Porrò illud verbum à facie ſua, indicat Iſraelem in omnibus locis publicis, & priuatis idola, quæ coleret,habuiſſe:vt ea coram ſe ſemper haberet,& eorum nunquam obliuiſceretur. Ita conquæritur Iſaias.Super montem excelſum, & ſublimen poſuiſti cubile tuum:& illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias, &c. vide ſi-
Iſai. 57. milia apud Ieremiam.Præcipit igitur Dominus, vt idola ab
Ierem. 2. oculis ſuis reiiciat. ¶ Rurſum illud, De medio verbum,
& 3. oſtendit Iſraelitas imagines idolorum in pectore geſtaſſe: vt nos Chriſtiani crucem, & Sanctorum imagines geſtare ſolemus. Et equidem,quæ vehementer amamus, inter vbera collocamus. iuxta illud, Faſciculus myrrhæ di-
Cant.2. lectus meus mihi inter vbera mea collocabitur. Iubet igitur Dominus Iſeraeli, vt eam idololatriam è ſuo pectore tollat.

*Ne forte expoliem eam nudam.(2)& ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ (3) & ponam eam quaſi ſolitudinem. (4) & ſtatuam eam velut terram inuiam,(5)& interficiam eam ſiti.*Gran-
Ezech.16. di oratione rem hanc tractat Ezechiel. precor te qui hæc legis,eum vide,& huius gloſam inuenies.Interim hæc paucula ſuſcipito.¶ 1.Quinq; mala Deus hoc loco Iſraëli minatur.primum nuditatem.ſ. hoſtibus auferentibus opes,& bona

bona Iſraelis:ac ideò nudum eum relinquẽtibus.Secundum conditionem natiuitatis,id eſt ſeruitutem, & captiuitatem. Nam cum Iſrael in Aegypto,duce Moſe,liberatus, & velut natus eſt,tunc ſeruus erat,atque captiuus.Dictum enim eſt. quod in cophino ſeruiebat, ſcilicet lutum,ex quo lateres fierent,in cophinis adducens. Dictum etiam eſt, quod eductus fuerit è domo carceris,& ſeruitutis.Minatur nunc Dominus Iſraeli,niſi reſipiſcat fore,vt captiuus ſit,vt erat,quando ex Aegypto liberatus eſt.Tertium, quod terra eius erit deſerta,& ſolitudo, ſcilicet Iſraele iam non habitante in patriis finibus: ſed captiuo in Babiloniam abducto.Quartum, erit terra eius inuia,ſcilicet ne miſero Iſraëli pateat regreſſus è Babylonia in patriam ſuam. quæ cum gentibus plena eſſet,Iſraelitis propterea inuia penitus erat. Quintum, interficiam inquit eum ſiti,id eſt penuria & carentia omnium bonorum temporalium.adeò,vt neq; aquam,rem adeò cunctis expoſitam ſint habituri.Ergo, inquit, auferat idola ſua, alioquin veniet ſuper gente Iſraelitica nuditas. captiuitas,è patria expulſio,ad eam redeundi interdicta facultas,temporalium etiam neceſſariorum inopia. ¶ In hæc mala incidit anima quæ Deum relinquit. Nudatur enim primum gratia, ſecundò contingit nudari eam fide,qua carebat ante baptiſmum.Tertiò,fit ſolitudo, quę rarò inuiſitur à Deo. Quartò terra fit inuia. quo verbo,ſalutis difficultas indicatur. Quintò mandatur nubibus ne pluant ſuper eam. ac ita imbre verbi Diuini deſtituatur.Sextum ſubditur,cum ait, *Et filiorum eius non miſerebor: quia filij fornicationum ſunt.* Ne tu quæras maiorem contra aliquem furorem, quàm quod Deus eius non miſereatur.Eſt enim omne malum in indignatione eius: vt contrà cuncta bona in voluntate eius. Adiicit Deus ſeptimum & octauum damnum, quo vult Iſraelem afficere dicens, *Quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt,quæ concepit eos,Quia dixit,Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi,& aquas meas, lanam meam, & linum meum: propter hoc ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria: & ſemitas ſuas non inueniet.* Id eſt,quia reſpublica Iſraelis idola colit,ideò ſubacta, victa ab hoſtibus, confundetur, ac erubeſcet.Item, quia tam cæca eſt, vt bona temporalia quæ à Dei benignitate manum ſuam aperiente ſuſcepit, ab idolis ſe accepiſſe fatetur: ideo Dominus ſepiet vias eius tribulationibus:maceriam obiiciet, peſtis, famis, languoris: vt modum elabendi ab his malis quęrat: ſed minimè inueniat.

Exod.2.3. *Pſalm.80* *Exod. 5.* *Exod. 13* *Iſai.5.* *Deut. 32* *Pſal.29.* *Pſal.144*

niat. Et ad ſua idola colenda, & roganda ire velit, nec
4.Reg.17 poſſit. Nam poſtquam Gentes Iſraelis terram occupauerunt, obſeptæ erant ab oſtibus viæ ne Iſraelitæ, qui remanſerunt, poſſent ire ad ſua idola colenda. ¶ ſed ô incredibilem Iſraelitarum cæcitatam, qui idolis ferebant, accepta, quæ à Dei largitate ſuſcipiebant. Aperis, inquit,
Pſal.144. manum tuam, & imples omne animal benedictione. &, aperiente te manum omnia implebuntur vbertate. O
Pſal. 103. quantus ſtupor erat, hæc cæcis, & mutis idolis tribuiſſe. ¶ Rurſum quanta eſt ingratitudo, tam atroganter aquas meas, linum meum, lanam meam dicere? O quam verius
Pſal. 88. ille, Tuum eſt cœlum, tua eſt terra & quàm verius Deus, Meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. & meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues. ¶ Et
Pſal. 39. item quãtum mendacium eſt, vadam poſt amatores meos?
Pſal. 49 imò verò idola neminem amant, neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. dæmones verò, qui in idolis ſunt, vniuerſos
Pſal. 113. homines odio habent. Sunt enim homicidæ à principio. ¶ Nota, panis & aqua, Ecclefiaſtico docente, ad vitæ neceſſitatem ſpectant. Lana verò & linum, ad vitæ deli-
Ioan. 8. cias. O nefas vtrumque auferre à Deo & idolis attribuere. *Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quaret eos, & non inueniet.* Id eſt in rebus afflictis, quæret opem, & auxilium ab idolis: nec inueniet tamen. quomodo enim auxi-
Pſal,113. liabuntur, qui nec oculos habent, nec aures: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum Ridet eos Dominus dicens,
Deut.32. Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. Riſit etiam pulcherrime Elias dicens, Vocate eum
3.Reg.18. voce maiore, & cæt. *Et dicet, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia benè erat mihi, tunc, magis, quàm nunc.* Pulchrè deſcribit nutantem Iſraelis animum, qui affectus erga idola, non vult ab eis diuelli. Sed propterea caſtigatus, tractat in corde ſuo vt reuertatur ad Dominum. ſed licet id corde concipiat, & verbo dicat, opere non exe-
Pſal.118. quitur tamen. ¶ Interim verò, quàm eſt fœlix infelicitas, & quam beata miſeria, quæ ad Deum redire facit. Bonum enim mihi, quia humiliaſti me. ¶ Rurſum, & quàm melius
Pſal. 71. eſt animæ eum viro ſuo verè antiquo: quàm cùm diis nouis. dixit enim ille, Mihi adhærere Deo bonum eſt. item, quèm verè veram confeſſionem anguſtiæ extorquent à nobis, & demum, quàm eſt varius animus hominis, qui agnitam veritatem ſæpiſſimè non ſequitur: ſed fugit. *Et hæc*

neſciuit

neſciuit,quia ego dedi ei frumentum,& vinum & oleum: & argen tū multiplicaui ei:& aurū,quæ fecerunt Baal.¶ Baal nō eſt nomē alicuius ſpecialis idoli. Sed eſt,nomen generale idem valens quod dominus. Quia vero vniuerſi fideles id nomen Deo vero tribuunt, propterea idololatræ idem nomen diis falſis tribuebant, ſacrilegè creaturas voce creatoris nominantes. Qua ratione Octauianus vim locis intelligens. dominum ſe nominari vetauit.¶ Iam vero quis non ſummè admiretur,quod aliquis neſciat,Deum eſſe omnium rerum largitorem? Aperit enim manum ſuam,& implet omne animal benedictione.Sed quia dixit,inſipiens in corde ſuo non eſt Deus : ideo neſciuit etiam, ipſum eſſe qui frumentum dat, vinum & oleum. ¶ Illud verò, quæ fecerunt Baal, duplicem ſenſum habet, vel, quod aurum & argentum ſacrarunt Baali. vel quod ex auro & argento Baalem conflarunt. *Iccirco conuertar:& ſumam frumentum meum,in tempore ſuo & vinum meum in tempore ſuo:& liberabo lanam meam,& linum meum,quæ operiebant ignominiam eius.* Minatus eſt Dominus Iſraëli quinque mala ſimul : quibus ſextum adiunxit,ſcilicet non miſerebor filiorum eius.adiunxit ſeptimum ſcilicet victus ab hoſtibus erubeſcet. admouit octauum ſcilicet,vias non inueniet,per quas ad idola colenda proficiſcatur.Adhibet nunc etiam nonum. ſcilicet auferam frumentum & vinum,in tempore ſuo. ſcilicet quando iam iam agricola frumentum & vinum,domi ſe habere putabat: tunc Dominus qui dederat, agricolis eripit. quod experientia quotidiana videmus. fructibus onerati arborum rami, vt ſe vix ferre queant, neſcias quomodo abſumantur,Granatæ ſuis granis, ſpicæ,& ſuo onere præſſæ,in terram recutuæ, leuis nebulæ rubigine concepta, fallunt ſpem dominorum, diuites racemis vires diuitem vindemiam promittentes, quā cauſa neſcias,ſtant minimè promiſſis: ſed decem iugera faciunt laguneulam vnam : & triginta modiis ſementis faciunt modios tres.Cur hæc,quia Dominus qui dabat,conuertit ſe,& ſua dona ſecum aufert ¶ Quod vero dicit, Liberabo lanam meam,omnem attentionē promeretur.Omnis creatura non volēs homini,Deo iubente ſubiicitur.Cū igitur homo Deo ſeruit ſeruit homini omnis creatura lubenter.quia Deo per hominē,ſibi ſeruire videtur.At ſi homo,Deo deſerto, idolis,aut peccatis,aut dæmoni ſeruiat,cogitur creatura per hominē diabolo ſeruire.Si ergo,iniquo homini lana eripiatur &

Lexicon hebræum.
Octauian⁹ Cæſar.
Pſal. 144.
Pſal. 52.
Iſai. 5.
Rom 8.

tur,&

linum, hæc planè liberantur ab iniqua diaboli ſeruitute. ¶ Demũ illud, quæ operiebant ignomi. alludit ad peccatum
Geneſ.5. Adæ, quod homines ad verecunda tegenda coegit. Sequitur decimum malum. *Et nunc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius. & vir non eruet eam de manu mea. & ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolemnitatem eius, neomeniam eius, ſabbatum eius & omnia feſta tempora eius.* Senſus eſt, ingruet bellum contra gentem Iſraëlis, recurret illa ad idola ſua, eaque ad pugnam, pro vexillis adducent, vt attulit. gens Hebræa ar-
4.Reg.1. cam Dei ſub Hæli, contra Philiſtæos, ſed cadet Iſraël coram ſuis idolis, etiam tunc, quando hoſtes fugiens, in ſuorum idolorum templa confugerit. Tunc igitur reuelabitur, quanta fuerit ſtultitia in idolis confidiſſe. Cadet igitur
Cantico Moyſi. Iſraël, Deo ita volente, neque erit, qui è manibus Dei eum eruere poſſit. Caſus verò tantus erit, vt nullum gaudium Iſraël habeat: nullumque poſtea feſtum agat. ¶ Nota
Ioan.2.5. Chriſtum beneficia ſua frequentius in ſabbatis, & feſtis
7.9. &c. contuliſſe. Cum enim magis illi ſeruimus: tunc in nos magis ſua beneficia pluit, Grande igitur malum eſt, quod ceſſent in nobis feſti dies. Nam ceſſabũt etiam beneficia Dei.
Iſai.1. ¶ Rurſum, quia iniquorum feſta ſunt abominatio Dei: ſi
Ierem.6. illi perſtant feſta celebrare, Deus illa non ferens, ea ceſſa-
Amos.5. re facit.

Et corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ ſunt: quas dedere mihi amatores mei & ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri. Hoc eſt. 11. malum, quod Dominus minatur dicens non ſolum Reſpub. Iſraëlis carebit frumento, vino, & lino: ſed etiam, vineæ & arbores corrumpentur: & exſiccabuntur: etiam ficus: quæ cauſa multæ humiditatis, vix vnquam exſiccantur. Exſiccabuntur verò & hæ, & vineæ, quia credebat Iſraëlis gens ſe eas ab idolis habere, velut mercedem, & ſtipendium eius cultus, quo tam relligiosè illa colebat. Vineis verò, & fructetis deſtructis, terra ſaltuoſa reddetur: implebiturque feris, homines deuorantib. Sequitur 12. malum.

Viſitabo ſuper eam dies Baalim: quibus accendebat incenſum: & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos: & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus. Grandem furorẽ Dominus indicat, cum ait, Viſitabo ſuper eam. Nam cum ille miſericors
Eccleſiu. ſit, non niſi magnum ſcelus, eum ad viſitãdum prouocabit.
Pſal.10. Ira igitur eius citò proximat. Iuſtus eſt. ac ideò iuſtitias di-
Iſai.42. lexit & viſitans viſitabit. Tacet, & ſilet: ſed, velut parturiens loquetur.

loquetur. Vocem verò tonitrui eius, quis ſuſtinebit? ¶ Nota antiquiſſimum morem accendendi incenſum, in argumentum diuinitatis. Nempe quia Moyſes Deo thimiama adolebat, idololatræ etiam idolis incenſum accēdebant. Ait enim *Plin.libr.*
Plinius Thure Deo ſupplicamus. ¶ Nota etiam vetu- *1.ca.24.*
ſtiſs. morem fœminarum, ornandi ſe inauribus, & monilibus, cum litanias, & ſupplicationes (proceſſiones noſtri vocant) faciebant, ſcilicet, ibant poſt imagines idolorum ſuorum Id enim vult Oſeas, cum ait, Ornabatur inaure, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos. Non igitur Mamercus Viennenſis primus proceſſiones inſtituit, vt tradit *Mamer-*
Polydorus. Res multo vetuſtior eſt: Nam credo Azotios ar- *cus.*
cam Dei circumduxiſſe è ciuitate in ciuitatem, hoc eſt,
ſolenniter, & cum proceſſionibus. ¶ Hæc omnia *1. Reg. 5.*
mala contingerunt Iſraeli cum à Salmanaſſare vaſtatus eſt.

2. PARS.

PROPTER hoc ecce ego lactabo eam. (2.) *& ducam eam in ſolitudinem.* (3.) *& loquar ad cor eius.* Iuxta 12. mala quæ dominus nunc comminabatur. 12. bona in hac parte promittit, quæ per Chriſtum Dominum noſtrum magnificè præſtita ſunt. Præſtitit porrò ea Chriſtus ad modum & analogiam eorum quæ præſtiterat in veteri lege. Gaudet enim hac Euangelij ad legem proportione: vt ſe vtriuſque legis auctorē eſſe demonſtret. Principio tu Chriſti gratiam aduerte, qui nullis noſtris meritis, imò verò grandibus noſtris ſceleribus prouocatus, pro vindicta, & ſuppliciis hæc 12. ingentiſſima bona largitur. Id indicat verbum illud, Propter hoc. Id eſt in mediis ſceleribus veſtris, magis ſplendebit lux gratiæ
meæ. Id explicat Paulus dicens: Cum inimici & infirmi eſ- *Rom.5.*
ſemus, reconſiliauit nos, &c. & Iſaias, Populus qui ambula-
bat in tenebris vidit lucem magnam. Secundò nota verbū, *Iſai.8.*
lactabo eam Lactauerat Moyſes populum Iudæum, qui captiuus inter Ægyptios habitabat. Audi lac & blanditias. Au-
dierūt, inquit, quod viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & quod *Exod.4.*
reſpexiſſet afflictionem eorum: & proni adorauerunt. Populum verò ita lactatum, & delinitum, Moyſes in ſolitudi-
nem duxit, & ei legem, atque præcepta dedit. Hæc tria *Matth. 5.*
Chriſtus, tanta potentior quàm Moyſes magnificè præſti- *6.7.*
tit. Sua enim prædicatione populum demulcebat, atque la- *Ioan.6.*

ctabat:eos in ſolitudines ducebat: & verba vitæ, atque diſciplinæ docebat. Deum immortalem, & quantum erat, Chriſtum per ſolitudines ſequi,& eius præſentia, & colloquio frui.¶ Tu attentè notabis verbum, Ego lactabo eam, id eſt,ero ei ad modum matris,quæ tenellam filiam in vlnis portat,ad vbera iungit,& lactis abundantia lacta.(2)nota etiam,ducam in ſolitudinem, ſcilicet, vt ſponſus ſponſam adducebat in agrum: vbi cupitis frueretur amplexibus ſine rerum corporalium interpellatione,3.penetra item, loquar ad cor.quâ te nihil ferè in terra grandius optes.Præcatur enim Dauid,Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.Et item,audiam quid loquatur in me Dominus & auditui meo dabis gaudium.

Cant.1. *Pſal.34.* *Pſal.50.*

(4)*Et dabo ei vinitores eius,ex eodem loco.*(5)*& vallem Achor, ad aperiendam ſpem.*(6.)*& canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ; & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti.*Locus primus explicatur ex Iſaia,dicente, Stabunt alieni,& paſcent pecora veſtra, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.quia tantum vinearum habituri erant Iſraelitæ,vt ipſi eſſent earum vinitores:ſed ex ipſa prouincia gentiles,gnari, eius artis.Id præſtitit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ quæ apud Iſaiam vinea eius eſt.Nam ei dedit Apoſtolos, & alios pontifices doctiſs. (vt Hieronymus exponit.) qui vineam Chriſtianam, ex iudęis & Gentilitate collectam excolerent.¶ 2. Locus explicatur ex eodem Iſaia dicente, Hęreditabunt eam electi mei,& ſerui mei habitabunt ibi:& erunt campeſtria in caulas gregum: & vallis Achor in cubile armentorum, id eſt. Iudæi habitari ſunt paſcua vberrima, qualis erat vallis Achor. Ergo, vt per ſupradictos vinitores ſignificatum eſt, Iſraelem habiturum maximam copiam vini:ita & per paſcua in valle Achor, indicatum eſt, habiturum innumera pecora, & feliciſſima paſcua.Erat porrò vallis Achor primus terræ promiſſionis ingreſſus,in quo occiſo Achan, & victo Rege Hai, conceperunt Iſraelitæ ſpem, quod terram illam eſſent poſſeſſuri. & ſignificauit vallis illa catechiſmum, & Baptiſmum, ſcilicet primum vitæ Chriſtianæ limitem,vbi vetere homine defuncto, & diabolo victo,ſpem concipimus aſſequendi vitā æternam. ¶ 3.locus aperitur ex Exodo, vbi Iſrael poſtquā periculū Ægyptiorum euaſit, cecinit canticum illud, Cantemus Domino:glorioſè enim, &c.Ita cum per Chriſtum euaſimus pericula peccatorum, iubilamus lætitiâ inenarrabili vt ait

Iſai.61. *Iſai.5.* *Hieron.* *Iſai.65.* *Joſue 7.* *Ioſue 8.* *Exod.15.*

Petrus,& cantamus,atque pſallimus in cordibus noſtris,vt *1.Pet.2.*
ait Paulus,Quale verò ſit hoc magnificum canticum,no- *Ephſ.5.*
uit,qui accepit.

7.Et erit in die illa vocabit me vir meus,& non vocabit me vltra Baali. & auferam nomina Baalim de ore eius,& non recordabitur vltra nominis eorum. Baali,vt ſupra dicebam, ſignificat domi- *Hoc ca.*
nus meus.& licet id nomen verè conueniat Chriſto,eo di-
cente, Vos vocatis me magiſter,& Domine , & benè dici- *Ioan.13.*
tis:ſed propheta prædicit,tantam futuram abominationem idolorum in populo Chriſtiano,vt nec eorum nomen,alio qui religioſum,vllo modo velint vſurpare.nec memores eius eſſe per labia ſua.Id quod tempore noſtro impletum aſpicimus.

(8)*Et percutiam cum eis fœdus,in die illa,cum beſtia agri,& cum volucre cæli,& cum reptili terræ.(9.) & arcum,& gladium,& bellum conteram de terra,& dormire eos faciam fiducialiter.* Primus locus verificatur planè , quia ſi Deus percuſſit fœdus cum
Chriſti humnitate , planè percuſsit fœdus cum omnibus *Rom.12.*
hominibus , qui ſumus membra eius humanitatis. Et ſi
percuſſum eſt fœdus Deo cum homine , planè percuſſum *Iſai.11.65.*
eſt,cum omnibus , quæ ſunt homini ſubiecta. Quale verò hoc fœdus ſit, fusè explicatur apud Iſaiam. Habitabit inquit,lupus cum agno,& pardus cum hœdo accubabit.vitulus, leo,& ouis ſimul morabuntur : puer paruulus minabit eos.& infrà , non nocebunt , neque occident , in vniuerſo monte ſancto meo. Quàm porrò hæc in Chriſti aduentu completa ſint,facilè videbit,qui hiſtorias Sanctorum, maximè martyrum legerit. leget enim quam domeſticæ fuerint Sanctis feræ. Quam nihil nocebant virginibus tygrides,atque leones:ſerpentes,& cuncta venenata.tunc ſolum lędebant,cum Martyres orabant , vt ab eis diſcerperentur, ne coronâ martyrij tantopere optata defraudarentur. Se-
cundus locus habetur apud Iſaiam magnificis verbis,Con- *Iſai.2.*
flabunt , ait,gladios ſuos in vomeres:& lanceas ſuas in falces.Non leuabit gens contra gentem gladium:nec exercebuntur vltra ad prælium. Quod idem retulit Michęas.Ad *Mich.4.*
hæc pręſtitit Chriſtus,cuius ſpiritus,gratia,charitas , & lex pacem vnicè mandant & amant.quod ſi adhuc prelia ſunt aut ex ſpiritu Chriſti non ſunt: aut pręter intentionem per *Ariſt.*
accidens ſunt.at verò quę per accidens ſunt , extra diſciplinam ſunt.

(10)Et ſpõſabo te mihi in ſempiternũ.& ſpõſabo te mihi in iuſtitia,

& iudicio: & in miſericordia, & miſerationibus. & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies, quia ego Dominus.

Quod Deus deſpõſarit ſibi Eccleſiam plenę ſunt ſcripturæ. lege Paulum ad Epheſios: id te ille docebit, docebit & Salomon in Cantico ſuo. Reliquum huius loci docet idẽ Paulus, cum ait: Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius: per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. quem propoſuit Deus pro pitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius. Vbi attende iuſtificationem noſtram (quam Oſeas vocat deſponſationem) ex tribus cauſis dependére. primum ex gratia Dei, eiuſque miſericordia, & miſerationibus. Secundò ex Chriſti redemptione, per quam ſeruatus eſt rigor iuſtitiæ, & iudicij. ſcilicet Chriſto ſoluente debita noſtra, ex toto iuris rigore. Tertiò ex fide, quâ in Chriſtum crucifixum credimus. Hæc dicit propheta. Deſponſabo te mihi, ait rigore iuſtitię & iudicij, in Chriſti paſſione ſeruato. & in miſericordia, & miſerationibus. ſ. ex pura gratia. hęc enim fuit principalis cauſa deſponſationis. & demum in fide. intellige viua. Et quia in opere redemptionis magis reſplenduit potentia, ſapientia, & bonitas Dei, quàm in opere creationis, ideò dixit, Scies, quia ego Dominus.

Epheſ. 5. *Cantic.* *Rom. 3.* *Ex Deo.* *Ex Chriſto.* *Ex nobis.*

(11.) *Et erit in die illa, exaudiam dicit Dominus: exaudiam cœlos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum, & vinum & oleum: & hæc exaudient Iezrahel.* Cum peccatores ſumus, clamamus planè & quęrimus alimenta, ex terra, ex cœlis, ex Deo. at nec terra, nec cœli clamant pro nobis: ſed contra nos, vt Sodoma clamat cõtra Sodomitas. Clamor, inquit, Sodomęorum multiplicatus eſt, & terra, quę ſanguinem Abelis exceperat, clamat contra Cain. At quia per Chriſtum ſancti ſumus, ſi volumus, ideò clamant omnia pro nobis: & exaudiuntur. Et equidem ſi olim terra clamabat contra homines, ſanguine idolothyto contaminata, num non clamabit nunc pro nobis, Chriſti ſanguine reſperſa, & ſanctificata? Sit igitur Iſraël, ſeu Iezrahel ſpiritualis, iuſtus & ſanctus, & hæc omnia adiicientur ei. ¶ Illa porrò verbi, exaudiam, repetitio, manifeſtè indicat, quàm ſe Deus obligare velit, ſi nos deeſſe non velimus gratię ſuę. ¶ Ergo locus hic indicat, quàm attentus ſit Dominus, quámque eius aures pateant precibus iuſtorum: quamque velit cœlos, terram, & vniuerſa iuſtis miniſterium propitiſſimum exhibere: imò pro noſtris neceſſitatibus, coram Domino, intercedere, & clamare.

Geneſ. 18. *Geneſ. 4.* *Pſal. 105.* *Luc. 12.* *Matth. 6.*

(12. Et

(12.) Et ſeminabo eam mihi in terram: & miſerebor eius, quæ fuit Abſque miſericordia: & dicam, Non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicit, Deus meus es tu. Id eſt non continebitur gens Chriſtiana intra Iudæorum fines. Nec enim eſt Deus Iudęorum tãtum: ſed per totam terram diſſeminabitur. Quod nos impletum videmus, temporib. noſtris: imò & Paulus videbat tempore ſuo. Dixit enim in omnem terram exiſſe apoſtolicas voces. Iá verò Chriſtianitatis ita diſſeminatæ, quę olim cum pagana eſſet, erat Abſque miſericordia, miſerebitur Deus miſericordiâ ſempiternâ: & vocabitur populus Dei perpetuò. & ipſa ex totis viſcerib. & ex intimo affectu Deum ſuum, & dilectum ſuum in corde habebit, & ore. Clamat enim Abba pater. *Roma.3.* *Matth.* *Marci* *vltimo.* *Rom.10.* *Rom.8.*

Accuſabunt nos Rabini, quòd hanc ſecundam huius capitis partem de Chriſto noſtro expoſuerimus, quodq́ue in eo non viderint omnia hîc promiſſa completa. Sed cum illi non poſſint alium exhibere, in quo compleãtur, ceſſabit eorum accuſatio prior. Quod ſi adhuc Meſſiam alium expectant, ea non ſpes, ſed deſperatio eſt. & ſi attentius legerint, quæ actenus diximus, ceſſabit, exiſtimo, accuſatio ſecunda.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT III.

HVius cap. intelligentia ſumi debet ex tempore, in quo Oſeas viuebat: in quo totus Iſraël, conſenſu publico adorabat idola, & indulgebat ebrietati. Ideò propheta eam gẽtem vocat adulteram, quia relicta ſuo vero viro & Deo, Idola colebat. Quâ cauſa prophetat fore, vt gens hæc per tempora multa ſine Deo maneat, vt nunc videmus: ſed in nouiſſimo tempore conuertetur, vt Paulus prædixit, *Rom.11.*

ET dixit Dominus ad me, Adhuc vade, Dilige mulierem dilectam amico: & Adulteram: ſicut diligit Dominus filios Iſrael: & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Attentiſſimè audies, quod propheta iubetur diligere, non verò coire: nec in vxorem ducere fœminam. Videlicet, quia fœmina, quã iubet Dominus diligere, erat coniugata, & virum habebat, ac ideò ei propheta coniungi nequibat. Quod eſſet coniugata, probat verbum illud, dilectam viro, & adulteram: at ſi coniungata non eſſet, fornicaria eſſe poterat,

non adulteta. Igitur Dominus iubet, vt Oſeas diligat, & afficiatur in mulierem coniugatam, quam ſuus vir amet impotentius. illa tamen, quamuis ita dilecta, maritum contemnat, & eius fidem violet. Sed propheta ex amore, eius vicem dolens, pretium ei det, ne adulteret: ſed abſque viro perſeueret. hæc eſt ſumma & ſenſus huius capitis. Ergo ô Oſea vade, dilige vxorem viri, nimis eam amantis, quę tamen ita dilecta, adulterium committat. in figuram, quod ego diligo gentem Iſraëliticam, quæ cum vxor mea ſit, adulterium tamen admittit cum dijs alienis, eos colendo: & in eorum feſtis ſe inebriando. hoc enim ea phraſis deſignat, diligunt vinacia, id eſt, diligunt ebrietatem. Sicut nos Hiſpani pro ebrietate dicimus Cominos de odrezita Hebræi dicunt vinacia vuarum. Porrò in ſacris
Lib. 12. anti. c. 3. Gentilium permiſſam ebrietatem poſt ſacrificium, habet Cœlius.

Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam, Dies multos expectabis me. Non fornicaberis: & non eris viro: ſed & ego expectabo te.

Luſitani, cum quidpiam ſibi parant multâ diligentiâ & labore, id ſibi fodere dicunt. Dicunt enim fodi mihi aut tibi hũc honorem, illud beneficium. Ita propheta docẽs, quod labore, & cura fœminæ caſtitatem acquiſiuit, fodiſſe dicitur. Placet interim, quod hoc verbum fodi, alludat ad antiquorum
Exod. 21. Hebræorum vſum, quo ſeruis fodiebatur auris, in ſignum
Deut. 15. perpetuæ ſubiectionis. ergo & fœminæ perforatur & foditur auris, vt ſit ſubiecta perpetuò, & in poſterum minimè fornicetur. ¶ Porrò numus argenteus dicitur valuiſſe 40. numos æreos, plus minus. & ego vidi numum argenteũ, qui vt (vt dicebatur) erat ex his, quibus Chriſtum Iudas vendiderat. erat verò eius quantitatis, vt quem diximus, valorem haberet. ¶ Porrò corus eſt onus aſinarium, id
Lexicon Hebræ. eſt, onus quod bonus aſinus ferat. Exiſtimo igitur corum vnum ordei cum dimidio (vt ait Oſeas) valuiſſe alios 15. argẽteos vt videlicet, quod Oſeas fœminæ dedit, fuerint 30. argentei. quindecim pecuniæ, & quidecim ordei. ¶ Hoc igitur pretio conduxit eam, ne fornicaretur per multos dies: imò obſtrinxit eam, ne vllum virum diebus multis agnoſceret: id enim ſignificat, Non eris viro, id eſt nullum virum cognoſces. Vnde vir doctus facilè colligat, nullum eſſe peccatum, quod ego tibi precium dem, vt facias, quod alioqui facere debes. vt quod dem iudici, ne mihi iniu-

hi iniuriam faciat:dem latroni ne me expoliet:& aſſaſſino, ne auferat vitam. Imò vt fœmina illa non obligabatur reddere 30. argenteos illos, ita nec hi obligantur reddere, quòd ne malũ facerent, acceperũt. quod etiam aſſeuerat Dominicus Soto. ¶ Quod verò dicit Propheta, ego expectabo te, videtur huc ſenſum habere. Ego vigilabo, te circunſpectans: minimè tui oblitus. & hactenus litera. Eam verò Deo noſtro accommodare ſummæ difficultatis eſt, videlicet, quia neſcitur, quid figurent 15. argentei: & corus vnus hordei cum dimidio. ¶ Porrò rem obſcuriſſimam aggrediemur: cum huius partis literam abſoluerimus. *Lib. 4. de iuſti. q. 7. art. 1.*

Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe: ſine ſacrificio, & ſine altari: & ſine ephod, & ſine theraphim.

Filij Iſraël hoc loco ambit nõ ſolas 10. tribus, ſed vniuerſas. id eſt 12. tribus. ¶ Notabis primum doctiſſimè dictũ, Sedebunt ſine Rege, & ſine Principe. Quia vt ex Zacharia, & Eſdra, & Nehemia colligitur, poſt captiuitatem Babylonis Iudæi, licet nõ habuerintReges, habuerunt Principes tamen, ſeu duces, quorum primus fuit Zorobabel. alius fuit Nehemias. & reliqui, quos Nehemias & Ioſephus recẽſent. At poſt Chriſtum carent miſeri Iudæi non Rege ſolum, ſed & Principe. vt oculis conſpicimus. Id verò Propheta prædixit. ¶ Notabis 2. ex magno Abulenſi, Iudæos, vbique terrarum, carere nũc & ſacrificio, & altari, ratio eſt. quia: iuſſerat Dominus olim, ne ei ſacrificium offerri poſſet, niſi ſolum in loco, quem ipſe deſignaſſet, id eſt in templo Hieroſolimitano. Cum igitur per Mauros id templum ſit Iudæis interdictum, eius altari interdicto, interdictum eſt eis omne ſacrificium. Hoc prænunciauit propheta, cum ait, Sedebunt ſine ſacrificio, & altari. ¶ Tertiò nota, ephod fuiſſe duplex, alterum, erat lineum, ad modum noſtrarum ſuperpellicium (ita vocamus.) Erat id ornamentum commune vniuerſo Leuitico generi. & id fecit Anna ſuo filio Samueli. & hoc ephod veſtiti erant 85. viri, quos Doëg interfecit. Alterum ephod erat ornamentum Sacerdotale, ex auro & hiacintho contextum. Vbi Deus reſponſa Sacerdotibus dabat. & populo per eos. de quo ornamento habetur ex Exodo copioſè. Vtroque ephod, prædicit Oſeas, carituros Iudæos. maximè ſecundo. quod ſupethumerale vocari ſolet. Quartò notabis theraphim vocabulum eſſe ignotæ ſignificationis, aliis aliud dicentibus. Abulenſis ſuper lib. Iudicium. cap. 17. q. 12. dicit tandem, teraphim eſſe quãlibet ſtatuam. *Eſd. 2. 3. Zacha. 1. Malac. 1. Ioſephus. Exod. 21. Deut. 12. 14. 16. 26. 1. Reg. 2. Reg. 22. Exod. 38. 28.*

ſtatuam. Tu verò lector certiſsimè crede, teraphim ſi-
Iudic.17. gnificare idola. Tum quia loco Iudicum citato, ita legimus,
Fecit Michas ephod, & theraphim: id eſt veſtem ſacerdotalem, & idola. En textus noſter interpretatur theraphim
per idola. Iam quo loco nos habemus in Geneſi, quod Ra-
Gen.31. chel abſconderit idola ſub ſtramentis, pro idolis Hebræus
habet Theraphim. Stat igitur Theraphim idola ſignificare. Aſſerit igitur Oſeas rem grandem, ſcilicet per tempora multa Iudæos carituros, & Deo, & idolis, Quod videmus
impletum ab annis plus mille quingentis. quibus nec
Deum patrem habent: ſiquidem nec Chriſtum, eius filium
habent. Ideò carent altari, ſacrificio, & veſte ſacerdotali.
Carent item omni idolo. ſunt igitur ſine Deo in hoc mun-
Epheſ. 2. do: vt Paulus dicit. ¶ Quod ſi hęc illi vident, cur ſuam infœlicitatem non intelligunt

Nunc accommodemus figuram veritati. id eſt hiſtoriam prophetæ, cum adultera, hiſtoriæ Dei, cum gente Iudæa.
Diligere iubetur Oſeas adulteram, vt diligens, doleat miſeræ crimen: & pretium ei det, ne per multos dies, virum vl-
lum agnoſcat. Ita diligit Deus propter patres gentem Iu-
Rom.11. dæam, quæ eius religione violata, cum idolis adulterium
tunc admittebat. Id dolens Deus pretium dat ei, vt per ſecula multa nullum colat idolum: ſi quidem verum Deum
minimè colere vult. ¶ Totum belli pondus huic incumbit,
quid ſint.15.argentei, & pondus & ſuperpondiũ hordei, qui
bus conducitur Iſraël, ne colat idola. & primò quidem, ſi ad
mittas pondus & ſuperpondium hordei valuiſſe.15. argenteos, vt totum pretium fuerit 30.argenteorum, admiraberis,
quod ſicut Deus gentem Iſraëlis, velut emit pretio 30.argenteorum: ita Iſraël, emit Deum, ſcilicet Chriſtum à Iuda,
eodem pretio. 30. argenteorum. Par igitur pari retulit.
. ¶ Secundò hic numerus 30. videtur dicatus emptioni, ſu-
Matth. 27. bie ctioni, & velut captiuitati. Nam Chriſtus emitur 30.
Ierem. 32 argenteis. & Ieremias emit agrum, à conſanguineo eodem
pretio, vt in Commentariis ad Matthæum explicaui. & Iudæi apud Zachariam, idem pretium pro Deo dant. Nec
deſunt libri, in quibus ſcribitur, Ioſeph venditum à fra-
Zach.11. tribus 30. argenteis. Igitur Deus dans Iudæis 30. argenteos, indicauit eorum ſubiectionem, ſeruitutem, & velut captiuitatem. ¶ Tertiò, ne fugere videamur hanc dif-
Pſal.11. ficultatem, arbitror.15.argenteos ſignificare legẽ naturæ.10.
præceptis decalogi contentam: & legem Moſaicã ſuis quin

que

que libris deſcriptam. Cum enim lex Dei ſit argentum, igne examinatum, nihil quadrantius dici poteſt, quã quod lex naturæ, & Scripturæ ſint. 15. argentei, quibus Iudæi continentur, ne idola venerentur. ¶ Porrò pondus aſini, & ſuperpondiũ quadrantiſsimè ſignificat Talmud Iũdæorum. quo etiam illi continentur, ne idolis adhæreant. Sunt autem Talmudica præcepta onus & pluſquam onus, quod nec Iudæi, nec eorum patres portare potuerunt. & planè põdus hordei, iumentis accommodum, non verò tritici, id eſt Chriſti, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue, id eſt, non pondus & ſuperpondium. ſed minus pondere. quia ipſummet auxilium eſt, quo feratur. Ergo lege naturæ, Scripturę, & Talmudica Iudæi obſtringuntur, & coërcentur, ne idolis, vt aliæ gentes ſubiibiantur. *Actor. 15.* *Matth. 11.*

Poſt hoc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuũ: & Dauid Regem ſuum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius, nouiſsimo dierum. Verbum hoc, nouiſsimo dierum, cogit intelligere textum præſentem de die iudicij. Maximè quia experientia nos docet, etiam nunc Iudæam gentem ſine Rege, ſine Deo, & ſine idolis perſeuerare. Ergo prædicit Propheta Iſraelem perſeueraturum in ſuą infidelitate, ſine Deo, & ſine idolis, vſque ad dies iudicio proximos. quando, poſtquam plenitudo gentium introierit, Iſrael ſaluus fiet, vt Paulus vaticinatus eſt. & apud Danielem, id etiam legimus. Vſque ad conſummationem, ait, & finem perſeuerabit deſolutatio. Igitur vſque ad tempora iudicij, manebunt deſolati Iudæi. *Rom. 11.* *Dan. 9.*

Notabis Chriſtum vocaueri Dauid. Nam Dauidem illũ, qui fuit Chriſti figura (vt tanto ante defunctum) Iudæi quęrere non poſſunt. Porrò verus Dauid Chriſtus vbique vocatur. Vide apud Ezechielem. Igitur iudæi, in nouiſsimis temporibus reuertentur ad Deum (quo nunc carent) & ad Chriſtum. quia non eſt aliud nomen, in quo oporteat nos ſaluos fieri niſi in nomine Chriſti Pater ſiquidem omne iudicium dedit Filio: vt omnes honorificent Filium, vt honorificant Patrem. ¶ Secundò, illud verbum, bonum eius: explicatur ex Zacharia dicente. Quid bonum eius, aut quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum: & vinum germinans virgines? Quod abſque dubio ſignificat Euchariſtiam, quæ eſt frumentum faciens electos. & vinum ex libidinoſis virgines reddens. Ergo Iſraelitę ad finem mũdi pauebũt, reuertebuntur, trement, & cultu latriæ (nam latria *Ezech. 34. & 37.* *Act. 4.* *Ioan. 5.* *Zach. 9.*

iudices eſtote matris veſtrę. & apertè videbitis eam vxorem meam non eſſe. Nam licet ego eam tempore Moyſi duxerim vxorem: illa nunc tamen idola colit, cum eis fornicatur: non igitur vxor mea eſt. atque ideò nec ego vir eius ſum. ¶ Verbum iudicare, ad litem, & iudicium ſpectat. In quo Deus actor eſt: Synagoga Iſraelitarum, Reus, ipſi vero Iſraelitæ, & quouis ſanum iudicium vocantur, vt iudicent, & ſententiam ferant. ¶ Interim tu mirare immenſam Dei

2. Cor. 11. benignitatem, qui vir & maritus Eccleſiæ eſſe velit. qui ita doleat, quod repudietur: quodque eius loco, quicquam aliud vt Deum ſuſpiciamus & adoremus. Mirare etiam hominum

Ierem. 2. ſtuporem, qui relicto vero Deo, deos, qui non ſunt dij, vt deos adorant, & colunt. ¶ Et aduerte cauſam Dei eſſe tam apertè iuſtam, vt & ipſi filij adulteræ matris, iudices cauſæ conſtituantur. Et equidem in iudicio extremo, tam generali, quàm priuato, ipſi rei contra ſe ſententiam pronuntiabunt.

Auferat fornicationes ſuas, à facie ſua, & adulteria ſua, de medio huberum ſuorum. Id eſt, rogo, iubeo & omni qua poſſum ratione cohortor, vt præſens Reſpublica Iſraelis auferat, quæ colit, & cum quibus fornicatur idola. ¶ Porrò illud verbum à facie ſua, indicat Iſraelem in omnibus locis publicis, & priuatis idola, quæ coleret, habuiſſe: vt ea coram ſe ſemper haberet, & eorum nunquam obliuiſeretur. Ita conquæritur Iſaias. Super montem excelſum, & ſublimen poſuiſti cubile tuum: & illuc aſcendiſti, vt immolates hoſtias, &c. vide ſi-

Iſai. 57. milia apud Ieremiam. Præcipit igitur Dominus, vt idola ab

Ierem. 2. oculis ſuis reiiciat. ¶ Rurſum illud, De medio verbum,

& 3. oſtendit Iſraelitas imagines idolorum in pectore geſtaſſe: vt nos Chriſtiani crucem, & Sanctorum imagines geſtare ſolemus. Et equidem, quæ vehementer amamus, inter vbera collocamus. iuxta illud, Faſciculus myrrhæ di-

Cant. 1. lectus meus mihi inter vbera mea collocabitur. Iubet igitur Dominus Iſraeli, vt eam idololatriam è ſuo pectore tollat.

Ne forte expoliem eam nudam. (2) & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ (3) & ponam eam quaſi ſolitudinem. (4) & ſtatuam eam velut terram inuiam, (5) & interficiam eam ſiti. Gran-

Ezech. 16. di oratione rem hanc tractat Ezechiel. precor te qui hæc legis, eum vide, & huius gloſam inuenies. Interim hæc paucula ſuſcipito. ¶ 1. Quinq; mala Deus hoc loco Iſraëli minatur. primum nuditatem. ſ. hoſtibus auferentibus opes, & bona

bona Iſraelis:ac ideò nudum eum relinquẽtibus.Secundum conditionem natiuitatis,id eſt ſeruitutem, & captiuitatem. Nam cum Iſrael in Aegypto,duce Moſe,liberatus, & velut *Exod.2.3.* natus eſt,tunc ſeruus erat,atque captiuus.Dictum enim eſt. quod in cophino ſeruiebat, ſcilicet lutum,ex quo lateres *Pſalm.80* fierent,in cophinis adducens. Dictum etiam eſt, quod eductus fuerit è domo carceris,& ſeruitutis.Minatur nunc Do- *Exod. 5.* minus Iſraeli,niſi reſipiſcat fore,vt captiuus ſit,vt erat,quando ex Aegypto liberatus eſt.Tertium, quod terra eius erit *Exod. 13* deſerta,& ſolitudo, ſcilicet Iſraele iam non habitante in patriis finibus: ſed captiuo in Babiloniam abducto.Quartum, erit terra eius inuia,ſcilicet ne miſero Iſraëli pateat regreſſus è Babylonia in patriam ſuam. quæ cum gentibus plena eſſet,Iſraelitis propterea inuia penitus erat. Quintum, interficiam inquit eum ſiti,id eſt penuria & carentia omnium bonorum temporalium.adeò,vt neq; aquam,rem adeò cunctis expoſitam ſint habituri.Ergo, inquit, auferat idola ſua, alioquin veniet ſuper gente Iſraelitica nuditas. captiuitas,è patria expulſio,ad eam redeundi interdicta facultas,temporalium etiam neceſſariorum inopia. ¶ In hæc mala incidit anima quæ Deum relinquit. Nudatur enim primum gratia, ſecundò contingit nudari eam fide,qua carebat ante baptiſmum.Tertiò,fit ſolitudo, quę rarò inuiſitur à Deo. Quar- *Iſai.5.* tò terra fit inuia. quo verbo,ſalutis difficultas indicatur. Quintò mandatur nubibus ne pluant ſuper eam. ac ita imbre verbi Diuini deſtituatur.Sextum ſubditur,cum ait, *Deut. 32* *Et filiorum eius non miſerebor: quia filij fornicationum ſunt.* Ne tu quæras maiorem contra aliquem furorem, quàm quod Deus eius non miſereatur. Eſt enim omne malum in indignatione eius: vt contrà cuncta bona in voluntate eius. *Pſal.29.* Adiicit Deus ſeptimum & octauum damnum, quo vult Iſraelem afficere dicens, *Quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt, quæ concepit eos, Quia dixit, Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum: propter hoc ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria: & ſemitas ſuas non inueniet.* Id eſt,quia reſpublica Iſraelis idola colit,ideò ſubacta, victa ab hoſtibus, confundetur, ac erubeſcet.Item, quia tam cæca eſt, vt bona temporalia quæ à Dei benignitate manum ſuam aperiente ſuſcepit, ab idolis *Pſal.144* ſe accepiſſe fatetur: ideo Dominus ſepiet vias eius tribulationibus:maceriam obiiciet, peſtis, famis, languoris: vt modum elabendi ab his malis quęrat: ſed minimè inueniat.

niat. Et ad ſua idola colenda, & roganda ire velit, nec
4.*Reg.*17 poſſit. Nam poſtquam Gentes Iſraelis terram occupauerunt, obſeptæ erant ab oſtibus viæ ne Iſraelitæ, qui remanſerunt, poſſent ire ad ſua idola colenda. ¶ ſed ò incredibilem Iſraelitarum cæcitatem, qui idolis ferebant,
*Pſal.*144. accepta, quæ à Dei largitate ſuſcipiebant. Aperis, inquit, manum tuam, & imples omne animal benedictione. &,
Pſal. 103. aperiente te manum omnia implebuntur vbertate. O quantus ſtupor erat, hæc cæcis, & mutis idolis tribuiſſe. ¶ Rurſum quanta eſt ingratitudo, tam arroganter aquas
Pſal. 88. meas, linum meum, lanam meam dicere? O quam verius ille, Tuum eſt cœlum, tua eſt terra & quàm verius Deus, Meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. & meæ ſunt om-
Pſal. 39. nes feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues. ¶ Et
Pſal. 49 item quãtum mendacium eſt, vadam poſt amatores meos? imò verò idola neminem amant, neque enim eſt ſpiritus
Pſal. 113. in ore ipſorum. dæmones verò, qui in idolis ſunt, vniuerſos homines odio habent. Sunt enim homicidæ à princi-
Ioan. 8. pio. ¶ Nota, panis & aqua, Eccleſiaſtico docente, ad vitæ neceſſitatem ſpectant. Lana verò & linum, ad vitæ delicias. O nefas vtrumque auferre à Deo & idolis attribuere. *Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet.* Id eſt in rebus afflictis, quæret opem, & auxilium ab idolis: nec inueniet tamen. quomodo enim auxi-
Pſal, 113. liabuntur, qui nec oculos habent, nec aures: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Ridet eos Dominus dicens,
Deut. 32. Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. Riſit etiam pulcherrime Elias dicens, Vocate eum
3.*Reg.*18. voce maiore, & cæt. *Et dicet, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia benè erat mihi, tunc, magis, quàm nunc.* Pulchrè deſcribit nutantem Iſraelis animum, qui affectus erga idola, non vult ab eis diuelli. Sed propterea caſtigatus, tractat in corde ſuo vt reuertatur ad Dominum. ſed licet id corde concipiat, & verbo dicat, opere non exe-
Pſal. 118. quitur tamen. ¶ Interim verò, quàm eſt fœlix infelicitas, & quam beata miſeria, quæ ad Deum redire facit. Bonum enim mihi, quia humiliaſti me. ¶ Rurſum, & quàm melius
Pſal. 71. eſt animę cum viro ſuo verè antiquo: quàm cùm diis. nouis. dixit enim ille, Mihi adhærere Deo bonum eſt. item, quèm verè veram confeſſionem anguſtiæ extorquent à nobis, & demum, quàm eſt varius animus hominis, qui agnitam veritatem ſæpiſſimè non ſequitur: ſed fugit. *Et hæc*

neſciuit.

neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum & oleum: & argentũ multiplicaui ei: & aurũ, quæ fecerunt Baal. ¶ Baal nõ eſt nomẽ alicuius ſpecialis idoli. Sed eſt, nomen generale idem valens quod dominus. Quia vero vniuerſi fideles id nomen Deo vero tribuunt, proprerea idololatræ idem nomen diis falſis tribuebant, ſacrilegè creaturas voce creatoris nominantes. Qua ratione Octauianus vim locis intelligens, dominum ſe nominari vetauit. ¶ Iam vero quis non ſummè admiretur, quod aliquis neſciat, Deum eſſe omnium rerum largitorem? Aperit enim manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Sed quia dixit, inſipiens in corde ſuo non eſt Deus: ideo neſciuit etiam, ipſum eſſe qui frumentum dat, vinum & oleum. ¶ Illud verò, quæ fecerunt Baal, duplicem ſenſum habet, vel, quod aurum & argentum ſacrarunt Baali. vel quod ex auro & argento Baalem conflarunt. *Iccirco conuertar: & ſumam frumentum meum, in tempore ſuo & vinum meum in tempore ſuo: & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.* Minatus eſt Dominus Iſraëli quinque mala ſimul: quibus ſextum adiunxit, ſcilicet non miſerebor filiorum eius. adiunxit ſeptimum ſcilicet victus ab hoſtibus erubeſcet. admouit octauum ſcilicet, vias non inueniet, per quas ad idola colenda proficiſcatur. Adhibet nunc etiam nonum. ſcilicet auferam frumentum & vinum, in tempore ſuo. ſcilicet quando iam iam agricola frumentum & vinum, domi ſe habere putabat: tunc Dominus qui dederat, agricolis eripit. quod experientia quotidiana videmus. fructibus onerati arborum rami, vt ſe vix ferre queant, neſcias quomodo abſumantur, Granatæ ſuis granis, ſpicæ, & ſuo onere præſſæ, in terram recuruæ, leuis nebulæ rubigine concepta, fallunt ſpem dominorum, diuites racemis vites diuitem vindemiam promittentes, quã cauſa neſcias, ſtant minimè promiſſis: ſed decem iugera faciunt lagunculam vnam: & triginta modiis ſementis faciunt modios tres. Cur hæc, quia Dominus qui dabat, conuentit ſe, & ſua dona ſecum aufert. ¶ Quod vero dicit, Liberabo lanam meam, omnem attentionẽ promeretur. Omnis creatura non volẽs homini, Deo iubente ſubiicitur. Cũ igitur homo Deo ſeruit ſeruit homini omnis creatura lubenter. quia Deo per hominẽ, ſibi ſeruire videtur. At ſi homo, Deo deſerto, idolis, aut peccatis, aut dæmoni ſeruiat, cogitur creatura per hominẽ diabolo ſeruire. Si ergo iniquo homini lana eripiatur &

Lexicon hæbræum.

Octauian⁹ Cæſar.

Pſal. 144.

Pſal. 52.

Iſai. 5.

Rom 8.

tur, &

linum, hæc planè liberantur ab iniqua diaboli ſeruitute. ¶ Demũ illud, quæ operiebant ignomi. alludit ad peccatum
Geneſ.5. Adæ, quod homines ad verecunda tegenda coegit. Sequitur decimum malum. *Et nunc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius. & vir non eruet eam de manu mea. & ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolennitatem eius, neomeniam eius, ſabbatum eius & omnia feſta tempora eius.* Senſus eſt, ingruet bellum contra gentem Iſraëlis, recurret illa ad idola ſua, eaque ad pugnam, pro vexillis adducent, vt attulit. gens Hebræa ar-
4.Reg.1. cam Dei ſub Hæli, contra Philiſtæos, ſed cadet Iſraël coram ſuis idolis, etiam tunc, quando hoſtes fugiens, in ſuorum idolorum templa confugerit. Tunc igitur reuelabitur, quanta fuerit ſtultitia in idolis confidiſſe. Cadet igitur
Cantico Moyſi. Iſraël, Deo ita volente, neque erit, qui è manibus Dei eum eruere poſſit. Caſus verò tantus erit, vt nullum gaudium Iſraël habeat: nullumque poſtea feſtum agat. ¶. Nota
Ioan.2.5. Chriſtum beneficia ſua frequentius in ſabbatis, & feſtis
7.9. &c. contuliſſe. Cum enim magis illi ſeruimus: tunc in nos magis ſua beneficia pluit, Grande igitur malum eſt, quod ceſſent in nobis feſti dies. Nam ceſſabũt etiam beneficia Dei.
Iſai.1. ¶ Rurſum, quia iniquorum feſta ſunt abominatio Dei: ſi
Ierem.6. illi perſtant feſta celebrare, Deus illa non ferens, ea ceſſa-
Amos.5. re facit.

Et corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ ſunt: quas dedere mihi amatores mei & ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri. Hoc eſt. 11. malum, quod Dominus minatur dicens non ſolum Reſpub. Iſraëlis carebit frumento, vino, & lino: ſed etiam, vineæ & arbores corrumpentur: & exſiccabuntur: etiam ficus: quæ cauſa multæ humiditatis, vix vnquam exſiccantur. Exſiccabuntur verò & hæ, & vineæ, quia credebat Iſraëlis gens ſe eas ab idolis habere, velut mercedem, & ſtipendium eius cultus, quo tam relligiosè illa colebat. Vineis verò, & fructetis deſtructis, terra ſaltuoſa reddetur: implebiturque feris, homines deuorantib. Sequitur 12. malum.

Viſitabo ſuper eam dies Baalim: quibus accendebat incenſum: & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos: & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus. Grandem furorẽ Dominus indicat, cum ait, Viſitabo ſuper eam. Nam cum ille miſericors
Eccleſiu. ſit, non niſi magnum ſcelus, eum ad viſitãdum prouocabit.
Pſal.10. Ira igitur eius citò proximat. Iuſtus eſt. ac ideò iuſtitias di-
Iſai.42. lexit & viſitans viſitabit. Tacet, & ſilet: ſed, velut parturiens loquetur.

loquetur. Vocem verò tonitrui eius, quis ſuſtinebit? ¶ Nota antiquiſſimum morem accendendi incenſum, in argumentum diuinitatis. Nempe quia Moyſes Deo thimiama adolebat, idololatræ etiam idolis incenſum accēdebant. Ait enim Plinius Thure Deo ſupplicamus. ¶ Nota etiam vetuſtiſs. morem fœminarum, ornandi ſe inauribus, & monilibus, cum litanias, & ſupplicationes (proceſſiones noſtri vocant) faciebant, ſcilicet, ibant poſt imagines idolorum ſuorum. Id enim vult Oſeas, cum ait, Ornabatur inaure, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos. Non igitur Mamercus Viennenſis primus proceſſiones inſtituit, vt tradit Polydorus. Res multo vetuſtior eſt: Nam credo Azotios arcam Dei circumduxiſſe è ciuitate in ciuitatem, hoc eſt, ſolenniter, & cum proceſſionibus. ¶ Hæc omnia mala contingerunt Iſraeli cum à Salmanaſſare vaſtatus eſt.

Plin. libr. 1. ca. 24.

Mamercus.

1. Reg. 5.

2. PARS.

PROPTER hoc ecce ego lactabo eam. (2.) & ducam eam in ſolitudinem. (3.) & loquar ad cor eius. Iuxta 12. mala quæ dominus nunc comminabatur. 12. bona in hac parte promittit, quæ per Chriſtum Dominum noſtrum magnificè præſtita ſunt. Præſtitit porrò ea Chriſtus ad modum & analogiam eorum quæ præſtiterat in veteri lege. Gaudet enim hac Euangelij ad legem proportione: vt ſe vtriuſque legis auctorē eſſe demonſtret. Principio tu Chriſti gratiam aduerte, qui nullis noſtris meritis, imò verò grandibus noſtris ſceleribus prouocatus, pro vindicta, & ſuppliciis hæc 12. ingentiſſima bona largitur. Id indicat verbum illud, Propter hoc. Id eſt in mediis ſceleribus veſtris, magis ſplendebit lux gratiæ meæ. Id explicat Paulus dicens: Cum inimici & infirmi eſſemus, reconſiliauit nos, &c. & Iſaias, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Secundò nota verbū, Lactabo eam. Lactauerat Moyſes populum Iudæum, qui captiuus inter Ægyptios habitabat. Audi lac & blanditias. Audierūt, inquit, quod viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & quod reſpexiſſet afflictionem eorum: & proni adorauerunt. Populum verò ita lactatum, & delinitum, Moyſes in ſolitudinem duxit, & ei legem, atque præcepta dedit. Hæc tria Chriſtus, tanta potentior quàm Moyſes magnificè præſtitit. Sua enim prædicatione populum demulcebat, atque la-

Rom. 5.

Iſai. 8.

Exod. 4.

Matth. 5. 6. 7.

Ioan. 6.

ctabat:eos in ſolitudines ducebat: & verba vitæ, atque diſciplinæ docebat. Deum immortalem, & quantum erat, Chriſtum per ſolitudines ſequi,& eius præſentia, & colloquio frui.¶ Tu attentè notabis verbum, Ego lactabo eam, id eſt,ero ei ad modum matris,quæ tenellam filiam in vlnis portat,ad vbera iungit,& lactis abundantia lacta.(2)no-
Cant.1. ta etiam,ducam in ſolitudinem, ſcilicet, vt ſponſus ſponſam adducebat in agrum: vbi cupitis frueretur amplexibus ſine rerum corporalium interpellatione,3.penetra item, loquar ad cor.quâ re nihil ferè in terra grandius optes.Præca
Pſal.34. tur enim Dauid,Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.Et i-
Pſal.50. tem,audiam quid loquatur in me Dominus & auditui meo dabis gaudium.

(4)*Et dabo ei vinitores eius,ex eodem loco.*(5)*& vallem Achor, ad aperiendam ſpem.*(6.)*& canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ; & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti.*Locus primus expli-
Iſai.61. catur ex Iſaia,dicente, Stabunt alieni,& paſcent pecora veſtra, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.quia tantum vinearum habituri erant Iſraelitæ,vt ipſi eſſent earum vinitores:ſed ex ipſa prouincia gentiles,gnari,
Iſai.5. eius artis.Id præſtitit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ quæ apud Iſaiam vinea eius eſt.Nam ei dedit Apoſtolos, & alios ponti-
Hieron. fices doctiſs. (vt Hieronymus exponit.) qui vineam Chriſtianam, ex iudęis & Gentilitate collectam excolerent.¶ 2.
Iſai.65. Locus explicatur ex eodem Iſaia dicente, Hęreditabunt eam electi mei,& ſerui mei habitabunt ibi:& erunt campeſtria in caulas gregum: & vallis Achor in cubile armento rum, id eſt. Iudæi habitari ſunt paſcua vberrima, qualis erat vallis Achor. Ergo, vt per ſupradictos vinitores ſignificatum eſt, Iſraelem habiturum maximam copiam vini:ita & per paſcua in valle Achor, indicatum eſt, ha-
Joſue 7. biturum innumera pecora, & feliciſſima paſcua.Erat porrò vallis Achor primus terræ promiſſionis ingreſſus,in
Ioſue 8. quo occiſo Achan, & victo Rege Hai, conceperunt Iſraelitæ ſpem, quod terram illam eſſent poſſeſſuri. & ſignificauit vallis illa catechiſmum, & Baptiſmum, ſcilicet primum vitæ Chriſtianæ limitem,vbi vetere homine defuncto, & diabolo victo,ſpem concipimus aſſequendi vitā æternam.
Exod.15. ¶ 3.locus aperitur ex Exodo, vbi Iſrael poſtquā periculū Ægyptiorum euaſit, cecinit canticum illud, Cantemus Domino:glorioſè enim, &c.Ita cum per Chriſtum euaſimus pericula peccatorum, iubilamus lætitiâ inenarrabili vt ait

Petrus

Petrus,& cantamus,atque pſallimus in cordibus noſtris,vt ait Paulus,Quale verò ſit hoc magnificum canticum,nouit,qui accepit. *1.Pet.2.* *Ephſ.5.*

7.Et erit in die illa vocabit me vir meus,& non vocabit me vltra Baali. & auferam nomina Baalim de ore eius,& non recordabitur vltra nominis eorum. Baali,vt ſupra dicebam, ſignificat dominus meus.& licet id nomen verè conueniat Chriſto,eo dicente, Vos vocatis me magiſter,& Domine , & benè dicitis:ſed propheta prædicit,tantam futuram abominationem idolorum in populo Chriſtiano,vt nec eorum nomen,alio qui religioſum,vllo modo velint vſurpare.nec memores eius eſſe per labia ſua.Id quod tempore noſtro impletum aſpicimus. *Hoc ca.* *Ioan.13.*

(8)Et percutiam eum eis fœdus,in die illa,cum beſtia agri,& cum volucre cæli,& cum reptili terræ.(9.) & arcum,& gladium,& bellum conteram de terra,& dormire eos faciam fiducialiter. Primus locus verificatur planè , quia ſi Deus percuſſit fœdus cum Chriſti humnitate , planè percuſsit fœdus cum omnibus hominibus , qui ſumus membra eius humanitatis. Et ſi percuſſum eſt fœdus Deo cum homine , planè percuſſum eſt,cum omnibus , quæ ſunt homini ſubiecta. Quale verò hoc fœdus ſit, fusè explicatur apud Iſaiam. Habitabit inquit,lupus cum agno,& pardus cum hœdo accubabit.vitulus, leo,& ouis ſimul morabuntur : puer paruulus minabit eos.& infrà:, non nocebunt , neque occident , in vniuerſo monte ſancto meo. Quàm porrò hæc in Chriſti aduentu completa ſint,facilè videbit,qui hiſtorias Sanctorum, maximè martyrum legerit. leget enim quam domeſticæ fuerunt Sanctis ferę. Quam nihil nocebant virginibus tygrides,atque leones:ſerpentes,& cuncta venenata.tunc ſolum lędebant,cum Martyres orabant , vt ab eis diſcerperentur, ne coronà martyrij tantopere optata defraudarentur. Secundus locus habetur apud Iſaiam magnificis verbis,Conflabunt , ait,gladios ſuos in vomeres:& lanceas ſuas in falces.Non leuabit gens contra gentem gladium:nec exercebuntur vltra ad prælium. Quod idem retulit Michęas.Ad hæc pręſtitit Chriſtus,cuius ſpiritus,gratia,charitas , & lex pacem vnicè mandant & amant.quod ſi adhuc pręlia ſunt aut ex ſpiritu Chriſti non ſunt: aut pręter intentionem per accidens ſunt.at verò quę per accidens ſunt , extra diſciplinam ſunt. *Rom.12.* *Iſai.11.65.* *Iſai.2.* *Mich.4.* *Ariſt.*

(10)Et ſpõſabo te mihi in ſempiternũ.& ſpõſabo te mihi in iuſtitia,

b 2 *& iudicio*

& iudicio: & in miſericordia, & miſerationibus. & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies, quia ego Dominus.

Quod Deus deſpõſarit ſibi Eccleſiam plenę ſunt ſcripturæ. lege Paulum ad Epheſios: id te ille docebit. docebit & Salomon in Cantico ſuo. Reliquum huius loci docet idẽ Paulus, cum ait: Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius: per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. quem propoſuit Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius. Vbi attende iuſtificationem noſtram (quam Oſeas vocat deſponſationem) ex tribus cauſis dependére. primum ex gratia Dei, eiuſque miſericordia, & miſerationibus. Secundò ex Chriſti redemptione, per quam ſeruatus eſt rigor iuſtitiæ, & iudicij. ſcilicet Chriſto ſoluente debita noſtra, ex toto iuris rigore. Tertiò ex fide, quâ in Chriſtum crucifixum credimus. Hæc dicit propheta. Deſponſabo te mihi, ait rigore iuſtitię & iudicij, in Chriſti paſſione ſeruato. & in miſericordia, & miſerationibus. ſ. ex pura gratia. hęc enim fuit principalis cauſa deſponſationis. & demum in fide. intellige viua. Et quia in opere redemptionis magis reſplenduit potentia, ſapientia, & bonitas Dei, quàm in opere creationis, ideò dixit, Scies, quia ego Dominus.

Epheſ. 5. *Cantic.* *Rom. 3.* *Ex Deo.* *Ex Chriſto.* *Ex nobis.*

(11.) *Et erit in die illa, exaudiam dicit Dominus: exaudiam cœlos: & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum, & vinum & oleum: & hæc exaudient Iezrahel.* Cum peccatores ſumus, clamamus planè. & quęrimus alimenta, ex terra, ex cœlis, ex Deo. at nec terra, nec cœli clamant pro nobis: ſed contra nos, vt Sodoma clamat cõtra Sodomitas. Clamor, inquit, Sodomęorum multiplicatus eſt, & terra, quę ſanguinem Abelis exceperat, clamat contra Cain. At quia per Chriſtum ſancti ſumus, ſi volumus, ideò clamant omnia pro nobis: & exaudiuntur. Et equidem ſi olim terra clamabat contra homines, ſanguine idolothyto contaminata, num non clamabit nunc pro nobis, Chriſti ſanguine reſperſa, & ſanctificata? Sit igitur Iſraël, ſeu Iezrahel ſpiritualis, iuſtus & ſanctus, & hæc omnia adiicientur ei. ¶ Illa porrò verbi, exaudiam, repetitio, manifeſtè indicat, quàm ſe Deus obligare velit, ſi nos deeſſe non velimus gratię ſuę. ¶ Ergo locus hic indicat, quàm attentus ſit Dominus, quámque eius aures pateant precibus iuſtorum: quamque velit cœlos, terram, & vniuerſa iuſtis miniſterium propitiſſimum exhibere: imò pro noſtris neceſſitatibus, coram Domino, intercedere, & clamare.

Geneſ. 18. *Geneſ. 4.* *Pſal. 105.* *Luc. 12.* *Matth. 6.*

(12. Et

(12.) Et ſeminabo eam mihi in terram: & miſerebor eius, quæ fuit Abſque miſericordia: & dicam, Non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicit, Deus meus es tu. Id eſt non continebitur gens
Chriſtiana intra Iudæorum fines. Nec enim eſt Deus Iudęo *Roma.3.*
rum tãtum: ſed per totam terram diſſeminabitur. Quod nos *Matth.*
impletum videmus, temporib. noſtris, nõ modò & Paulus vide- *Marci*
bat tempore ſuo. Dixit enim in omnem terram exiſſe apo- *vltimo.*
ſtolicas voces. Iã verò Chriſtianitatis ita diſſeminatæ, quę *Rom.10.*
olim cum pagana eſſet, erat Abſque miſericordia, miſerebitur Deus miſericordiâ ſempiternâ: & vocabitur populus
Dei perpetuò. & ipſa ex totis viſcerib. & ex intimo affectu
Deum ſuum, & dilectum ſuum in corde habebit, & ore. Cla *Rom.8.*
mat enim Abba pater.

Accuſabunt nos Rabini, quòd hanc ſecundam huius capitis partem de Chriſto noſtro expoſuerimus, quodq́ue in eo non viderint omnia hîc promiſſa completa. Sed cum illi non poſſint alium exhibere, in quo compleãtur, ceſſabit eorum accuſatio prior. Quod ſi adhuc Meſſiam alium expectant, ea non ſpes, ſed deſperatio eſt. & ſi attentius legerint, quæ actenus diximus, ceſſabit, exiſtimo, accuſatio ſecunda.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT III.

Hvius cap. intelligentia ſumi debet ex tempore, in quo Oſeas viuebat: in quo totus Iſraël, conſenſu publico adorabat idola, & indulgebat ebrietati. Ideò propheta eam gẽtem vocat adulteram, quia relicta ſuo vero viro & Deo, Idola colebat. Quã cauſa prophetat fore, vt *Rom.11.*
gens hæc per tempora multa ſine Deo maneat, vt nunc videmus: ſed in nouiſſimo tempore conuertetur, vt Paulus prædixit.

Et dixit Dominus ad me, Adhuc vade, Dilige mulierem dilectam amico: & Adulteram: ſicut diligit Dominus filios Iſraël: & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Attentiſſimè audies, quod propheta iubetur diligere, non verò coire: nec in vxorem ducere fœminam. Videlicet, quia fœmina, quã iubet Dominus diligere, erat coniugata, & virum habebat, ac ideò ei propheta coniungi nequibat. Quod eſſet coniugata, probat verbum illud, dilectam viro, & adulteram: at ſi coniungata non eſſet, fornicaria eſſe poterat,

non adultera. Igitur Dominus iubet, vt Oſeas diligat, & afficiatur in mulierem coniugatam, quam ſuus vir amet impotentius. illa tamen, quamuis ita dilecta, maritum contemnat, & eius fidem violet. Sed propheta ex amore, eius vicem dolens, pretium ei det, ne adulteret: ſed abſque viro perſeueret. hæc eſt ſumma & ſenſus huius capitis. Ergo ô Oſea vade, dilige vxorem viri, nimis eam amantis, quę tamen ita dilecta, adulterium committat. in figuram, quod ego diligo gentem Iſraëliticam, quæ cum vxor mea ſit, adulterium tamen admittit cum diis alienis, eos colendo: & in eorum feſtis ſe inebriando. hoc enim ea phraſis deſignat, diligunt vinacia, id eſt, diligunt ebrietatem. Sicut nos Hiſpani pro ebrietate dicimus Cominos de odreſita Hebræi dicunt vinacia vuarum. Porrò in ſacris
Lib. 12. anti. c. 3. Gentilium permiſſam ebrietatem poſt ſacrificium, habet Cœlius.

Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam, Dies multos expectabis me. Non fornicaberis: & non eris viro: ſed & ego expectabo te.

Luſitani, cum quidpiam ſibi parant multâ diligentiâ & labore, id ſibi fodere dicunt. Dicunt enim fodi mihi aut tibi hũc honorem, illud beneficium. Ita propheta docẽs, quod labore, & cura fœminæ caſtitatem acquiſiuit, fodiſſe dicitur. Placet interim, quod hoc verbum fodi, alludat ad antiquorum
Exod. 21. Hebræorum vſum, quo ſeruis fodiebatur auris, in ſignum
Deut. 15. perpetuæ ſubiectionis. ergo & fœminæ perforatur & foditur auris, vt ſit ſubiecta perpetuò, & in poſterum minimè fornicetur. ¶ Porrò numus argenteus dicitur valuiſſe 40. numos æreos, plus minus. & ego vidi numum argenteũ, qui vt (vt dicebatur) erat ex his, quibus Chriſtum Iudas vendiderat. erat verò eius quantitatis, vt quem dixi-
Lexicon Hebra. mus, valorem haberet. ¶ Porrò corus eſt onus aſinarium, id eſt, onus quod bonus aſinus ferat. Exiſtimo igitur corum vnum ordei cum dimidio (vt ait Oſeas) valuiſſe alios 15. argẽteos vt videlicet, quod Oſeas fœminæ dedit, fuerint 30. argentei. quindecim pecuniæ, & quidecim ordei. ¶ Hoc igitur pretio conduxit eam, ne fornicaretur per multos dies: imò obſtrinxit eam, ne vllum virum diebus multis agnoſceret: id enim ſignificat, Non eris viro, id eſt nullum virum cognoſces. Vnde vir doctus facilè colligat, nullum eſſe peccatum, quod ego tibi precium dem, vt facias, quod alioqui facere debes. vt quod dem iudici, ne mihi iniu-

hi iniuriam faciat:dem latroni ne me expoliet:& aſſaſſino, ne auferat vitam.Imò vt fœmina illa non obligabatur reddere 30.argenteos illos,ita nec hi obligantur reddere,quòd *Lib. 4. de* ne malũ facerent,acceperũt.quod etiam aſſeuerat Domini- *iuſti.q. 7.* cus Soto. ¶ Quod verò dicit Propheta, ego expectabo te, *art.1.* videtur huc ſenſum habere. Ego vigilabo, te circunſpectans:minimè tui oblitus.& hactenus litera. Eam verò Deo noſtro accommodare ſummæ difficultatis eſt, videlicet, quia neſcitur, quid figurent 15. argentei: & corus vnus hordei cum dimidio. ¶ Porrò rem obſcuriſſimam aggrediemur:cum huius partis literam abſoluerimus.

Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe: ſine ſacrificio, & ſine altari: & ſine ephod, & ſine theraphim.

Filij Iſraël hoc loco ambit nõ ſolas 10.tribus, ſed vniuerſas. id eſt 12.tribus.¶ Notabis primum doctiſſimè dictũ,Sedebunt ſine Rege, & ſine Principe. Quia vt ex Zacharia, & Eſdra,& Nehemia colligitur, poſt captiuitatem Babylo- *Eſd. 2. 3.* nis Iudæi,licet nõ habuerint Reges,habuerunt Principes ta- *Zacha. 1.* men,ſeu duces, quorum primus fuit Zorobabel. alius fuit *Malac. 1.* Nehemias.& reliqui,quos Nehemias & Ioſephus recẽſent. *Ioſephus.* At poſt Chriſtum carent miſeri Iudæi non Rege ſolum, ſed & Principe. vt oculis conſpicimus. Id verò Propheta prædixit. ¶ Notabis 2. ex magno Abulenſi, Iudæos, vbi- *Exod. 21.* que terrarum,carere nũc & ſacrificio,& altari,ratio eſt.quia: iuſſerat Dominus olim,ne ei ſacrificium offerri poſſet, niſi ſolum in loco,quem ipſe deſignaſſet,id eſt in templo Hiero *Deut. 12.* ſolimitano.Cum igitur per Mauros id templum ſit Iudæis *14.16.* interdictum, eius altari interdicto,interdictum eſt eis om- *26.* ne ſacrificium.Hoc prænunciauit propheta, cum ait, Sedebunt ſine ſacrificio,& altari.¶ Tertiò nota,ephod fuiſſe duplex,alterum,erat lineum,ad modum noſtrarum ſuperpelliciũ(ita vocamus.)Erat id ornamentum commune vniuerſo Leuitico generi.& id fecit Anna ſuo filio Samueli.& hoc *1. Reg. 2.* ephod veſtiti erant 85. viri, quos Doëg interfecit. Alte- *Reg. 22.* rum ephod erat ornamentum Sacerdotale, ex auro & hiacintho contextum. Vbi Deus reſponſa Sacerdotibus dabat.& populo per eos.de quo ornamento habetur ex Exo- *Eod. 39.* do copiosè.Vtroque ephod, prædicit Oſeas, carituros Iu- *28.* dæos.maximè ſecundo. quod ſuperhumerale vocari ſolet. Quartò notabis theraphim vocabulum eſſe ignotæ ſignificationis, aliis aliud dicentibus. Abulenſis ſuper lib. Iudicium.cap.17.q.12.dicit tandem, teraphim eſſe quālibet

que libris deſcriptam. Cum enim lex Dei ſit argentum, igne examinatum, nihil quadrantius dici poteſt, quã quod lex naturæ, & Scripturæ ſint. 15. argentei, quibus Iudæi continentur, ne idola venerentur. ¶ Porrò pondus aſini, & ſuperpondiũ quadrantiſsimè ſignificat Talmud Iudæorum. quo etiam illi continentur, ne idolis adhæreant. Sunt autem Talmudica præcepta onus & pluſquam onus, quod nec Iudæi, nec eorum patres portare potuerunt. & planè põdus hordei, iumentis accommodum, non verò tritici, id eſt Chriſti, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue, id eſt, non pondus & ſuperpondium. ſed minus pondere. quia ipſummet auxilium eſt, quo feratur. Ergo lege naturæ, Scripturę, & Talmudica Iudæi obſtringuntur, & coërcentur, ne idolis, vt aliæ gentes ſubiibiantur. *Actor. 15.* *Matth. 11.*

Poſt hoc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuũ: & Dauid Regem ſuum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius, nouiſsimo dierum. Verbum hoc, nouiſsimo dierum, cogit intelligere textum præſentem de die iudicij. Maximè quia experientia nos docet, etiam nunc Iudæam gentem ſine Rege, ſine Deo, & ſine idolis perſeuerare. Ergo prædicit Propheta Iſraelem perſeueraturum in ſua infidelitate, ſine Deo, & ſine idolis, vſque ad dies iudicio proximos. quando, poſtquam plenitudo gentium introierit, Iſrael ſaluus fiet, vt Paulus vaticinatus eſt. & apud Danielem, id etiam legimus. Vſque ad conſummationem, ait, & finem perſeuerabit deſolatio. Igitur vſque ad tempora iudicij, manebunt deſolati Iudæi. *Rom. 11.* *Dan. 9.*

Notabis Chriſtum vocaueri Dauid. Nam Dauidem illũ, qui fuit Chriſti figura (vt tanto ante defunctum) Iudæi quęrere non poſſunt. Porrò verus Dauid Chriſtus vbique vocatur. Vide apud Ezechielem. Igitur iudæi, in nouiſsimis temporibus reuertentur ad Deum (quo nunc carent) & ad Chriſtum. quia non eſt aliud nomen, in quo oporteat nos ſaluos fieri niſi in nomine Chriſti Pater ſiquidem omne iudicium dedit Filio: vt omnes honorificent Filium, vt honorificant Patrem. ¶ Secundò, illud verbum, bonum eius: explicatur ex Zacharia dicente. Quid bonum eius, aut quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum: & vinum germinans virgines? Quod abſque dubio ſignificat Euchariſtiam, quæ eſt frumentum faciens electos. & vinum ex libidinoſis virgines reddens. Ergo Iſraelitę ad finem mũdi pauebũt, reuerebuntur, trement, & cultu latriæ (nam latria *Ezech. 34. & 37.* *Act. 4.* *Ioan. 5.* *Zach. 6.*

tremorem

tremorem ſignificat) colent Dominũ,& eius Euchariſtiam.
¶ Notabis igitur, Euchariſtiam colendã eſſe eodem pauo-
Protheo- re,& tremore,quo eſt Dominus colendus.ait enim, paue-
ria. bunt ad Dominum,& ſimul ad bonum eius.

CAPVT IIII.

HAec eſt ſecunda Concio,quam,vt videtur, Propheta publicè habuit.in parte prima litigat Deus cum gente Iſraelis,quæ illo tempore viuebat.& eius pœnas prędicit.in ſecunda arguit Sacerdotes, & pręnunciat eorum punitiones. In 3. rurſum arguit contra populum Iſrael,prophetizans illorum ſupplicia. In 4. demum populus iuda,ne peccet,admouetur.

AVDITI verbum Domini filij Iſrael: quia iudicium Domino, cum habitatoribus terræ. Non eſt veritas, & non eſt miſericordia: & non eſt ſcientia Dei in terra, Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & ſanguis ſanguinem tetigit. id eſt, Vos omnes audite, qui Iſraëlitæ vocamini. Dominus vult vobiſcum iudicio contendere. Eius accuſatio contra vos hæc eſt. Quod non loquimini veritatẽ, cum proximo veſtro. Quod fratri neceſsitatem habenti. viſcera clauditis miſericordiæ. Quod legem Dei penitus ignoratis, nec eam ſcire curatis. Immò verò contra Deum blaſphemiæ, contra proximum mendacia, furta, homicidia, & adulteria agminatim inter vos inueniuntur. & cædes hǫminum tam frequenter fiunt, vt alia aliam contingere vi-
Pſal.104. deatur. ¶ Primùm aduerte. iudicio diſceptat Deus cum
Luc.19. peccatore. & licet frequẽter hic afferat excuſationes in peccatis: at verò Dei iudicium verum eſt. De ore tuo te iudicabit, ſerue nequam. Nec ei poteris reſpondere vnum pro
Iob.9. mille. ¶ 2. nota. illud verbum, non eſt veritas, referri poſſe ad iudicia. vt ſit ſenſus, non ſit veritas in iudiciis. quod eſt
Matth. primum caput malorum. vt Dominus dixit, Reliquiſtis ait
23. grauiora legis, ſcilicet iudicium, miſericordiam, & fidem.
¶ 3. nota, vbique magnam haberi de miſericordia ratio-
Rom.13. nem. Nam qui proximũ diligit vniuerſam legem impleuit. & de miſericordia, præcipua in die iudicij mentio fiet.
Matth. ¶ 4. temporibus illis. in magna obliuione ſepulta erat
25. ſcientia Dei, id eſt ſcientia legis Diuinæ. Adeò, vt velut

tem

rem nouam dixerit Helcias ſummus ſacerdos ad Saphan Scribam. Librum, inquit legis inueni in domo Domini: qui poſtea lectus eſt coram populo. At fons omnium malorum eſt ignoratio legis Dei noſtri. ¶ 5. homicidia, quia in Iſraele tūc fiebant, præter ea, quę nō ſcribūtur, lege 4. Regū. *4 Reg. 22. & 23.*
Propter hoc lugebit terra: & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtea agri, & in volucre cæli: ſed & piſces maris congregabuntur. *4. Reg. 15. & 16.*
Lugebit terra, id eſt, carebit fructibus, viro re, & decore ſuo, Nam cum hæc haber, ridere dicitur. terra verò fructibus carente, neceſſe eſt, omnes eius habitatores flaceſcere, ſiquidem eorū iumenta carent in agris paſtu: & volucres carent ſeminibus quæ comedant. & piſces, cum deſunt in fluminibus aquæ, ad lacus accurrunt. in quibus congregati pereunt, cum & ipſi lacus aquis deſtituūntur. & memento, quod Hebręis congregationes aquarum maria vocantur. *Gen. 1.* ¶ Si lector quęris, quando hæ prophetia complata fuerit, lege Ieremiam c. 14. Ioelem c. 1. Amos cap. 4. apud Ieremiam inuenies triſtia eius lamenta, eo quod ariditas terram vbique premebat, &c. *Ierem. 14.*

Verumtamen vnuſquiſque non iudicet: et non arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt Sacerdoti. Cum mala in populo crebreſcunt, remedium eſt, quòd iudex iuſtè damnet criminoſos, & quod Sacerdos arguat delinquētes. Si enim ſæcularis iudex, ſimul & Eccleſiaſticus ſuo muneri inuigilent, ſpes eſt fore, vt peccata minuantur. At propheta iudicem admonet ne iudicet, & Sacerdotem ne arguat. Cur ita, propheta, Certè quia nulla erat ſpes correctionis. Cur ita, quia populus erat pertinax, & inuerecundus. vt eſſe ſolent, qui ſuo contradicunt ſacerdoti. Planè ſacerdos vicem Dei gerit: & Deus in eo velut conſpicitur. Cum igitur animo obſtinato, aliquis ei repugnat, nulla eſt in eo ſpes emēdationis. ¶ Interim obſerua precor: quantum ſit crimen, repugnare ſacerdoti, qui curam tui gerit. *Ioel. 1. Amos. 4.*

Et corrues hodie, et corruet Propheta tecum. nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam. Hodie, id eſt, in die, & in clara luce, corruet populus coram hoſtibus, & corruent falſi prophetæ, qui populo infideli bona promittebant, De quibus multa Ieremias vbique. Corruet etiam populus noctu, hoſtibus nocte eum vaſtantibus. quæ vaſtatio dicitur ſilentium. tacet enim populus, qui vaſtatus eſt. Idem ſignificat, cum ait, Conticuit populus. ¶ Non tibi pariat obſcuritatem illud verbum, *Ierem. 14. 23. & 27.*

matrem

D.Hieron. matrem tuam. quia,vt rectè Hieronymus habet, mater Iſraelis vocatur ipſemet Iſrael. Totus enim populus eſt, velut mater ſingulorum.quod nos ſuprà latè docuimus. ¶ Sum-
Oſe. 1. mopere nota, Non excuſari populum,quia legem Dei neſciat:immò quia neſcit,cum tantoperè referat ſcire, corruet inquit,coram hoſtibus ſuis. Vt ergo magnum beneficium
Rom. 3. contulit Deus Iudæis,quando credidit eis eloquia ſua : ita,
Eſai.5. grandis eſt ira,mandare nubibus (ſcilicet prædicatoribus) ne pluant ſuper populo.

II. PARS.

QVIA tu ſcientiam repuliſti,repellam te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui:obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum,peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Quia Propheta de legis diuinæ carentia populum arguerat ex ea re in Sacerdotum congregationem inſilit. Ergo ô Sacerdotum congregatio,quia nihil curatis noſſe legem Dei,cauabit DEVS,ne ei ſeruiatis,in munere Sacerdotali. vt olim curauit ne deſeruirent Ophni,& Phinees filij Heli,nec vllus de eius progenie. Et quia obliti
1.Reg.12. eſtis Dei,obliuiſcetur veſtri Deus. Et ſi quotquot eſtis,me offenditis,quotquot eſtis priuabo authoritate , & honore, immò reddam vos contemptibiles , & ignominioſos. Vt nos Chriſtiani videmus:noſtri ſiquidem indocti Sacerdotes ridiculi ſunt,& deſpectiſſimi coram indocta plebecula.

Peccata populi mei comedent:& ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animam eorum. Variè exponitur locus iſte. D. Hiero.ita
D.Hieron. exponit:peccata populi Sacerdotes laudant.iuxta illud,Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuę. Alij, peccata populi
Pſal. 9. id eſt,oblationes pro peccatis. Iuxta illud, Qui peccatum non nouit,pro nobis peccatum fecit. Neſcio an facilius ita exponas. Nos Hiſpani , cum facilè incommoda ſuſtine-
2.Cor. 5. mus , dicimur ea deuorare. Ita Sacerdotes , qui nihil peccata populi curant , qui nihil reprehendunt , dicentur ea comedere , & deuorare: quia ſine tedio ea ſuſtinent. Illud verò , ſubleuabunt animam ſuam , exponitur
Matth.23. ex loco illo Domini. Alligant onera importabilia , & nec digito ea contingere volunt. quaſi diceret, non contingunt ea manibus: ſed ſubleuant manum ex eis. Ita Sacerdos,qui dolet peccata populi,qui reprehendit , qui-

punit

punit, peccata planè intellectu, ore, & manu contingit. Sed qui nihil ea curat, licet videat, is animam ab illis ſubleuat, ne,ſcilicet ea contingat. ¶ Vel facilius, ſubleuant animas ,id eſt, fauent, & velut porrigunt manum, & tollunt, vt ad iniquitatem peccatores attingant.

Et erit ſicut populus ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias eius: & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt. quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Cum teſtimonio Domini, ita Sacerdos populum excedere debet, vt paſtor excedit oues: vt lux cœleſtis hæc inferiora: non poteſt non grandis infœlicitas eſſe, ſi talis ſit Sacerdos, qualis populus. Si enim ſal infatuatum fuerit, in quo populus ſalietur? & ſi lux obtenebreſcit, à quo mundus illuminabitur? Ergo quia Sacerdos ſe ad populi ſordes deiecit, viſitabo (inquit) ſuper vias eius. id eſt hactenus tacui, ſemper ſilui: nunc parturiens loquar. id eſt, nunc viſitabo mores veſtros, quos hactenus diſsimulaſſe videbar. Et licet, ô Sacerdotes veſtræ cogitationes, vobis tranſiſſe videantur, ego vobis eas reddam. Cum enim eas puniuero, reddam in pœna, quod tranſiuit in culpa. Comedetis (inquit) & non ſaturabimini. Dictum eſt, Non natiuitatis fructus paſcunt homines. Et iterum, non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo & cæt Ergo, quod multi exiguo cibo contenti ſaturentur, gratiæ Dei eſt, & beneficientiæ: qui aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Contrà verò, quod multo cibo deuorato fameſcat, qui deuorauit, pœna eſt, quam pro culpa Deus infligit. Nam tempore famis id contingit: vt nunquam ſatientur comedentes. Igitur ô Sacerdotes vos comeſſationibus indulgetis: ſed Deus ordinauit, vt his nunquam ſaturemini. Rurſum: fornicamini: delicias vobis inde procurantes. at Deus ordinat, vt fugiat à vobis ea delectatio. carne minimè potente præſtare, quod apparentia cupit. Appetitu non ceſſante: ſed viribus carnis non valentibus: imò deficientibus

Ioan. 12.
Math. 5.
Eodem,
Iſai. 42.
Sap. 16.
Math. 4.
Pſal. 144

¶ Cogor ita exponere, verbum enim ceſſabunt, Hebræis eſt, præualebunt, irrumpent, diuident, ſed ad textum. Si quæras, cur hiſce pœnis Dominus puniat Sacerdotes? planè quia ipſi Dominum dereliquerunt: cum neque eius legem cuſtodiēdo. ¶ Si quæras, quæ ſit lex ſacerdotum? eam inuenies pulcherrimam apud Malachiam. Demum q̄ ait, fornicatio,

& vinum,

& vinum, & ebrietas. pro ebrietate Hebræis eſt muſtum, vt ſignificet, tria auferre hominibus iudicium, fornicationem, vinum, muſtum. de fornicatione habemus illud graue
Prou.6. nimis, Mulier pretioſam viri animam aufert. & de vino
Luc. 21. illud, Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & veniat ſuper vos repentina dies illa. Quod au-
Plutarch. tem magis inebriet muſtum, quàm vinum, licet repugnet
Macrob. Plutarchus, & Macrobius, pluribus tamen cofirmat Alber-
Cœlius. tus, & refert Cœlius. De vino, & mulieribus longà diſputa-
Eſd.3.c.2 tio eſt apud Eſdram.
& 3.&c.

III. PARS.

Populus meus in ligno ſuo interrogat: baculus eius annunciauit ei. ſpiritus enim fornicationum decepit eos: & fornicati ſunt à Deo ſuo. ¶ *Super capita montium ſacrificabant: & ſuper colles accendebant thimiama: ſubtus quercum, & populum, & terebinthum. quia bona e-*
Nicander *rat vmbra eius.* Solebant Perſæ, & Cappadoces cum Deos ſuos coſulebant, miricæ virgas in manibus habere: Schitæ ſalignas, & miricæ: Narces tiliæ. Eum vſum imitati Hebæi, idola conſulebant, per has miricæ virgas (vt credo.) id verò eſt, in ligno interrogare. Nam Nicandri interpres ait. Appollo ſanxit, vaticinos mirica prænunciare mortalibus futura. Vnde, & Nicander miricam mantin vocat. id eſt diuinatricem, imò & hac ratione miricæus vocabatur
Cœlius. Apollo. Hæc ex Cœlio libro 7. antiq. c. 29. Quod verò ſubditur, Baculus eius annunt. explicatur ex eodem, eodem loco, vbi ait, diuinatores illos, baculos in ſublime iactaſſe, ex differentia baculi cadentis, futura prænunciaſſe. Eſt porrò hoc verbum apud Oſeam ironicum. baculus videlicet futura populo predicet. Et quia hæc erat grandis amentia, vt baculo crederent mortales, ſubdit, Spiritus fornicatio
Iudic. 9. num decepit eos. Eſt ſpiritus odij, & diſcordię, vt erat is, quem Dominus miſit inter Abimelech, & habitatores Si-
Iob.4. chem. Eſt ſpiritus iræ. quo Deus, quem vult caſtigat. vt Eliphaz apud Iob ait. Nam ſunt ſpiritus, qui ad vindictam
Eccleſ.39. creati ſunt. eſt ſpiritus erroris, ſeu vertiginis vt habet Iſai.
Iſai. 19. quo inſtigante errare ſolemus. eſt ſpiritus infirmitatis,
Luc.13. quo mulier illa per 18. annos affligebatur. Eſt ſpiritus immundus, qui nos, ad carnis ſordes propendere facit. qui eſt ſpiritus fornicationis carnalis. Eſt demum ſpiri-
Luc.6. tus fornicationis ſpiritualis, qui contendit nos à Deo,

auocatos,ad cultum idolorum prouocare. De hoc ſpiritu loquitur Oſeas. Is eſt,quo conſultore, Deo derelicto,ingrandes idolatriæ errores prolabimur. Mirum verò eſt, quanto aſtu Lucifer miniſtros ſuos armet contra nos, ſcilicet ſingulis ſingula demandans officia. Illud verò,fornicari à Deo ſuo,ſignificat,gloriam,& cultum Deo debitum idolis tribuerunt. de qua phraſi dicendi multa dixi ſupra capit 2. ¶ Tu interim nota, prius eſſe peccatum derelinquendi Deum:poſterius eſſe,quod in eius peccati pœnam, Deus permittat idololatram ſpiritu idololatriæ agi. vt prius fuit Pharaonem peccare,tum poſterius propter peccata, excæcari.rectiſſimè igitur dicit Oſeas,ſpiritus fornic.decepit eos. Cur Propheta? Certè,quia illi iam fornicati fuerunt. Quæris,quomodo fornicati fuiſſent? planè quia in montibus & collibus idolis ſacrificabant.& thimiana quod ſoli Deo Moſes mandarat accendi,ipſis idolis incendebant. Porrò montes , & colles ſunt meliores terræ partes , à quibus,velut capitibus, humor & virtus in inferiora deſcendit. qua cauſa ſpecialiter à Dauide prouocantur , vt Dei laudes decantent.Cum ait, Montes & omnes colles &c. Nam & Abraham litauit in vertice montis. Ergo curabat diabolus in montibus,& collibus ſibi laudes offerri, qui maximè diuinis laudibus erant dedicati. demum eligebant ſibi idololatræ quercum,populum, & terebinthum ſub quibus idola collocarent. quia earum arborum vmbra ſalubrior & melior erat, vt Oſeas,ait. vt eam ſalubritatem idololatræ nôn Deo,ſed diabolo ferrent acceptam. Idolum verò,quod ſub quercu ponebatur erat Iouis: vt Herculis quod ſub populo.

Oſee.2.

Exo. 4.5. &c.

Exod.37.

Pſal.148.

Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ: & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. ¶ *Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ: & ſuper ſponſas veſtras cum adulterauerint. Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur:& cum effœminatis ſacrificabant.& populus non intelligens vapulabit.* Ex textu primo colligimus peccata parentum promereri fornicationem filiarum: vt etiam peccata ſponſorum, ſuarum ſponſarum adulteria. Deum immortalem,& quanta eſt peccati malignitas, quam Deus punit, non ſolo peccato peccantis:ſed etiam filiorum, & vxorum. & eadem ratione ſeruorum , & inferiorum. ¶ Ex ſecundo textu colligimus,miſericordiam Dei eſſe,ſi ſtatim ac peccatum naſcitur,puniatur,& eradicetur. ſicut colligimus iram Dei eſſe,ſi peccatum non viſitetur,non caſtigetur : ſed radices

radices agere permittatur. Ergo Deus non viſitat fornicantes filias, & adulterantes ſponſas, quia harum viri, & illarum patres conuerſabantur cum meretricibus, & effœminatis.
Iſai.2. ¶Hoc loco nota Priapum Latinis, Hebræis fuiſſe Beelphegor, id eſt, Deus vetendorum. In cuius ſacris ſacrificantes iungebantur ſacerdotiſſis Priapi, vt olim Hebræi cum Ma-
Num, 25. dianitis. has ſacerdotiſſas vocat textus meretrices. Lege
3.Reg.15. hanc rem in lib.3.Regum. Porrò effœminatos vocat cynædos, ſeu exectos, qui matri Deorum ſeruiebant: & vt credi par eſt, cum ſacrificantibus coibant. Iſaias, pueros alienos
Iſai.2. vocat. Igitur ait Oſeas, ſi vos peccatis cum meretricibus illis, & cynædis, miramini, ſi vos ita ego caſtigem? Hos cy-
Hieron. nædos vocari Gallos Hieronymus eſt author. Erant verò Cibeli ſacri. at Cibeles vocabatur Deorum mater. & vocabatur Veſta, Rhæa, Ops, Iſis, Bellona, Pallas, Berecinthia,
Cælius ita. Idæa, Phrigia, Peſſinuntia. ¶Illud verò populus non intelli. vap. locus communis eſt, indicans, non ſolum duces cæ-
Luc.6. cos, ſed etiam populum. qui ducitur à cæcis, ſi cæcus eſt, ambo in foueam caſuros. Rectè precatur Moſes. Vtinam ſaperent, inquit, & intelligerent. Nam qui ignorat, ignora-
Deut.32. bitur. vapulabit igitur populus non intelligens, ſed gloſa
1.Cor.4. Domini eſt: quod comparatione eius, qui voluntatem Domini cognouit, nec fecit, is qui non intellexit, vapulabit
Luc.12. paucis.

IIII. PARS.

Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda. & nolite ingredi in Galaal: nec aſcenderitis in Beth-auem, nec iurauentis, viuit Dominus.. Dictum mihi eſt, initio cap. primi fuiſſe diuerſum
Oſea.2. regnum Iſrael, à regno Iuda. illud enim poſt mortem Salomonis adorauit idola. hoc vero vtcunque perſtitit in cultu veri Dei. licet frequentiſſime cultui Dei, idolorum cultum commiſceret. Id verò eſt, quod oratione tam flebili, Oſeas amoliri conatur dicens: Si Iſraelis regnum ſeſe ſubiecit i-
Ioſue. 4. dolis, ſaltem regnum iuda eum cultum abnominetur. non intrans in Galgala, nec in Beth-auem. ¶Galgala erat iudęis locus religioſus. Quia poſteaquam è Iordane egreſſi ſunt,
Eodem. intrantes Paleſtinam, prima caſtra in Galgalis collocarunt. Vbi & Ioſue 12. lapides conſtituit, quos ex Iordanis alueo
Ioſue.5. ſuſtulerat. Ibi Ioſue, ſecundò Iudæos circuncidit. & in eius campis iudæi fecerant ſuum Phaſe. Maximè verò erat Iu-
Ioſue.5. dæis locus ille ſacer, quia in eo apparuerat Angelus Ioſue:

&

& ei dixerat, Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. & ideò ibi Saul victo Amalech, Deo litat. Huius tamen loci ſanctitatem idololatræ violauerant, curantes, vt ibi maximè coleretur diabolus, in quo maximè debuerat coli Deus. Cum ego eſſet ibi templum, vbi maximè adorabantur idola, iubetur regnum Iuda, ne in eum locum introeat.¶ Porrò Bet-hauem, prius dicta fuerat Bethel. locus planè ſacer, ob ſcalam in eo à Iacob viſam, & lapidem in eo vnctum ab ipſo. At eo loco Ieroboam vitulos aureos collocauit. id eſt idolum Aegypti, ſcilicet Apin. erat enim is vitulus. voluitque Ieroboam, eum locum eſſe in Iſrael ſanctiſſimũ. Ita enim Amaſias vocat eum, ſanctificationem regis, & domum regni. Propterea deterret Oſeas regnum Iudæ ne in Bethauem ingrediatur, ſcilicet ad colendum vitulos illos. Dicitur autẽ Bethauem, id eſt domus iniquitatis. quo nomine pij vocabant templum illud, in quo tanta contra Deum iniquitas admittebatur, vt eius loco vitulus adoraretur. Illud verò, ne iuraueritis viuit Dominus, D. Hieron exponit. Ne veſtro prophaniſsimo ore, nomen ſanctum meum contingatis. Exponi & aliter poteſt. ſcilicet. Ne iuretis, viuit Dominus, Diuinitatem meam veſtro idolo tribuentes. Nam cum iuramentum ſit cultus Dei, ei quem idololatræ colebant, per ipſum iurabant, & diuinitatem attribuebant.

2. Reg. 15. *Geneſ. 28. & 31.* *2. Reg. 12.* *Amos 7.* *Hieron.*

Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine. Variè exponi poteſt hic locus, primò, Iſrael factus eſt, vt vacca, quæ ex laſciuia, iugum renuit: ita Iſrael, iugum Domini excuſſit, impinguatus enim & dilatatus recalcitrauit. vocatur porrò vacca, non taurus: quia vt plurimum, fœminæ ſunt affectibus impotentiores, quàm mares. Secundus ſenſus eſt: fœmina laſciuiens marem quemuis admittit, imò & prouocat. ita Iſrael ſuo Deo relicto, deos admiſit alienos. Tertius ſenſus refertur ad ſacra Priapi, in quibus nihil aliud, quam laſciuia erat. Nam ſupra dixit Oſeas, Conuerſatos Iſraelitas in ſacris illis, cum meretricibus & effœminatis. Quartus eſt. ex Hieron. qui pro laſciuiens, legit, aſtro, ſeu tabano puncta. vt enim vacca aſilo vulnerata, non quieſcit, loca irrumpit aliena: ita Iſrael auita religione relicta, alienas inuaſit.¶ Alter locus, ſcilicet, nunc paſcet eos Dominus, ad duo referri poteſt. Prius, vt ſit ſenſus. Iſrael irrupit paſcua aliena, alienamque religionem captiuus igitur ducetur illico in latiſsimas orbis regiones:,

Deut. 32. *Cap. præſenti.* *Hieron.*

A*VDITE hoc Sacerdotes, & attendite domus Iſrael: & domus regis auſcultate: quia vobis iudicium eſt.* Ne credas hoc loco Sacerdotes vocari, eos qui erant ex Aaronis familia. Hi enim ex vniuerſo Iſraële, idololatriam Ieroboami fugientes Hieroſolymis miniſtrabant. Vocantur ergo hîc, Sacerdotes idolorum vocantur ſecundò ad iudicium Iſraëlitę. vocatur tertiò domus Regis Iſraëlis: quia Ieroboam, & ferè eius ſucceſſores à Republica Iſraëlis, aut à tyrannide ſua, in throno regni conſtituebantur. Contra verò Dauid & eius ſucceſſores à Deo delecti erant. Ergo aduocantur principes eccleſiaſtici, & ſæculares, & populus, vt audiant contra ſua delicta Diuinā ſententiā. Vt ſit ſenſus. Vos omnes cito, vt audiatis ſentētiā, quę in iudicio Dei, Deus cōtra vos ꝓfert. 2. *Paral.* 11. *c.* 3. *Reg.* 12 *Reg.* 15.

QVONIAM laqueus facti eſtis ſpeculationi: & rete expanſum ſper Thabor. (2.) & victimas declinaſtis in profundum. (3.) Et ego eruditor omnium eorum ego ſcio Ephraim: & Iſrael non eſt abſconditus à me. (4.) Quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſral. (5.) Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum (6.) & Dominum non cognouerunt. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius. Et Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua Ruet etiam Iudas cum eis. Solent iudices in ſententia ſua, antequam damnationis verba proponant, damnationis merita, & rationes explicare. Similiter hoc loco facit Dominus. Prius enim quàm dicat, Ruet Iſrael & Iudas, ſex cauſas adducit ſententię tam iuſtæ. Prima eſt, ꝙ Iſraelitæ eſſent laqueus ſpecula, & rete in Thabor: pro ſpecula ſeu ſpeculatione textus Hebræus habet Miſpha: ꝙ ſpeculam, ſeu ſpeculationem ſignificat. Porrò quidam interpretes Hebræi id ſomniant, cum Ieroboā, rex Iſraëlis, conſtituit vitulos in Bethel & Dan, ædificauit ſuper montem Miſpha, & ſuper montem Thabor ſpeculas, vbi eſſent ſpeculatores, qui interficerent vniuerſos Iſraelitas, aſcendentes ex Iſraele in Hieroſolymā, ad ſacrificandum in ea. Hoc igitur dicunt, Oſeam voluiſſe, cum ait, Laqueus facti eſtis in Miſpha, & rete in Thabor, vbi viri pij, Deo ſuo ſacrificare volentes, à vobis capiantur, & interficiantur. ¶ Sed vt videtur, hæc fabella eſt. Quippe Thabor diſtat à Hieroſolymis centum milliaribus. Quo modo igitur ſpeculator, qui erat in Thabor, videre ad tantam diſtantiā poſſet eos qui per differentiſſimas vias, in Hieroſolymā ſacrificaturi cōſcēdebāt. Quod ſi etiā videret, quo 3. *Reg.* 12. *Ita Zieglerus & calixus.*

modo è tam longinquo poſſet agnoſcere, qui nam erant, qui ad ſacrificandum Hieroſolymam contendebant.¶ Multo ergo planius dicas, Maſpha, ſeu Miſpha (idem quippe hæc vocabula ſignificant) eſſe locum in montibus Iebarim, propè templum Silo tantopere venerandum: & propter ſuam antiquitatem, & quia in eo olim Arca Domini repoſita erat. Quia igitur vrbs Miſpha erat iuxta Silo, & quia in eo habitauerat olim ſanctus Samuel propheta, conueniebāt in eam frequentes Iudæi, quos loci religio vocabat. Et quia Sacerdotes idolorum, nullam prætermittebant occaſionem, vt Iudæos deciperent, & ad idola prouocarent, aderant in Miſpha: & eos, qui in eum locum conueniebant, decipiebant, atque ad idola adducebant. Ideò Oſeas dixit Sacerdotibus illis, Laqueus facti eſtis in Miſpha. quo, ſcilicet ipſi infideles, fideles Iudæos, in eum locum religionis cauſa conuenientes, decipiebant, & in idolorum cultum pertrahebant. ¶ Ex hac interpretatione via aperitur ad intelligentiam literæ ſequentis, ſcilicet facti eſtis rete expanſum, ſuper Thabor. Thabor erat mons illuſtriſſimus in tota Palæſtina. Ideò enim Ieremias ait, Sicut Thabor in montibus: & ſicut Carmelus in mari. Eius altitudo eſt triginta ſtadiorum, vt Aegeſippus auctor eſt. Habet in vertice planiciem viginti ſex ſtadiorum, vbi ſtructæ erant olim turres, ædesque regales, vt nunc earum ruinæ docent. in eius radice erat locus religione pleniſſimus, vbi Melchiſedec occurrit Abrahæ, à cæde quatuor regum reuertenti, & erat via in eadem radice, è Syria in Aegyptum. Propter has cauſas multi omninò Iudæi in eum montem veniebant: eum ſcilicet locum veneraturi. Hos adoriebantur Idolorum ſacrificuli, eos decipientes, à Deo verò retrahentes. ad idola pertrahentes. Ideò eos vocat Oſeas, rete expanſum ſuper Thabor, quo tam multi conueniebant, & ob loci amœnitatem, & ob eius religionem. Nam & Chriſtus in eum locum ſæpè conuenit.

Ita Sanctes Pagni. *Ita Ziegle rus,* *1. Reg. 1.* *1. Reg. 7.* *Ziegler.* *Ierem. 46* *Aegeſippus li. 4.* *Geneſ. 14.* *Calixtus.* *Math. 17.*

¶ Secunda cauſa cur Deus contra Iſraelem ſententiam fert, illa affertur in textu, quia Iſraelitæ declinauerunt in profundum victimas, quę Deo offerri conſueuerant. id eſt, proiecerunt in profundum, & velut ſpelierunt ſacrificia Deo offerenda. Hebręis eſt, Victimam declinantes profundauerunt. id eſt, Hi defectores, & apoſtatę victimas Domini conantur in profundo ſilentio ſepelire: vt nunquam amplius appareant. Vide quid humana induſtria conetur.

¶ Tertia

¶ Tertia ſententiæ cauſa eſt, Quia id Iſraelitæ faciunt, me præſente, & ſpectante, ait Dominus. imò me admonente, ne faciant: & caſtigaturo, ſi fecerint. Dominus enim per prophetas ſuos frequenter nimis Iſraelem admonebat: ne in idololatriam impingeret. Eſt verò grauiſſima impudentia Deum ita admonentem, & erudientem contemnere. Tu vide, quàm non ceſſet Dominus grauiſs. rationibus nos ad ſe reuocare. Ideò ſubdit, Iſrael & tribus Ephraim (ex qua tribu fuit peſſimus Ieroboam qui primus idola in Iſraelem inuexit) eſt mihi notus, intueor ego eum continenter: qua cauſa, nihil peccatorum, aut ſordium admittere debuiſſet. At enim Moſes. Egeſta, humo cooperies. Dominus enim tuus ambulat in medio caſtrorum. vt ſit, ſcilicet tibi eius præſentia religione pleniſſima. ¶ 4. Cauſa eſt, Quia non contentus Iſrael, fornicationem, ſeu idololatriam olim ſub Ieroboam admiſiſſe tunc etiam admittit: non contentus abiiſſe in conſilio impiorum: nunc etiam in cotum via ſtat: & in cathedra peſtilentiæ ſedet: Humanum fuit errare, at diabolicum eſt perſeuerare. ¶ 5. cauſa redit in idem. Si peccaſti, cogita ſaltem, quomodo places offenſum Deum, atqui Iſrael nihil minus cogitabat. Tenebat quippe eum dæmon, velut cæcum, ne videret: velut ſurdum, ne audiret: velut captiuum, ne ad relictum Deum rediret. Id ſignificat verbum, ſpiritus fornicationum, ſeu idololatriæ eſt in medio eius. vt ſicut ſpiritus infirmitatis inclinabat miſeram fœminam, ne ſurſum aſpiceret: ita ſpiritus idololatriæ inclinabat infœlicem Iſraelem, ne ad Deum reuerteretur.

Deut. 23. *3. Reg. 12.* *Pſal. 1.* *Iaſai. 6.* *Luc. 13.* *Vide Oſee. 4.*

¶ Tu nota, ſicut eſt ſpiritus immundus mouens hominem ad libidinem, & ſpiritus infirmitatis, infirmum hominem, vt ſanetur impediens: ita eſt ſpiritus idololatriæ, homines ad idolatriam heu nimis alliciens. Adeò Lucifer nouit, ſuis miniſtris, in noxam noſtram officia diſtribuere. ¶ 6. cauſa, Dominum non cognouerunt. Parum videtur dici: atqui, multum ſignificari, vt apud Iſaiam, Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus item: ſed Iſrael non cognouit me. id eſt, Poſt tergum me abiecit: nihil me curat penitus: omnino mei oblitus eſt: factus eſt in mundo ſine Deo, vt Paulus ait. At grauiſſima iniuria eſt, Dei ita obliuiſci cum omnes omninò rationes, eius recordari nos cogant:

Luc. 13. *De hoc ſupra.* *Iſai. 1.* *Epheſ. 2.*

¶ Propter has igitur cauſas, ſententia contra Iſraelem profertur. Iſraelis arrogantia in eius faciem prodibit. id eſt, pœna ſuæ arrogantię, in publicum tãdem exibit. vt ſolet cõce-

ptus in corpore, languor, tandem in facie demonſtrari. Ruet denique Iſrael, & Ephraim: & cum eis etiam Iudas. Iudas, inquam, qui Iſraelem auſcultans, eius idola, Deo ſuo contempto veneratus eſt. ¶ Impleta fuit hæc ſententia tempore

4. Re. 17. Oſee regis Iſrael, ſub quo captiuus fuit Iſrael à Salmanaſſare, quadraginta poſt hanc prophetiam annis, plus minus quo etiam tempore, regnante Achaz in Iuda, victus Iudas

2. Para. 28. eſt, & grauiſſima ab hoſtibus damna ſuſtinuit.

In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum: & non inuenient. Ablatus eſt ab eis. In Domino præuaricati ſunt. Quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos menſis, cum partibus ſuis. Locus hic non videtur Iſraelem vrgere. hic enim non conſulebat Dominum: ſed dæmones, vt legimus de

4. Reg. 1. Ochozia. Vrget igitur Iudam: quia enim ſententia prædicta, etiam Iudam inuoluebat: cauſam, cur inuoluebat, nunc reddit, ſcilicet quia Iudas ſimul cum Deo, idola colebat, & conſulebat. Siquidem multo poſt hanc prophetiam, Ioſias rex ex regno Iudæ infinitas idolorum ſordes abiecit. Ait

4. Re. 24. igitur Oſeas. Videns ſe Iudas ab oſtibus premi, greges & armenta afferet, quæ Domino offerat, vt eum placet offenſum: ſed non inueniet eum. quia ablatus eſt ab eis. ¶ Dices,

Luc. 21. Num non omnis qui Deum quærit, inuenit? quomodo Iudas quæret, & non inueniet? Certè, quia Moſes docuit, Cum quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi tamen

Deut. 4. toto corde quęſieris. At Iudas tribulatione premente, Deum gregibus, animo idola colebat. pulchrè hoc Ieremias. Nun-

Ierem. 12. quid carnes ſanctæ auferent à te malicias tuas? Ergo fruſtra nos Chriſtiani Deum oramus, ſi peccatis pleni, etiam Euchariſtiam Deo offeramus. Subdit igitur Oſeas, præuaricati ſunt Iudæi à Domino ad idola. quorſum ergo Deo greges, offernnt, ſi ſuos filios dęmonibus immolant? iuxta illud, Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis, effude-

Pſal. 105. runt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & fil. ſu. Num non id ęſt gignere filios alienos, quos videlicet ita auferunt ſibi, vt dæmonibus tradant: certè filios a-

Pſal. 29. lienos, non Dei, ſed idolorum, & dæmonum. Deuorabit igitur vnicus mēſis eos, & partes ſuas. id eſt eos, & eorum hæreditates Conſtat enim partem ſumi pro hæreditate. vel ex illo, partes vulpium eorum. Hæc verò prophetia impleta vide-

Iſai. 10. bitur, ex Iſai. ita tradente, Sennacherib velociſſimè deuo-

4. Re. 18. rauit ciuitates Iudæ, Aiarb, Machmas, Gabaas, Rama, &c. Lege etiam nonnihil in 4. libro Reg. Ergo prænunciat

Domins

Dominus fore, vt tam ſit impar Iudas Sennacheribo, vt intra menſem hic omnes ciuitates Iudæ ſibi vendicaret,

Clangite buccina in Gabaa: tuba in Rama: vlulate in Bethauē. Poſt tergum tuum Beniamim. Ephraim in deſolatione erit, in die correptionis. In tribubus Iſrael oſtendi fidem. Dixi, cum textum præcedentem exponerem, eum ad Iſraelem non pertinere: ſed ad Iudam: ad quem Beniamin pertinebat. Id confirmat textus præſens, adducens vrbes, ad tribum Beniamin, atque ideò ad regnum Iudæ ſpectantes. Lege in Ioſue, & *Ioſue.18.* inuenies Gabaa, Rama, & Bethel, (quæ olim Luza, poſtea vocata eſt Beth-auem) ad tribum Beniamin pertinuiſſe. Sed quia hæc tribus proxima erat tribui Ephraim (vnde idolatria prodiit) ex ea cultus idolorum, velut contagio, Beniamitis adhæſit. quâ ratione, contra eos ſpeciatim clamat Oſeas. ¶ Tu lector memineris, Prophetas vidiſſe in lumine prophetico. ea quæ prophetabant. Ideò enim, Videntes vocabantur. Videns igitur Oſeas hoſtes in tribum Beniamim irruere, eam excitat, En, ait, ruunt hoſtes contra te, clange buccinis, intona tubis, claſsicum cane, En poſt *1. Reg. 13.* tergum tuum hoſtis. ¶ Fit mentio ciuitatis Gabaa, quia *& 14.* eam Saul ſuo natali, & habitatione illuſtrauerat. illuſtrauerat etiam grandis illa victoria, quâ Saul & Ionathas (qui in ea caſtra fixerant) Philiſtæos demoliti ſunt. Erat & ipſa in ſe munita ciuitas: & militiæ idonea. Nam inde Beniamitæ ad prælium egrediebantur. vt in lib. Iudicum habetur. *Iudicum* ¶ Rama etiam erat ciuitas illuſtris. ſiquidem in ea habi- *penult.* tabat Saul, dum contra hoſtes bella generebat, ait Zieglerus. Habitauit etiam Samuel in ea. Ergo in ciuitatibus militaribus Beniamitæ ad prælium parari iubentur. ¶ Iubentur etiam præparari in Bethauem, ironicè. Quaſi dicat, *Ziegler.* Ite in templum idolorum: ibi vlulate coram eis: vt ſur- *Reg. 15.* gant, & opitulentur vobis: & in neceſsitate vos protegant. De Bethauem dixi ſuprà. ¶ Quàm verò veriſsima fuerit hæc prophetia, lege in Iſaia, dicente, Adueniens Aſſyrius *Deut. 32.* veniet in Aith: tranſiuit Magron: apud Machmas commendauit vaſa ſua: Tranſierunt curſum, Gabaa ſedes no- *Oſee. 4.* ſtra: obſtupuit Rama. Quia verò calamitas harum ciuitatum reparata eſt, cum Angelus percuſsit Aſſyrium: calami- *Iſai. 10.* tas verò Ephraim, & Iſrael nunquam fuit reparata. ideò ſubdit Oſeas, Ephraim in deſolatione erit, durabit, & perſeue- *4. Re. 19.* rabit, ex die qua Dñs eũ vaſtatione corripuit. ¶ Porrò verba poſtrema, iudicio meo, vĩ habēt iuramēti: in hũc ſensũ: ego

quidem oſtendam in Iſrael quàm ſint vera,quàmque fidelia verba,quæ dixi, vt hæc verba non ſint comminatoria,
Ione. 1. qualia fuere Ione contra Niuiuem.ſed ſint aſſertoria penitus.Et quia Deus Oſeæ futura, vt facta reuelabat,ideò pro oſtendam,dixit,Oſtendi.

Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum.ſuper eos
Deu t.19. *effundam,quaſi aquam iram meam.* Dictum erat,Non aſſumes, & non transferes terminos proximi tui:quos fixerunt priores in poſſeſsione tua.& alibi,Maledictus,qui transfert terminos proximi ſui.Si maledicitur trãsferens terminos poſ-
Deut.27. ſeſsionis,quãto potius transferens terminos Religionis? Fixi ſunt termini in fide,quos prætergredi non licet.At principes tribus Iudæ facultatem dabant popularibus ſuis,vt vltra cultum Dei,idolorum culturæ vacarent. Grauiſsimum erat id crimen: quo in vtramque partem illi claudicabant,vt increpabat Elias.Ideò,inquit, Effundã ſuper eos
3.Reg.18 iram meam,velut aquam.id eſt, velut flumen aquæ,impetu venientis,& ædificia, quamuis firma diruentis ¶ Notabis,poſtquam Oſeas inuectus fuerat contra Beniamim,& Ephraim,gladium ſuum vibrat contra Principes Iudæ: vt qui populo peccandi ianuam aperirent.

Calumniam patiens eſt Ephraim: fractus iudicio.quoniam cœpit
Oſee. 4. *abire poſt ſordes.*eſt, quia Ephraim cœpit abire poſt idololatriæ ſordes:cum idolis fornicans, ideò in iudicio Dei fractus eſt,ſcilicet decidens è loco ſublimi,in infimum locum, quâ cauſa, calumniam, & oppreſsionem ab hoſtibus iam
Gene. 49. patitur.¶ Adnotandũ eſt,Ephraim,cũ aliis omnibus tribibus de principatu cõtendiſſe.Videbatur enim ſibi à Iacob moriente,præ aliis omnibus electus, & prelatus.Maximè verò poſteaquam ex ea tribu Ieroboam fuerat electus in regem. Ait igitur Dominus,Tu, qui ita de principatu gloriaris,ob
3.Re.12. culpam idololatriæ, in Diuino iudicio cades, & ex caſu,eris velut oſsibus fractus, & comminutus. atque adeò ita fractus à quolibet vim pateris. ¶ Doleamus nos interim, qui peccamus.Nam in iudicio Dei cadimus,& comminui-
Luc.20. mur.Nam ſuper quem lapis ceciderit,comminuetur.*Et ego quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo domui Iuda.* Si quæras, cur patietur vim Ephraim, Cur ipſe corruet, & Iudas?Reſpondet Dominus,Quia ego ſenſim arrodo vires eius,&robur:vt ſolet tinea arrodere pannum: vt ſolet, quę cœpit in ligno putredo,totum putrefacere:& admiſſus in eo teredo, totum lignum abſumere.At corroſum teredine lignum, &

corrup.

corruptas tineo pannus. vim facile à quouis patietur. ¶ Ergo verè Deus, cum ſancto ſanctus eſt. ſed cum peruerſo, *Pſal. 17.*
inquit, peruerteris. factus, ſcilicet ei quaſi tinea, & putredo. Planè, quia ſubtrahens hominibus auxilia illa nobiliora, relicti ipſi ſibi, quas vires habebunt? ¶ Quod ſi lector huius prophetiæ veritatem velis experiri, lege hiſtorias Regum Iudæ, & Iſraëlis, à tempore Ozie regis Iudę, ſub quo Oſeas *Oſee. 1.*
prophetare cœpit vſque ad finem, videbis Iudam, & Iſraelem ſenſim labefactatos, ſenſim etiam amiſiſſe vires: vtpote qui arroſam ſubſtantiam habebant.

Et vidit Ephraim languorem ſuum: & Iudas vinculum ſuum. & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem. & ipſe non poterit ſanare vos: nec ſoluere poterit à vobis vinculum. Quoniam ego quaſi leena Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iudæ. Ego capiam, & vadam: & non eſt qui eruat. Id eſt. Vidit Ephraim, quod languor ſuus feſtinabat ad mortem. Nam vires regni ita labefactatę, eius interitum promittebant. Similiter vidit Iudas, quod properabat ad vincula, & captiuitatem. videns, ſcilicet regnum ſuum ab hoſtibus fore delendum (erat enim illorum viribus impar.) In tāta igitur vtriuſque regni trepidatione, nec Ephraim, nec Iudas ad auxilia Diuina toties experta, confugerunt. ſed confugerunt ad regem Aſſyrium, qui vltor, & hoſtis, non amicus erat. Atqui Aſſyrius non poterit Ephraim à languore ſanare: nec Iudā à captiuitate ſeruare. Nam obſiſtet Deus conatibus eius: Factus enim eſt Iſraeli velut leena propter catulos, quos nutrit, fameſcens: atque ideò ferociſsima. Factus eſt item Iudæ, velut catulus leonis, cui mater non attulit cibum, ac ideò rabiens fame, prædam omnino deripiet. Quod ſi Deus perdere parat, fruſtra Aſſyrius ſeruare contendet. ¶ Quantum ad prophetiæ veritatem lege hiſtorias Regum Iſraelis. inue- *4. Reg.*
nies Manahem confugiſſe ad Phul regem Aſſyriæ, & ei mil *15.*
le argenti talenta dediſſe, vt firmaret regnum eius. Et Oſee vectigalis fit Salmanaſſari Aſſyriæ regi: ne vaſtaretur ab eo. Et Achaz rex Iudæ confugit ad auxilium Teglath Phul *4. Reg.*
Aſſar. Aſſyrij: dans ei omne aurum, quod inueniri potuit in *17.*
templo Domini. Sed fruſtra hi hominum auxilia quęrunt, *4. Reg.*
qui Deum ſuum infenſum habebant, & ab eis regnum auferre decreuerat. ¶ Notabis vehementiſsimè, peccata no- *16.*
ſtra mereri, vt Deus nobis efficiatur quaſi leena, propter catulos feroſsima, & velut catulus leonis, cui vt iam grādiori, mater non affert cibum, atque eſt propterea familicus. Vt igitur

D.Hieron. matrem tuam. quia,vt rectè Hieronymus habet, mater Iſraelis vocatur ipſemet Iſrael.Torus enim populus eſt, velut mater ſingulorum.quod nos ſuprà latè docuimus. ¶ Sum-
Oſee. 1. moperè nota, Non excuſari populum,quia legem Dei neſciat:immò quia neſcit,cum tantoperè referat ſcire, corruet inquit,coram hoſtibus ſuis. Vt ergo magnum beneficium
Rom. 3. contulit Deus Iudæis,quando credidit eis eloquia ſua : ita,
Eſai.5. grandis eſt ira,mandare nubibus (ſcilicet prædicatoribus) ne pluant ſuper populo.

II. PARS.

QVIA tu ſcientiam repuliſti,repellam te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui:obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum,peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Quia Propheta de legis diuinæ carentia populum arguerat ex ea re in Sacerdotum congregationem inſilit. Ergo ô Sacerdotum congregatio,quia nihil curatis noſſe legem Dei,curabit DEVS,ne ei ſeruiatis,in munere Sacerdotali. vt olim curauit ne deſeruirent Ophni,&
1.Reg.22. Phinees filij Heli,nec vllus de eius progenie. Et quia obliti eſtis Dei,obliuiſcetur veſtri Deus. Et ſi quotquot eſtis,me offenditis,quotquot eſtis priuabo authoritate, & honore, immò reddam vos contemptibiles, & ignominioſos. Vt nos Chriſtiani videmus:noſtri ſiquidem indocti Sacerdotes ridiculi ſunt,& deſpectiſſimi coram indocta plebecula.

Peccata populi mei comedent:& ad iniquitatem eorum ſubleua-
D.Hieron. *bunt animam eorum.* Variè exponitur locus iſte. D. Hiero.ita exponit:peccata popu'i Sacerdotes laudant.iuxta illud,Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuę.Alij, peccata populi
Pſal. 9. id eſt,oblationes pro peccatis. Iuxta illud, Qui peccatum non nouit,pro nobis peccatum fecit. Neſcio an facilius ita exponas. Nos Hiſpani , cum facilè incommoda ſuſtine-
2.Cor. 5. mus , dicimus ea deuorare. Ita Sacerdotes , qui nihil peccata populi curant , qui nihil reprehendunt , dicentur ea comedere , & deuorare: quia ſine tedio ea ſuſtinent.Illud verò , ſubleuabunt animam ſuam , exponitur
Matth.23. ex loco illo Domini, Alligant onera importabilia , & nec digito ea contingere volunt. quaſi diceret, non contingunt ea manibus: ſed ſubleuant manum ex eis. Ita Sacerdos,qui dolet peccata populi,qui reprehendit , qui-

punit, peccata planè intellectu, ore, & manu contingit. Sed qui nihil ea curat, licet videat, is animam ab illis ſubleuat, ne,ſcilicet ea contingat. ¶ Vel facilius, ſubleuant animas, id eſt, fauent, & velut porrigunt manum, & tollunt, vt ad iniquitatem peccatores attingant.

Et erit ſicut populus ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias eius: & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt. quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Cum teſtimonio Domini, ita Sacerdos populum excedere debet, vt paſtor excedit oues: vt lux cœleſtis hæc inferiora: non poteſt non grandis infœlicitas eſſe, ſi talis ſit Sacerdos, qualis populus. Si enim ſal infatuatum fuerit, in quo populus ſalietur? & ſi lux obtenebreſcit, à quo mundus illuminabitur? Ergo quia Sacerdos ſe ad populi ſordes deiecit, viſitabo (inquit) ſuper vias eius. id eſt hactenus tacui. ſemper ſilui: nunc parturiens loquar. id eſt, nunc viſitabo mores veſtros, quos hactenus diſsimulaſſe videbar. Et licet, ô Sacerdotes veſtræ cogitationes, vobis tranſiſſe videantur, ego vobis eas reddam. Cum enim eas puniuero, reddam in pœna, quod tranſiuit in culpa. Comedetis (inquit) & non ſaturabimini. Dictum eſt, Non natiuitatis fructus paſcunt homines. Et iterum, non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo & cæt Ergo, quod multi exiguo cibo contenti ſaturentur, gratiæ Dei eſt, & beneficientiæ: qui aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Contrà verò, quod multo cibo deuorato fameſcat, qui deuorauit, pœna eſt, quam pro culpa Deus infligit. Nam tempore famis id contingit: vt nunquam ſatientur comedentes. Igitur ô Sacerdotes vos comeſſationibus indulgetis: ſed Deus ordinauit, vt his nunquam ſaturemini. Rurſum: fornicamini: delicias vobis inde procurantes. at Deus ordinat, vt fugiat à vobis ea delectatio. carne minimè potente præſtare, quod apparentia cupit. Appetitu non ceſſante: ſed viribus carnis non valentibus: imò deficientibus

Ioan. 11.
Matth. 5.
Eodem,
Iſai. 42.
Sap. 16.
Matth. 4.
Pſal. 144

¶ Cogor ita exponere, verbum enim ceſſabunt, Hebręis eſt, præualebunt, irrumpent, diuident, ſed ad textum. Si quæras, cur hiſce pęnis Dominus puniat Sacerdotes? planè quia ipſi Dominum dereliquerunt: eum neque eius legem cuſtodiẽdo. ¶ Si quæras, quæ ſit lex ſacerdotum? eam inuenies pulcherrimam apud Malachiam. Demum ꝙ ait, fornicatio,

& vinum,

& vinum, & ebrietas. pro ebrietate Hebræis eſt muſtum, vt ſignificet, tria auferre hominibus iudicium, fornicationem, vinum, muſtum. de fornicatione habemus illud graue
Prou.6. nimis, Mulier prætioſam viri animam aufert. & de vino
Luc. 21. illud, Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & veniat ſuper vos repentina dies illa. Quod au-
Plutarch. tem magis inebriet muſtum, quàm vinum, licet repugnet
Macrob. Plutarchus, & Macrobius, pluribus tamen cofirmat Alber-
Cœlius. tus, & refert Cœlius. De vino, & mulieribus longà diſputa-
Eſd.3.c.2 tio eſt apud Eſdram.
& 3.&c.

III. PARS.

Populus meus in ligno ſuo interrogat: baculus eius annunciauit ei. ſpiritus enim fornicationum decepit eos: & fornicati ſunt à Deo ſuo. ¶ Super capita montium ſacrificabant: & ſuper colles accendebant thimiama: ſubtus quercum, & populum, & terebinthum. quia bona e-
Nicander *rat vmbra eius.* Solebant Perſæ, & Cappadoces cum Deos ſuos coſulebant, miricæ virgas in manibus habere: Schitæ ſalignas, & miricæ: Narees tiliæ. Eum vſum imitati Hebæi, idola conſulebant, per has miricæ virgas (vt credo.) id verò eſt, in ligno interrogare. Nam Nicandri interpres ait. Appollo ſanxit, vatiemos mirica prænunciare mortalibus futura. Vnde, & Nicander miricam mantin vocat. id eſt diuinatricem, imò & hac ratione miricæus vocabatur
Cœlius. Apollo. Hæc ex Cœlio libro 7. antiq. c. 29. Quod verò ſubditur, Baculus eius annunt. explicatur ex eodem, eodem loco, vbi ait, diuinatores illos, baculos in ſublime iactaſſe, ex differentia baculi cadentis, futura prænunciaſſe. Eſt porrò hoc verbum apud Oſeam ironicum. baculus videlicet futura populo prędicet. Et quia hæc erat grandis amentia, vt baculo crederent mortales, ſubdit, Spiritus fornicatio
Iudic. 9. num decepit eos. Eſt ſpiritus odij, & diſcordię, vt erat is, quem Dominus miſit inter Abimelech, & habitatores Si-
Iob.4. chem. Eſt ſpiritus iræ. quo Deus, quem vult caſtigat. vt Eliphaz apud Iob ait. Nam ſunt ſpiritus, qui ad vindictam
Eccleſ.39. creati ſunt. eſt ſpiritus erroris, ſeu vertiginis vt habet Iſai.
Iſai. 19. quo inſtigante errare ſolemus. eſt ſpiritus infirmitatis,
Luc.13. quo mulier illa per 18. annos affligebatur. Eſt ſpiritus immundus, qui nos, ad carnis ſordes propendere facit. qui eſt ſpiritus fornicationis carnalis. Eſt demum ſpiri-
Luc.6. tus fornicationis ſpiritualis, qui contendit nos à Deo,

auocatos

auocatos,ad cultum idolorum prouocare. De hoc ſpiritu
loquitur Oſeas. Is eſt,quo conſultore, Deo derelicto,in-
grandes idolatriæ errores prolabimur. Mirum verò eſt,
quanto aſtu Lucifer miniſtros ſuos armet contra nos, ſcili-
cet ſingulis ſingula demandans officia. Illud verò,fornica-
ri à Deo ſuo,ſignificat,gloriam,& cultum Deo debitum i-
dolis tribuerunt. de qua phraſi dicendi multa dixi ſupra ca-
pit 2. ¶ Tu interim nota, prius eſſe peccatum derelinquen- *Oſee.2.*
di Deum:poſterius eſſe,quod in eius peccati pœnam, Deus
permittat idololatram ſpiritu idololatriæ agi. vt prius fuit *Exo. 4.5.*
Pharaonem peccare,tum poſterius propter peccata, excæ- *&c.*
cari.rectiſſimè igitur dicit Oſeas,ſpiritus fornic.decepit eos.
Cur Propheta? Certè,quia illi iam fornicati fuerunt. Quæ-
ris,quomodo fornicati fuiſſent? planè quia in montibus & *Exod.37.*
collibus idolis ſacrificabant.& thimiana quod ſoli Deo Mo-
ſes mandarat accendi,ipſis idolis incendebant. Porrò mon-
tes , & colles ſunt meliores terræ partes , à quibus,ve-
lut capitibus, humor & virtus in inferiora deſcendit. qua
cauſa ſpecialiter à Dauide prouocantur , vt Dei laudes de-
cantent.Cum ait, Montes & omnes colles &c. Nam & A-
braham litauit in vertice montis. Ergo curabat diabolus *Pſal.148.*
in montibus,& collibus ſibi laudes offerri, qui maximè di-
uinis laudibus erant dedicati. demum eligebant ſibi idolo-
latræ quercum,populum, & terebinthum ſub quibus ido-
la collocarent. quia earum arborum vmbra ſalubrior &
melior erat, vt Oſeas,ait. vt eam ſalubritatem idololatræ
non Deo,ſed diabolo ferrent acceptam. Idolum verò,quod
ſub quercu ponebatur erat Iouis: vt Herculis quod ſub
populo.

Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ: & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. ¶ Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ: & ſuper ſponſas veſtras cum adulterauerint. Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur:& cum effœminatis ſacrificabant.& populus non intelligens vapulabit. Ex textu primo colligimus peccata parentum promereri fornicationem filiarum: vt etiam peccata ſponſorum, ſuarum ſponſarum adulteria. Deum immortalem,& quanta eſt peccati malignitas, quam Deus punit, non ſolo peccato peccantis:ſed etiam filiorùm, & vxorum. & eadem ratione ſeruorum , & inferiorum. ¶ Ex ſecundo textu colligimus,miſericordiam Dei eſſe,ſi ſtatim ac peccatum naſcitur,puniatur,& eradicetur. ſicut colligimus iram Dei eſſe,ſi peccatum non viſitetur,non caſtigetur : ſed

radices

radices agere permittatur. Ergo Deus non viſitat fornicantes filias,& adulterantes ſponſas, quia harum viri,& illarum patres conuerſabantur cum meretricibus, & effœminatis.
Iſai.2. ¶Hoc loco nota Priapum Latinis, Hebræis fuiſſe Beelphegor, id eſt, Deus vetendorum. In cuius ſacris ſacrificantes iungebantur ſacerdotiſſis Priapi, vt olim Hebræi cum Ma-
Num, 25. dianitis. has ſacerdotiſſas vocat textus meretrices. Lege
3.Reg.15. hanc rem in lib.3.Regum. Porrò effœminatos vocat cynædos, ſeu exectos, qui matri Deorum ſeruiebant: & vt credi par eſt, eum ſacrificantibus coibant. Iſaias, pueros alienos
Iſai.2. vocat. Igitur ait Oſeas, ſi vos peccatis cum meretricibus illis,& cynædis, miramini, ſi vos ita ego caſtigem? Hos cy-
Hieron. nædos vocari Gallos Hieronymus eſt author. Erant verò Cibeli ſacri. at Cibeles vocabatur Deorum mater. & vocabatur Veſta, Rhæa, Ops, Iſis, Bellona, Pallas, Berecinthia,
Cælius ita. Idæa, Phrigia, Peſſinuntia. ¶Illud verò populus non intelli. vap. locus communis eſt, indicans, non ſolum duces cæ-
Luc.6. cos, ſed etiam populum. qui ducitur à cæcis, ſi cæcus eſt, ambo in foueam caſuros. Rectè precatur Moſes. Vtinam ſaperent, inquit,& intelligerent. Nam qui ignorat, ignora-
Deut.32. bitur. vapulabit igitur populus non intelligens, ſed gloſa
1.Cor.4. Domini eſt: quod comparatione eius, qui voluntatem Domini cognouit, nec fecit, is qui non intellexit, vapulabit
Luc.12. paucis.

IIII. PARS.

Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda. & nolite ingredi in Galaal: nec aſcenderitis in Beth-auem, nec iuraueritis, viuit Dominus.. Dictum mihi eſt, initio cap. primi fuiſſe diuerſum
Oſea.2. regnum Iſrael, à regno Iuda. illud enim poſt mortem Salomonis adorauit idola. hoc vero vtcunque perſtitit in cultu veri Dei. licet frequentiſſime cultui Dei, idolorum cultum commiſceret. Id verò eſt, quod oratione tam flebili, Oſeas amoliri conatur dicens: Si Iſraelis regnum ſeſe ſubiecit i-
Ioſue. 4. dolis, ſaltem regnum iuda eum cultum abnominetur. non intrans in Galgala, nec in Beth-auem. ¶Galgala erat iudęis locus religioſus. Quia poſteaquam è Iordane egreſſi ſunt,
Eodem. intrantes Paleſtinam, prima caſtra in Galgalis collocarunt. Vbi & Ioſue 12. lapides conſtituit, quos ex Iordanis alueo
Ioſue.5. ſuſtulerat. Ibi Ioſue, ſecundò Iudæos circuncidit. & in eius campis iudæi fecerant ſuum Phaſe. Maximè verò erat Iu-
Ioſue.5. dæis locus ille ſacer, quia in eo apparuerat Angelus Ioſue.

&

& ei dixerat,Solue calceamentum de pedibus tuis:locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. & ideò ibi Saul victo Amalech,Deo litat. Huius tamen loci ſanctitatem idololatræ violauerant,curantes,vt ibi maximè coleretur diabolus, in quo maximè debuerat coli Deus. Cum ergo eſſet ibi templum,vbi maximè adorabantur idola, iubetur regnum Iuda,ne in eum locum introeat.¶ Porrò Bet-hauem,prius dicta fuerat Bethel.locus planè ſacer, ob ſcalam in eo à Iacob viſam,& lapidem in eo vnctum ab ipſo. At eo loco Ieroboam vitulos aureos collocauit.id eſt idolum Aegypti, ſcilicet Apin.erat enim is vitulus. voluitque Ieroboam, eum locum eſſe in Iſrael ſanctiſſimū. Ita enim Amaſias vocat eum,ſanctificationem regis, & domum regni. Propterea deterret Oſeas regnum Iudæ ne in Bethauem ingrediatur, ſcilicet ad colendum vitulos illos. Dicitur autē Bethauem,id eſt domus iniquitatis. quo nomine pij vocabant templum illud,in quo tanta contra Deum iniquitas admittebatur,vt eius loco vitulus adoraretur. Illud verò,ne iurau eritis viuit Dominus, D. Hieron exponit. Ne veſtro prophaniſsimo ore,nomen ſanctum meum contingatis. Exponi & aliter poteſt.ſcilicet. Ne iuretis,viuit Dominus, Diuinitatem meam veſtro idolo tribuentes. Nam cum iuramentum ſit cultus Dei,ei quem idololatræ colebant, per ipſum iurabant,& diuinitatem attribuebant.

2.Reg.15. *Geneſ.28. & 31.* *2.Reg.12.* *Amos 7.* *Hieron.*

Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael:nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine. Variè exponi poteſt hic locus,primò,Iſrael factus eſt,vt vacca,quæ ex laſciuia,iugum renuit:ita Iſrael, iugum Domini excuſſit, impinguatus enim & dilatatus recalcitrauit. vocatur porrò vacca,non taurus:quia vt plurimum,fœminæ ſunt affectibus impotentiores, quàm mares. Secundus ſenſus eſt: fœmina laſciuiens marem quemuis admittit, imò & prouocat. ita Iſrael ſuo Deo relicto,deos admiſit alienos. Tertius ſenſus refertur ad ſacra Priapi,in quibus nihil aliud, quam laſciuia erat. Nam ſupra dixit Oſeas, Conuerſatos Iſraelitas in ſacris illis,cum meretricibus & effœminatis. Quartus eſt.ex Hieron.qui pro laſciuiens,legit,aſtro,ſeu tabano puncta.vt enim vacca aſilo vulnerata,non quieſcit, loca irrumpit aliena: ita Iſrael auita religione relicta,alienas inuaſit.¶ Alter locus,ſcilicet, nunc paſcet eos Dominus,ad duo referri poteſt. Prius,vt ſit ſenſus. Iſrael irrupit paſcua aliena,alienamque religionem captiuus igitur ducetur illico in latiſsimas orbis regiones:,

Deut.32. *Cap. præſenti.* *Hieron.*

A*VDITE hoc Sacerdotes, & attendite domus Iſrael: & domus regis auſcultate: quia vobis iudicium*
*eſt.*Ne credas hoc loco Sacerdotes vocari,eos
qui erant ex Aaronis familia.Hi enim ex vni
uerſo Iſraële,idololatriam Ieroboami fugien
tes Hieroſolymis miniſtrabant. Vocantur ergo hîc, Sacer-
dotes idolorum vocantur ſecundò ad iudicium Iſraëlitę.vo *2.Paral.*
catur tertiò domus Regis Iſraëlis : quia Ieroboam, & ferè *11.c.*
eius ſucceſſores à Republica Iſraëlis,aut à tyrannide ſua,in *3. Reg.12*
throno regni conſtituebantur. Contra verò Dauid & eius *Reg.15.*
ſucceſſores à Deo delecti erant. Ergo aduocantur princi-
pes eccleſiaſtici,& ſæculares,& populus,vt audiant contra
ſua delicta Diuinā ſententiā.Vt ſit ſenſus.Vos omnes cito,
vt audiatis ſentētiā,quę in iudicio Dei,Deus cōtra vos ꝓfert.

QVONIAM laqueus facti eſtis ſpeculationi: & rete expanſum ſper Thabor. (2.) & victimas declinaſtis in profundum, (3.) Et ego eruditor omnium eorum ego ſcio Ephraim: & Iſrael non eſt abſconditus à me. (4.) Quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſral. (5.) Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum (6.) & Dominum non cognouerunt. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius. Et Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua Ruet etiam Iudas cum eis. Solent iudices in ſententia ſua,antequam damnationis verba proponant, damnationis merita, & rationes explicare. Similiter hoc loco facit Dominus.Prius enim quàm dicat,Ruet Iſrael & Iudas, ſex cauſas adducit ſententię tam iuſtæ.Prima eſt,ꝙ Iſraelitæ eſſent laqueus ſpecula,& rete in Thabor:pro ſpecula ſeu ſpeculatio
ne textus Hebræus habet Miſpha: ꝙ ſpeculam,ſeu ſpecula-
tionem ſignificat.Porrò quidam interpretes Hebræi id ſom *3.Reg.12.*
niant,cum Ieroboā,rex Iſraëlis,conſtituit vitulos in Bethel
& Dan,ædificauit ſuper montem Miſpha,& ſuper montem
Thabor ſpeculas,vbi eſſent ſpeculatores, qui interficerent
vniuerſos Iſraelitas,aſcendentes ex Iſraele in Hieroſolymā,
ad ſacrificandum in ea.Hoc igitur dicunt, Oſeam voluiſſe,
cum ait,Laqueus facti eſtis in Miſpha , & rete in Thabor,
vbi viri pij , Deo ſuo ſacrificare volentes , à vobis capian- *Ita Ziegle*
tur,& interficiantur.¶ Sed vt videtur,hæc fabella eſt.Quippe *rus & ca-*
Thabor diſtat à Hieroſolymis centum milliaribus. Quō *lixus.*
modo igitur ſpeculator,qui erat in Thabor, videre ad tan
tam diſtantiā poſſet eos qui per differentiſſimas vias,in Hie
roſolymā ſacrificaturi cōſcēdebāt.Quod ſi etiā videret,quo

modo è tam longinquo poſſet agnoſcere, qui nam erant,
Ita Sanctes Pagni. qui ad ſacrificandum Hieroſolymam contendebant.¶ Multo ergo planius dicas, Maſpha, ſeu Miſpha (idem quippe
Ita Zieglerus, hæc vocabula ſignificant) eſſe locum in montibus Iebaim, propè templum Silo tantopere venerandum: & propter ſuam antiquitatem, & quia in eo olim Arca Domini repoſita erat. Quia igitur vrbs Miſpha erat iuxta Silo, & quia
1 Reg. 1. in eo habitauerat olim ſanctus Samuel propheta, conueniebãt in eam frequentes Iudæi, quos loci religio vocabat. Et
1. Reg. 7. quia Sacerdotes idolorum, nullam prætermittebant occaſionem, vt Iudæos deciperent, & ad idola prouocarent, aderant in Miſpha: & eos, qui in eum locum conueniebant, decipiebant, atque ad idola adducebant. Ideò Oſeas dixit Sacerdotibus illis, Laqueus facti eſtis in Miſpha, quo, ſcilicet ipſi infideles, fideles Iudæos, in eum locum religionis cauſa conuenientes, decipiebant, & in idolorum cultum pertrahebant. ¶ Ex hac interpretatione via aperitur ad intelligentiam literæ ſequentis, ſcilicet facti eſtis rete expanſum, ſuper Thabor. Thabor erat mons illu-
Ziegler. ſtriſſimus in tota Palæſtina. Ideò enim Ieremias ait, Sicut
Ierem. 46 Thabor in montibus: & ſicut Carmelus in mari. Eius altitudo eſt triginta ſtadiorum, vt Aegeſippus auctor eſt.
Aegeſipus li. 4. Habet in vertice planiciem viginti ſex ſtadiorum, vbi ſtructæ erant olim turres, ædesque regales, vt nunc earum ruinæ docent. in eius radice erat locus religione pleniſſimus, vbi Melchiſedec occurrit Abrahæ, à cæde quatuor regum
Geneſ. 14. reuertenti, & erat via in eadem radice, è Syria in Aegyptum. Propter has cauſas multi omninò Iudæi in eum
Calixtus. montem veniebant: eum ſcilicet locum veneraturi. Hos adoriebantur Idolorum ſacrificuli, eos decipientes, à Deo verò retrahentes. ad idola pertrahentes. Ideò eos vocat Oſeas, rete expanſum ſuper Thabor, quo tam multi conueniebant, & ob loci amœnitatem, & ob eius religio-
Math. 17. nem. Nam & Chriſtus in eum locum ſæpè conuenit.

¶Secunda cauſa cur Deus contra Iſraelem ſententiam ferr, illa affertur in textu, quia Iſraelitæ declinauerunt in profundum victimas, quę Deo offerri conſueuerant. id eſt, proiecerunt in profundum, & velut ſepelierunt ſacrificia Deo offerenda. Hebręis eſt, Victimam declinantes profundauerunt. id eſt, Hi defectores, & apoſtatę victimas Domini conantur in profundo ſilentio ſepelire: vt nunquam amplius appareant. Vide quid humana induſtria conetur.

¶ tertia

¶ Tertia ſententiæ cauſa eſt, Quia id Iſraelitæ faciunt, me præſente, & ſpectante, ait Dominus. imò me admonente, ne faciant: & caſtigaturo, ſi fecerint. Dominus enim per prophetas ſuos frequenter nimis Iſraelem admonebat: ne in idololatriam impingeret. Eſt verò grauiſſima impudentia Deum ita admonentem, & erudientem contemnere. Tu vide, quàm non ceſſet Dominus grauiſs. rationibus nos ad ſe reuocare. Ideò ſubdit, Iſrael & tribus Ephraim (ex qua tribu fuit peſſimus Ieroboam qui primus idola in Iſraelem inuexit) eſt mihi notus, intueor ego eum continenter: qua cauſa, nihil peccatorum, aut ſordium admittere debuiſſet. At enim Moſes. Egeſta, humo cooperies. Dominus enim tuus ambulat in medio caſtrorum. vt ſit, ſcilicet tibi eius præſentia religione pleniſſima. ¶ 4. Cauſa eſt, Quia non contentus Iſrael, fornicationem, ſeu idololatriam olim ſub Ieroboam admiſiſſe tunc etiam admittit: non contentus abiiſſe in conſilio impiorum: nunc etiam in eorum via ſtat: & in cathedra peſtilentiæ ſedet: Humanum fuit errare, at diabolicum eſt perſeuerare. ¶ 5. cauſa redit in idem. Si peccaſti, cogita ſaltem, quomodo places offenſum Deum, atqui Iſrael nihil minus cogitabat. Tenebat quippe eum dæmon, velut cæcum, ne videret: velut ſurdum, ne audiret: velut captiuum, ne ad relictum Deum rediret. Id ſignificat verbum, ſpiritus fornicationum, ſeu idololatriæ eſt in medio eius. vt ſicut ſpiritus infirmitatis inclinabat miſeram fœminam, ne ſurſum aſpiceret: ita ſpiritus idololatriæ inclinabat infœlicem Iſraelem, ne ad Deum reuerteretur. *Deut. 23.* *3. Reg. 12.* *Pſal. 1.* *Iaſai. 6.* *Luc. 13.* *Vide Oſee. 4.*

¶ Tu nota, ſicut eſt ſpiritus immundus mouens hominem ad libidinem, & ſpiritus infirmitatis, infirmum hominem, vt ſanetur impediens: ita eſt ſpiritus idololatriæ, homines ad idolatriam heu nimis alliciens. Adeò Lucifer nouit, ſuis miniſtris, in noxam noſtram officia diſtribuere. ¶ 6. cauſa, Dominum non cognouerunt. Parum videtur dici: atqui, multum ſignificari, vt apud Iſaiam, Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus item: ſed Iſrael non cognouit me. id eſt, Poſt tergum me abiecit: nihil me curat penitus: omnino mei oblitus eſt: factus eſt in mundo ſine Deo, vt Paulus ait. At grauiſſima iniuria eſt, Dei ita obliuiſci cum omnes omninò rationes, eius recordari nos cogant: ¶ Propter has igitur cauſas, ſententia contra Iſraelem profertur. Iſraelis arrogantia in eius faciem prodibit. id eſt, pœna ſuæ arrogantię, in publicum tãdem exibit. vt ſolet cõce- *Luc. 13.* *De hoc ſupra.* *Iſai. 1.* *Epheſ. 2.*

Dominus fore, vt tam ſit impar Iudas Sennacheribo, vt intra menſem hic omnes ciuitates Iudæ ſibi vendicaret,

Clangite buccina in Gabaa: tuba in Rama: vlulate in Bethauē. Poſt tergum tuum Beniamin. Ephraim in deſolatione erit, in die correptionis. In tribubus Iſrael oſtendi fidem. Dixi, cum textum præcedentem exponerem, eum ad Iſraelem non pertinere: ſed ad Iudam: ad quem Beniamin pertinebat. Id confirmat textus præſens, adducens vrbes, ad tribum Beniamin, atque ideò ad regnum Iudæ ſpectantes. Lege in Ioſue, & inuenies Gabaa, Rama, & Bethel, (quæ olim Luza, poſtea vocata eſt Beth-auem) ad tribum Beniamin pertinuiſſe. Sed quia hæc tribus proxima erat tribui Ephraim (vnde idolatria prodiit) ex ea cultus idolorum, velut contagio, Beniamitis adhæſit. quâ ratione, contra eos ſpeciatim clamat Oſeas. ¶ Tu lector memineris, Prophetas vidiſſe in lumine prophetico. ea quæ prophetabant. Ideò enim, Videntes vocabantur. Videns igitur Oſeas hoſtes in tribum Beniamim irruere, eam excitat, En, ait, ruunt hoſtes contra te, clange buccinis, intona tubis, claſsicum cane, En poſt tergum tuum hoſtis. ¶ Fit mentio ciuitatis Gabaa, quia eam Saul ſuo natali, & habitatione illuſtrauerat. illuſtrauerat etiam grandis illa victoria, quâ Saul & Ionathas (qui in ea caſtra fixerant) Philiſtæos demoliti ſunt. Erat & ipſa in ſe munita ciuitas, & militiæ idonea. Nam inde Beniamitæ ad prælium egrediebantur. vt in lib. Iudicum habetur. ¶ Rama etiam erat ciuitas illuſtris. ſiquidem in ea habitabat Saul, dum contra hoſtes bella generebat, ait Zieglerus. Habitauit etiam Samuel in ea. Ergo in ciuitatibus militaribus Beniamitæ ad prælium parari iubentur. ¶ Iubentur etiam præparari in Bethauem, ironicè. Quaſi dicat, Ite in templum idolorum: ibi vlulate coram eis: vt ſurgant, & opitulentur vobis: & in neceſsitate vos protegant. De Bethauem dixi ſuprà. ¶ Quàm verò veriſsima fuerit hæc prophetia, lege in Iſaia, dicente, Adueniens Aſſyrius veniet in Aith: tranſiuit Magron: apud Machmas commendauit vaſa ſua: Tranſierunt curſum, Gabaa ſedes noſtra: obſtupuit Rama. Quia verò calamitas harum ciuitatum reparata eſt, cum Angelus percuſsit Aſſyrium: calamitas verò Ephraim, & Iſrael nunquam fuit reparata. ideò ſubdit Oſeas, Ephraim in deſolatione erit, durabit, & ꝑſeuerabit, ex die qua Dñs eū vaſtatione corripuit. ¶ Porrò verba poſtrema, iudicio meo, vī habēt iuramētī: in hūc ſensū: ego quidem a

Ioſue. 18.
1. Reg. 13. & 14.
Iudicum penult.
Ziegler.
Reg. 15.
Deut. 32.
Oſee. 4.
Iſai. 10.
4. Re. 19.

corruptas tineo pannus.vim facile à quouis patietur. ¶ Ergo verè Deus, cum ſancto ſanctus eſt.ſed cum peruerſo, *Pſal.17.*
inquit,peruerteris.factus, ſcilicet ei quaſi tinea,& putredo. Planè,quia ſubtrahens hominibus auxilia illa nobiliora,re licti ipſi ſibi, quas vires habebunt? ¶ Quod ſi lector huius prophetiæ veritatem velis experiri,lege hiſtorias Regum Iudæ,& Iſraëlis,à tempore Ozie regis Iudę,ſub quo Oſeas *Oſee.1.*
prophetare cœpit vſque ad finem,videbis Iudam, & Iſraelem ſenſim labefactatos,ſenſim etiam amiſiſſe vires:vtpote qui atroſam ſubſtantiam habebant.

Et vidit Ephraim languorem ſuum:& Iudas vinculum ſuum.& abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem.& ipſe non poterit ſanare vos:nec ſoluere poterit à vobis vinculum. Quoniam ego quaſi leena Ephraim,& quaſi catulꝰ leonis domui Iudæ.Ego capiam, & vadam:& non eſt qui eruat. Id eſt. Vidit Ephraim,quod languor ſuus feſtinabat ad mortem. Nam vires regni ita labefactatę, eius interitum promittebant.Similiter vidit Iudas,quod properabat ad vincula, & captiuitatem. videns, ſcilicet regnum ſuum ab hoſtibus fore delendum (erat enim illorum viribus impar.) In tãta igitur vtriuſque regni trepidatione,nec Ephraim,nec Iudas ad auxilia Diuina toties experta,confugerunt.ſed confugerunt ad regem Aſſyrium,qui vltor,& hoſtis, non amicus erat.Atqui Aſſyrius non poterit Ephraim à languore ſanare:nec Iudã à captiuitate ſeruare. Nam obſiſtet Deus conatibus eius : Factus enim eſt Iſraeli velut leena propter catulos,quos nutrit, fameſcens:atque ideò ferociſsima.Factus eſt item Iudæ, velut catulus leonis, cui mater non attulit cibum,ac ideò rabiens fame,prædam omnino decipiet.Quod ſi Deus perdere parat,fruſtra Aſſyrius ſeruare contendet.¶ Quantum ad prophetiæ veritatem lege hiſtorias Regum Iſraelis. inue- *4.Reg.*
nies Manahem confugiſſe ad Phul regem Aſſyriæ,& ei mil *15.*
le argenti talenta dediſſe,vt firmaret regnum eius.Et Oſee vectigalis fit Salmanaſſari Aſſyriæ regi: ne vaſtaretur ab eo. Et Achaz rex Iudæ confugit ad auxilium Teglath Phul *4.Reg.*
Aſſar.Aſſyrij:dans ei omne aurum, quod inueniri potuit in *17.*
templo Domini.Sed fruſtra hi hominum auxilia quęrunt, qui Deum ſuum infenſum habebant,& ab eis regnum au- *4.Reg.*
ferre decreuerat. ¶ Notabis vehementiſsimè, peccata no- *16.*
ſtra mereri,vt Deus nobis efficiatur quaſi leena,propter catulos feroſsima,& velut catulus leonis,cui vt iam grãdiori,mater non affert cibum,atque eſt propterea familicus. Vt igitur

Zacharias,& reliqui pij (dicentes etiam:Dominus, vt leæna, & vt catulus leonis diripuit, & dilacerauit nos:ſed & ipſe ſanabit.ipſe certè grauiſſimè percuſsit:ſed & benigniſſimè curabit.¶ Illud verò, Viuificabit nos poſt duos dies, attentum exigit lectorem.Notandum igitur,quod captiuitas regni Iudæ (de qua potiſsimè fit mentio) vocatur tenebræ, & nox. Nam tribulatio grandis & captiuitas, noctem & tenebras repræſentant, iuxta illud, Intra in tenebras,filia Chaldæorum.Huic nocti captiuitatis Iudæ in Babylonia, ſucceſsit mane. quando per Cyrum & Darium licuit Iudæ in patriam reuerti, & templum ædificare. Hæc lux, & dies durauit Iudæis vſque ad Antiochum Epiphanem,cuius tempore finita Iudæorum die, ſucceſsit eis tribulationis obſcuriſsima nox. vt libri Macchabæorum docent.Hæc nox cœpit inclareſcere, & ſuus ei dies ſuccedere, cum Macchabæi regnum Iudaicum, omninò deſtructum glorioſè reſtituunt: & templum ſacrilegè prophanatum, religioſè ſanctificant. Huic ſecundæ Iudæorum diei, ſucceſsit nox tenebroſa, quâ Romanorum imperio ſubiecti,alienigenam Herodem coguntur in regem admittere: ablato,ſcilicet ſceptro de Iuda:& duce de fœmore eius.Habes lector poſt captiuitatem Babylonicam duos Iudæorum dies,totidemque,noctes,¶ Poſt hos dies duos prædicit propheta fore, vt Chriſtus viuificet populum ſuum, ſ. quia ad finem regni Herodis venit Chriſtus, per quem ſumus omnes viuificati. Ergo veniente Chriſto, nocti ſeruitutis, & miſeriæ Iudæorum ſub Herode, ſucceſsit dies tertia gratiæ, Euangelij,libertatis, & Spiritus.In hac die Chriſtus ſuſcitaturà mortuis: & in eo ſumus nos omnes excitati.ſcilicet membra cum capito.Vt enim eo in cœlis ſedente,nos ſecum conſedere fecit.ita eo ſurgente, nos omnes conſurgere fecit.vt Paulus nos docuit, dicens, cum eſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos Chriſto (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto. Ideò dicit Oſeas, Viuemus in conſpectu eius:vt viuunt coram ſuo capite membra,capite eis vitam communicante. Et quia per Chriſtum, fuit terra plena ſcientia Domini, adeò vt per Eccleſiam, innotuerit principibus & poteſtatibus multiformis ſapientia Dei. Ideò ſubdit Propheta, quod nos coram eo viuentes, ſciemus.& quia gratia Euangelij non ſolum dat nobis ſcire ſed etiam ſequi Dominũ,contra quã fecerat lex,hæc enim,

2.Eſd.1. *Hagg.1.* *Iſai.47.* *1.Macch.1.2.3.* *1.Macch.3.4.5.* *Gene.49.* *Rom.11.* *Epheſ.2.* *1.Co.12.* *Epheſ.3.*

vt quæ infirmabatur per carnem, non poterat iuſtificare
Rom.8. (quod Paul.docet) At verò gratia Euangelij dato Spiritu,
dat nobis Chriſtum ſequi.Ideò propheta dicit, Viuemus,
Ioa.8. ſciemus,& ſequemur Dominum. At,qui ſequitur me,non
ambulat in tenebris,ait Dominus: ſed habebit lumen vitæ.
¶ Colligamus quæ diximus. Nocti captiuitatis Iudæorum
in Babylonia,ſucceſſit prima dies: in cuius mane reuertun-
Zach.1. tur ad Dominum,ædificantibus templum,& vrbem Zoro-
2. Eſd. 1. babele,Zacharia,& Nehemia. Hæc prima dies obſcuratur,
Antiochi nocte pręmente.Cui nocti,ſecunda ſuccedit dies.
1.Macch. in cuius mane templum ſanctificatur & dedicatur à Macha
1.2. bæis.Hæc dies obtenebreſcit ſub Romanorum ſeruitute,&
1.Macch. Herodis regno. His duobus diebus ſuccedit tertia Chri-
5. ſti dies:per quem à Deo ſanamur:viuificamur,ſcientia diui-
Mat.20. na replemur:& Chriſtum ſequentes ſimul cũ eo Ieroſoly-
mam aſcendimus. Hæc fuſius aperire, neque eſt huius o-
peris, in quo breuitati ſtudemus:neq; ingenij noſtri, quod
tantarum rerum ponderi cedit.¶ Vnum eſt quod admone
re libet, quod Oſeas dixit, Nos viuificandos poſt du-
Dan.9. os dies,idem ferè eſt,quod & Daniel dixit, Poſt hedoma-
das.70.conſumandũ peccatum:& adducendã iuſtitiã ſempi
ternam, &c.Nam hi duo Oſeæ dies habent 48.horas.Si ve
rò cuiuis horę dederis decem annos,ſurgent 480.anni.Poſt
quos,inquit Oſeas, venit Chriſtus redempturus noſtram
captiuitatem. At verò 70. hebdomadæ Danielis faciunt
490.annos. in quibus abolito peccato,ſempiterna iuſticia
adducitur.

Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius.Et veniet quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. Video verba deeſſe ad expli-
canda huius literæ ſacramenta. ſed balbutiendo, explice-
cemus vtcunque. ¶ Primo loco aduerte textum dicere,do
minum eundẽ, qui viuificabit nos,in cuius conſpectu viue
mus,quem ſciemus,& ſequemur,eundem,inquam,eſſe,cu-
ius egreſſio eſt,velut duluculum, & qui venit nobis, velut
imber. Igitur Meſſias, qui viuificabit, qui egredietur,
qui erit vt imber, reuera Dominus eſt. Igitur conuictus
eſt Arius. ¶ Secundò nota, Egreſſus Meſſiæ eſt, quaſi di-
luculum.id multa demonſtrat.Diluculum, lux eſt tenebris
Ex Chri- cõmiſta.Ita Chriſtus Deus eſt humanitati coniunctus,lux
ſto. ſ.Diuinitatis,vnita nubi noſtræ humanitatis.Quia Verbum
Ioan.1. caro factum eſt, Neque eſt dubium, Chriſti huma-
3.Reg.18. nitatem paruulam fuiſſe Eliæ nubem. Iam diluculum
egredi-

egreditur è cælo,ſine eius corruptione.Et Chriſtus egreſſus eſt è matre,vti Sponſus è thalamo. & equidem ſine matris *Pſal. 18.* violatione.Tertiò diluculum effundit ſe per totam terram, vt Chriſti gratia ſe per totum orbem effudit. Nam, inquit, Euntes in mundum,prædicate omni creaturæ. Quartò dilu *Marc. vlt.* culum,& ſi ſe per orbem effundat, non tamen penitus exhilarat.Ita dictum eſt, Multiplicaſti gentem: ſed non ma- *Iſai. 8.* gnificaſti lætitiam. Quia licet lux Euangelij in omnes ſe proferat: ſed non omnes ei obediunt. Videlicet, quia *Rom. 10.* lux fidei eſt obſcurior, velut diluculum: non clara, vt meridies. Quintò, ſuccedit diluculo meridies, vt luci Chriſti in hoc mondo ſuccedet æterna fœlicitas. ¶ Tertiò nota, Chriſtus futurus erat velut imber, id nobis indicat duo. Et quod verbo prædicationis erat terram irrigaturus (eſt e- *Deut. 32.* nim verbum Dei,velut pluuia,& velut ros: velut imber,& *Iſai. 55.* nix) quod inebriat terram, & infundit eam, & geminare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedendi. Et quod ſine faſtu,& ſtrepitu eſſet in terra conuerſaturus,ſcili- *Pſal. 71.* cet, vt ſolet imber deſcendere quod in pſalmo dictum erat, Deſcendet, ait, vt pluuia in vellus: ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.¶ Quartò, quod Chriſtus ſit imber temporaneus, & ſerotinus indicat Chriſti ſufficientiam. *Rom. 8.* Neque enim eſt ſicut lex,infirma & egena:ſed eſt, Omnia in omnibus Chriſtus,ſcilicet, qui terræ noſtræ dat totum, *Galat. 4.* quod ei ſufficit. Quod ſi terra adeò compluta fructum minimè reddit,non imbris,ſed terræ culpa fuerit.¶ Eſt autem pluuia temporanea,quæ cadit menſe Octobri: ſerotina verò Martio menſe.

II. PARS.

QVID faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? Miſericordia veſtra, quaſi nubes matutina: & quaſi ros mane pertranſiens. Propter hoc, dolaui in prophetis: occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua quaſi lux egedientur. Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. Ipſi autem ſicut Adam trangreſſi ſunt pactum. Ibi praeuaricati ſunt in me.

Ante omnia notandum eſt,in litera Hebræa,pro miſeridia legitur ſanctitas.quaſi vniuerſa ſanctitas potiſſimè in miſericordia ſita ſit. Nam Chriſtus in die Iudicij ſanctitatem examinaturus,miſericordiam examinabit.¶ 2.Textus hic indicat,& Iſaëlem,& Iudam multam operam indulſiſſe,ſacri-

ſe ſacrificiis, & holocauſtis Deo offerendis: in quibus illi nimis cõfidebant. Atqui, docet Deus ſe potius ſanctitatem animi expetere, quàm copiam holocauſtorum. ¶ 3. Textus
Gene.3. docet, Deum feciſſe pactum cũ Adam: quod (heu) Adã trãſgreſſus eſt, nulla bona ratione, ſed ſola mulieris admonitione ſuaſus. ¶ Iam ad textum. Eius ſenſus hic eſt. Quid
Iſai.5. debui tibi facere Ephraim & Iuda, quod non fecerim? Quid debui tibi, vinea mea pręſtare, quod nõ pręſtiti? Quid amplius à me deſideres? Sanctitas olim veſtra fuit, vt nubecula, & ros quæ mane quidem apparent, ſed ſtatim euaneſcunt calore ſiccata. Ita ſanctitas veſtra fuit ſub Dauide,
2. N 3. Regum. & Salomone. poſt eos velut ſiccata diſparuit, ſcilicet Deo relicto, & vobis ad idola conuerſis. Ego interim dolabam vos per prophetas meos, quos occidiſtis, quia loquebantur verba oris mei. Cum tamen iudicia, quæ illi vobis proponebant, eſſent vt lux clariſſima. Erant enim hæc, Quod ego vellem potius ſanctitatem, quàm ſacrificia: & quod illi potius ſcirent, & noſſent me, quam quod holocauſtis mihi litarent. Sed his nihil obſtantibus, ipſum pactum
Exod.24. quod mecum, Moſe intercedente, pepigerunt, tranſgreſſi
Geneſ.1. ſunt: ſuum primum parentem Adam imitati: qui pactum quod mecum pepigit tranſgreſſus eſt. imò & in iis ipſis ſacrificiis, quę mihi offerunt, prævaricantur, nam corpore quidem mihi offerunt, & labiis me honorant: ſed cor eorum, cum ad idola propendat, longè eſt à me. ¶ Videor mihi toti huic literæ claram lucem intuliſſe: ſunt tamen adhuc quædam annotanda. Verbum, dolaui, Hebræis ſignificat detrudi, & obtudi. vt ſolet carpentarij inſtrumenta rem duram dolando deteri, & conſumi. Ergo Prædicatores officij veſtri admonemini. Dolatis vos equidem populum: ſed dolando, & dolendo: docendo & orando, vos labor iſte conſumet. ¶ 2. Illud verbum, occidi, ſi-
Ioan. 14. gnificat ad occiſionem adegi. Vt enim Chriſtus mandatum accepit à Patre, vt ſe morti ſubiiceret: ita & ſui prophe
Ierem.1. tæ ſuſceperunt. ¶ 3. illa verba, Iudicia tua, vt lux eg. aperte demonſtrant, verba quæ Deus per ſanctos ſuos nobis inclamat, & proponit clariſſima eſſe. ſed nos videntes, non videmus: audientes, non intelligimus. ¶ 4. Atten-
Iſai.8. de, quam frequenter Phrophetæ clamarint, Deum potius velle ſanctimoniam vitæ, quàm oblationem ſacrificiorũ.
Iſai.1. Ita Iſaias. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum
Ierem.9. dicit Dominus, Plenus ſum, & reliqua, in hunc finem, multa.

multa. Idem Ieremias. Vt quid mihi thus de Saba affertis? & calamum ſuaue olentem, de terra longinqua? holocauſtoma- *Ierem. 6.* ra veſtra non ſunt accepta, & cætera. Amos item. Munera veſtra non ſuſcipiam: vota pinguium veſtrorum non reſpi- *Amos 5.* ciam. & Dauid; Nunquid manducabo carnes taurorum, & *Pſal. 40.* ſanguinem hircorum potabo? Quorſum enim offeras Deo holocauſtum, ſi diabolo obtuliſti animum? quorſum Deo offers res tuas, ſi diabolo obtuliſti animam tuam. Sed hæc diſputatio redibit in Propheta Michæa. ¶ 5. Intellige, quod *Mich.* fuerit pactum cum Adam. Fuit enim vt eius iuſtitia, ſimiliter *1.Cor.15.* & iniuſtitia ad ſuos poſteros dimanaret. Nam ideo in Adam *Rom. 5.* omnes moriuntur. & per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi. ¶ 6. Nota illud, ibi præuaricati ſunt. cuius ſenſus non eſt, quod in terra promiſſionis fuerint præuaricati. Neque enim de ea terra vllus ſermo præceſſerat. Sed ſenſus eſt, quod in ipſis ſuis ſacrificiis præuaricabantur. Et equidem grande malum eſt, vt idipſum quo Deum placare putabas, ſit quo eius contra te iracundiam prouoces: Iuxta illud, Oratio eius fiat in peccatum, vt oratio, quę auferre debuerat peccata, ea faciat cumulatoria. *Pſal. 108.*

III. PARS.

Galaad ciuitas operantium idolum: ſupplantata ſanguine: quaſi fauces virorum latronum: particeps Sacerdotum, in via interficientium per gentes de Sichem. Quia ſcelus operati ſunt. Galaad eſt prouincia grandior, in qua erant multæ Ciuitates, & ipſę munitæ, ſcilicet, Boſor, Alimis, Chaſphor, Maged, Carnaim, Caſbon, & aliæ multæ. vt ex primo libro Machabeorum colligas. Erat *1.Mac.5.* etiam ibi in tribu Gad, Idolum, quod D. Hierony. hoc loco *D. Hier.* dicit. vt & ego credo collocatum erat idolum illud in ciuitate Phanuel, ſiue Socoth, vbi Iacob in torrentis tranſgreſſu, cum Angelo luctatus eſt. Curabant enim idololatræ (vt ſu- *Gen. 32.* prà mihi dictum eſt) vt quo loco pij magis Deum colebant, *Oſee. 5.* illic collocarentur idola, vt ab omnibus colerentur. Ergo exiſtimandum eſt Oſeam ſpecialiter inuectum contra hanc vrbem Galaad. ſ. Phanuel, vbi tantopere colebatur idolum, vt caput eſſet idololatriæ, in illa regione. Ergo dicit eam ciuitatē abominabilē eſſe, vtpote, quæ idolum illud fabricata fuiſſet. & 2. quia erat ſanguine ſupplātata. i. quia inſidiabatur vt piorū ſanguinem funderet. ſ. eorum, qui eiuſmodi idololatræ

lolatriæ repugnabat. & tertio quia erat velut fauces latronum, qui ſemper deuorantes aliorum ſubſtantias, per phas, & nephas, nunquam ceſſant tamen, & nunquam ſatientur. & quia in ea erat particeps, id eſt, cætus ac participatio Sacerdotum, quorum officium erat occidere viro Sichemitas, aliud ſcilicet idolum venerantes. Quod quia nephas erat, ideò ſubdit Oſeas. Verè illi ſacerdotes idolorum Galaaditæ, *Ioſephus.* ſcelus operabantur. ¶ Sichem dicta eſt poſtea Neapolis: *Plinius.* Ioſepho dicitur Marbotam. Plinio, Marmotham, vt tra-*Ziegler.* dit Zieglerus, ædificata erat ſub monte Gazriam. & vt D. tra-*Acto. 7.* dit Stephanus, fuerunt in ea ſepulti 12. Patriarchæ ſcilicet omnes filij Iacob. Hinc D. Ioannes appellauit Sichar, vbi *Ioan. 4.* erat fons Iacob. ſuper quo Chriſtus itinere, & calore fatigatus, ad eius autam ſedebat. erat etiam ibi mons, in quo Samaritana dicit Iudæorum maiores adoraſſe. Credendum igitur eſt, in hac nobili ciuitate Sichem, aliud templum fuiſſe, in quo vel Deus, vel idolum ab idololatris colebatur. At Sacerdotes Galaaditæ ex inuidia, & contentione inſidiabantur & occidebant eos qui in Sichimis alium deum venerabantur: quod hoc loco tradit Oſeas.

IIII. PARS.

In domo Iſrael vidi horrendum, Ibi fornicationes Ephraim. Contaminatus eſt Iſrael. Galaad erat extremum Iſraelis, ad Orientem. Ephraim erat initium eius, ad occidentem. vt ex tabulis *Ziegl.* terræ ſanctæ licebit agnoſcere. Cum igitur Propheta videret Iſraelem corruptum, ab initio ad finem, clamat, In toto Iſraele horrenda vidi, ſcilicet varias idolorum culturas, va-*3. Reg. 12.* riáque idololatriæ genera. In toto Iſrael ſunt fornicationes *3. Reg. 1.* ſcilicet ad orationes vitulorum, quos Ieroboam, qui fuit ex tribu Ephraim in totum Iſraelem induxit. Totus igitur Iſrael contaminatus eſt. ¶ Ex quibus verbis, collige quid ſit idololatria. eſt enim res horrenda. Eſt adulterium animæ cum idolis. Eſt totius regni contaminatio. *Sed & tu Iuda pone meſſem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.* Vt apparet, ſenſus eſt, Cum ego, per aduentum Meſſiæ, conuertero ſpiritualem captiuitatem populi mei, tunc tu ô Iuda, para te ad meſſem, & finem tuum, ſcilicet quia tunc regnum tuum, per Titum, finem accipiet. Nunc certè ſeruaris, vt ecce Chriſtus oriatur, & in te conuerſetur. ea peracta meſſis, & finis tuus aderit. Sumetur enim de te vindicta, à ſanguine *Matt. 13.* Abel iuſti, vſque ad ſanguinem. Zachariæ. ¶ Tu lector vide

vide quàm patienter, & quàm diu Deus peccata feratat quàm acerbè poſtea caſtiget. ¶ Litera Hebræa alium ſenſum indicat, ſcilicet, Tu Iudas para tibi meſſem, cum ego conuertero captiuitatem populi mei. Ergo curamus nos noſtram perditionem, cum Deus noſtra remedia curat.

CAPVT VII.

HVius capitis enarratio eſt longè difficillima. Verumtamen venanda illa erit, ex hiſtoriis Regum Iſrael. In quibus erit videndum, quando Deus languentem ex idololatria Iſraelem curare voluerit, & ſanare, id eſt, quando remedia adhibuerit contra idolorum culturam. Si igitur eas hiſtorias euoluas, videbis primam Iſraelis curationem, omni memoria dignam, fuiſſe à Deo factam, per Iehu, qui occiſis Ioram & Ochozia Regibus vniuerſos Sacerdotes Baalis occidit, & eius templa deleuit. En quomodo Deus per Iehu, quem vnxerat Regem, ſanabat Iſraelem, cultu idolorum languentem: ſed id equidem fruſtra. Nam factus eſt idololatra ipſe Iehu. hanc hiſtoriam hic canit Oſeas. *Protheoria.* *4. Re.10.* *4. Reg.9.10.* *4. Reg.9.* *4. Re.10.*

CVm ſanare vellem Iſraelem, reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ: quia operati ſunt mendacium. Fur ingreſſus eſt ſpolians: & latrunculus foris. Id eſt. Miſere languente Iſrael morbo idololatriæ, ego, dicit Dominus, ſanare eum volui. *4. Reg.9.* volēs idololatriam ob eo exterminare. Ad eam curationem adduxi Iehu: qui Sacerdotes, templa, & vniuerſum Baalis cultū, vno ictu deſtruxit. Credebatur igitur iam ſanus Iſrael. Sed tunc iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ eruperūt. *Eod. c.10* Videlicet, quia principes ex tribu regia Ephraim, & item ex regia ciuitate Samariæ conatibus Iehu ſe oppoſuerūt. Hoc mendacium confingentes, Quod ſi idolorum cultus omnino periret, totus Iſrael ad Deum adorandum in Ieroſolymam cōflueret, ac ita à regno Iſraelis, in regnum Iudæ deficeret: qua ratione regnum Iſraelis omnino periret. Nā hoc *3. Re.12.* conſiliū perſuaſit Ieroboamo, vt à Deo deſciſceret, & idola veneraretur. En habes lector, quomodo cum Deus vellet ſanare Iſraelis morbum, & idola delere, principes Ephraim & Samariæ regiam dignitatem conſeruare cupientes, ſuam malitiam prodiderunt, & mendacium defectionis ad Iudā, confinxerūt. Fur, inquit, ingreſſus, ſcilicet Iehu ingreſſus

 eſt re-

eſt,regnum Iſraelis,expolians domum Achab eámque ſibi
4.Reg.9. vendicans,vt in quarto Regum habetur. Idem Iehu vocatur latrunculus foris: quia de ſtirpe regia non erat. de alia ſtirpe forte erat. *Et ne fortè dicant in cordibus ſuis,omnem maliciam eorum me recordatum. Nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ coram facie mea factæ ſunt.* id eſt,ne fortè Principes Ephraim & Samariæ dicant, me nunc vetera eorum peccata refricare: iamque illa deſiiſſe, Ecce, inquit, nunc adinuentiones illæ veſtræ,& illi dæmonum cultus nunc adhuc perſeuerāt,nūc vos illa circundant:& coram facie mea idola veſtra impu-
Eodem. dētiſsimè colitis.Certè idola quæ Iehu prius deleuit,& po-
4.Re.10. ſtea reparauit,hæc nunc vos coram me veneramini.& hæc clauſula eſt velut parēthesis narrationi prophetę interiecta.

In malitia ſua lætificauerunt regem:& in mendaciis ſuis Principes. Redit Propheta ad narrationē ſuam.Iehu (ait)ingreſſus eſt vt fur. & Iſraelitæ ſuſceperunt eum,& Principes eius cum magna lætitia,cum mendacio tamen, & fictè. Id habes 4.
4.Re.10. Regum:vbi dicitur,quod Optimates regni occiderūt omnes filios Achab,ſcilicet vt placerent Iehu,regi nouo.Num non erat hæc malicia grandis,mendacium & proditio?licet eſſet ſimulata lætitia Ergo lætitiam , qua regem exhilararunt,probant acclamationes, quas ſtatim ſubdet propheta. malitiosè verò lætitiam oſtenſam intelliges,ſi credas populum ore laudaſſe regem Iehu, quod cultum Baal abolebat, animo tamen tractaſſe,eum ad idolorum culturam prouocare:vt prouocarunt quod ſtatim ſubdit Propheta.

Omnes adulterantes , quaſi clibanus ſuccenſus à coquente, Quieuit paululum ciuitas a commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.
Oſee.1. Idololatriam vocari fornicationem, & adulterium,diximus
2.3. ſuprà ſæpè Ergo dum Iehu ſubuertit idola,idololatræ adulterantes à Deo ſuo,ardebant,quaſi furnus ſuccenſus à fornario.ardebant enim zelo idolorum ſuorum,licet in pręſentia tacerent.Porrò ſubuerſis idolis,quieuit ciuitas ab idolorum cultura:paululum tamen, ſcilicet dum principes oc-
4.Re. 10. cultè decipiunt Iehu regem, & ad idola reducunt. quo rēducto, totum regnum fermentatum idololatria prodiit. ¶Vocari fermentum falſam religionem docet Chriſtus in
Marci.8. ſimili , cum docet fermentum Phariſæorum & Sadducæorum eſſe hypocriſim.¶Pulchrè verò vocauit idololatras ta centes,& zelantes, furnum ſucceſſum, qui exterius friget, interius tamen vehementius ardet.

Dies regis noſtri.Cœperūt Principes furere à vino.Extendit manum

ſuam

uam cum illuſoribus. Minutim narrat rerum geſtarum ordinem,dicens populum acclamaſſe Iehu nouo regi,dicendo, Dies regis noſtri.id eſt multi dies ſint Regi noſtro.dies Regi fœlices. Tunc inſtituta ſunt conuiuia.vbi principes regni cœperunt furere,vt ebrij à vino.Eſt enim ebrietas furia. Ex conuiuio,& ebrietate factum eſt,vt Iehu extenderet manum ſuam ad ſacrificandum idolis,ſimul cum aliis idololatris,& Sacerdotibus idolorum. qui vocantur illuſores, id eſt peſtilentes,Nam Pſal.1.vbi nos habemus,in cathedra peſtilentiæ, Hebræus habet,in cathedra illuſorum, ¶ Nota inter alias ebrietatis abominationes hanc etiam eſſe,quòd à Dei vera religione bibentes abducat. hac enim arte bibendi Oſeas docet nouum regem à Dei cultu ſeductum. *4.Re. 10.* *Pſal.1.*

*Quia applicauerunt quaſi clibanum cor ſuum,cum inſidiaretur eis.Tota nocte dormiuit coquens eos:mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flamma.Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus.*Mirè rem geſtam exponit,ſenſus eſt. Principes idololatræ zelo ſuo ardentes,velut clibanus,applicauerunt cor ſuum , vt Regem ad idololatriam traducerent , etiam ſi ipſe rex idololatris inſidiaretur. Ita enim legimus,quod per inſidias,Iehu trucidauit omnes Sacerdotes Baal.at dum Iehu his inſidias tendit, vt eos occidat,principes ei inſidias tendunt,vt ad idola reducant.Tota nocte dormit Iehu , ſcilicet ex conuiuiis ebrius:at mane procedit ſuccenſus ab idololatria,vt principes volebãt.vocatur Iehu hoc loco coquens,aut piſtor elegantiſſimè quia eius opera idololatria die præcedente frigens, & velut ſepulta,mane ſequenti prodiit perfecta, vt ſolet panis è furno prodire. Ergo Iehu noctu dormiens,coxit idolorum cultores, veluti ſtomachus,qui cibum noxium die præcedente voratum,noctu concoquit, & familiarem ſibi faciens, in corpus traducit.Proſequitur Oſeas.vbi coxit Iehu idolorum cultores,omnes Iſraelitæ calefacti ſunt idolorum religione,velut clibanus ardens:facti ſunt omnes idololatræ,vt & ipſe Iehu. idque ardenter,& efficaciter. *4.Re. 10.* *4.Re 10.*

*Et deuorauerunt iudices ſuos. omnes reges eorum ceciderunt. Non eſt qui clamet meis ad me.*Scribitur in 4.Regum,quod Iehu occiderit omnes optimates,& notos Regis Achab. Hoc dicit Oſeas.deuorati,inquit,ſunt iudices,& nobiles Iſraelis. Tum ſcribitur in eodem 4. Regum,quod Iehu occiderit Regem Iſraelis Ioram:& Ochoziam Regem Iudę,cum omni vtriuſque progenie.Id exponit Oſeas dices,Omnes Reges eorum ceciderunt. Interim miratur propheta quod ita Iſraelitæ *4.Reg.10.* *4.Reg.9.*

percuſſit, non clamarint ad Deum: immò Deo Idola deſtruente, ipſi idola ſeruabant. Eſt igitur grauiſſima euocatio quod diſſipati ſint, nec compuncti Quod impleat Dominus facies verecundia, & ignominia: nec quærant Deum tamen.

Pſal. 34. *Ephraim in populis ipſe commiſcebatur Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reuerſatur. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſunt in eo & ipſe ignorauit* Quia Ephraim (id eſt, Iſrael) Deum ignorauit, ideò miſcebitur populis, ad quos captiuus ducetur. inter quos igne tribulationis torrebitur, ſine ſpe reditus in patriam. vt torta panis, quæ ſub cineribus ardentibus permittitur torreri, nec reuerſatur, nè torreant. Alieni igitur comedent opes eius, & ipſe ſtolidus ad Deum non reuertitur. Videnſque ſenes ſuos effundi, ac perire non curat ad Dominum confugere. vel aliter videns ſe caneſcere, non aduertit ſe peccati pœnas ſubire. ¶ Igitur ſcelus eſt, peccatorem, vel in ſenio non ſuam agnoſcere culpam. Maledictus vero puer centum annorum, & ſcelus maximum erat, quod ſenes adorarent picturas parietum.

Pſal. 82.

Iſai. 65.

Ezech. 8.

4. Reg. 10. *Et humiliabitur ſuperbia Iſraelis in facie eius. nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum: & non quæſierunt eum in omnibus his.* Scribitur lib. 4. Reg. quod cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael, & percuſſit eum Hazael, in omnibus finibus Iſrael. En humiliatam Iſraelis ſuperbiam. Ac ſi alapa in facie percuſſus fuiſſet. Nec tamen in his caſtigationibus Deum quæſiuit. ¶ Ergò caſtigationum finis, non eſt caſtigatio ipſa. Non enim Deus vult mortem peccatoris: ſed magis, vt conuertatur & viuat.

Exec. 18.

Et factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta non habens cor. Aegyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: & quaſi volucrem cæli detraham eos. Cedam eos, ſecundum auditionem cætus eorum. Nulla ferè auis eſt, quæ tam ſugaciter norit aues inimicas, vt columba: nec quæ cautius eas fugere ſoleat. Id verò ea columba facit, quę cor habet, at Ephraim eſt quidem ex Diuina voluntate columba: ex malitia verò eſt ſeducta, & corde defecta. Nam Aſſyrios & Aegyptios inuocat, quos adeo frequentes expertus eſt hoſtes. Igitur proficiſcetur ad quærendum auxilium, interim, ego velut auiculas, rete meo eos comprehendam trahens, ſcilicet, Hazaeli, & hoſtibus aliis. Cedam eos, iuxta ea quæ in lege, quam in ſuis cœtibus audiunt, ſcriptum eſt. Erat enim ſcripta, captiuitas, & vaſtitas deſerenti bus Deum, colentibus idola. ¶ Volebat Dominus olim agnoſci à Iudæis, vt eorum propugnator, & defenſor. ac ideò dolebat

Vide Alienum.

Leui. 26.

Deut. 28. & 32.

bat, quòd aliena auxilia requirerent. dicebat enim maledi-
ctos, qui ponit carnem brachium ſuum. vide hæc pulchrè *Ierem. 17.*
apud Iſaiam, dicentem, Væ qui deſcendunt in Aegyptum.
in equis ſperantes, & cætera: & in pſalmo, Hi in curribus, & *Iſai. 31.*
hi in æquis, &c. *Pſal. 19.*

Væ eis, quoniam receſſerunt à me. Vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me. Et ego redemi eos: & ipſi loquuti ſunt contra me mendacia. Id eſt, væ eis & calamitas venit, quia meam non inuocant opem. Ego ſum qui ſoleo eos liberare. licet ipſi loquantur mendacia, ſuam liberationem non mihi, ſed viribus humanis vendicantes. Lege quomodo eos Deus redemit libro quarto Regum. Mendacia vero hominum leges apud Moyſen, cum refert peruerſos dicentes. Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. *4. Reg. 14* *Deut. 23*

Et non clamauerunt ad me in corde ſuo: ſed vlulabant in cubilibus ſuis. Super triticum & vinum ruminabant. receſſerunt à me. Si clamaſſent ad Deum, in toto corde, Deus eorum miſereretur iuxta promiſſionem ſuam. Clamauit ad me, & ego exaudiui eum, ait Dominus. Sed hæc eſt humana miſeria, quòd intra priuatos parietes gemimus, & vlulamus, Deum obliti, vnde omne pendet remedium. Addit Propheta, ſuper inopia tritici, & vini muſſitabant, & intra ſe conquerebantur. interim non accedentes, ſed recedentes à me. Habes miſeros Iſraelitas non ſolum manu hoſtili vaſtatos, ſed inopia etiã vini & tritici, cõfectos, Quod erat à Moyſe primitus prænunciatũ. *Pſal. 90.* *Deut. 28.*

Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt maliciam. Dictum erat, Beatus quem tu erudieris Domine. Eſt enim ingens beneficium, à Deo erudiri. iuxta illud. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et illud, Excellunt Iudæi Gentiles, quia credita ſunt eloquia Dei. Rurſum, Deus non contentus Iudæos erudiſſe, roborauit eos, vt terram promiſſionis, à fortiſſimis poſſeſſoribus eriperent. Nec enim in brachio ſuo poſſederunt terram, ſed dextera Dei, & illuminatio vultus eius terram illam eis dedit. His tantis beneficiis aucti Iudæi cogitauerunt contra Deum malitiam. Si quæris, quam? certè, *Quia reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo. facti ſunt quaſi arcus doloſus.* Ergo Iudæi cogitauerunt, vt eſſent abſq; iugo Diuinæ legis: & abſq; eius cultu, atque religione iuxta illud, à ſæculo confregiſti iugum, & illud Iudæorum, diſrumpamus vincula eorũ, proiiciam' iugũ ipſorũ. Facti igitur ſũt arc' prauus, qui dirigẽtẽ ferit, ita hi à Deo directi, Deũ grauiſsimè offẽdunt. *Pſal. 93.* *Pſal. 147.* *Rom. 3.* *Pſal. 43.* *Ierem. 2.* *Pſal. 2.*

iuxta illud cõuerſi ſunt in arcum prauum Hęc & præcedens
Pſal 77. clauſula ſpecialiter notat Iehu,& principes eius,qui reuerſi ſunt,vt idola colerent,iugo Deí á ſuis humeris excuſſo.

Cadent in gladio Principes eorum: a furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti Hæc prophetia,indicauit Propheta finem regni Iſraelis. Hiſtoriã habes li.4.Reg. *4.Re.17.* Videlicet Salmanaſſer pugnauit contra Iſraëlem. factusque ideò eſt ei Oſee Rex Iſraël vectigalis. qui poſtea rebellauit,videlicet conſilio principum,execrantium Salmanaſſaris imperium , & confidentium in adiutorio Aegypti contra eum. At vt videtur, Aegyptus ſubſannauit Iſraëlem,nolens ei auxiliari. Hęc dicit Oſeas. Principes Iſraëlis in Salmanaſſaris concertatione cadent: á furore,& execratione linguæ ſuæ, quâ iugum Salmanaſſaris execrati ſunt,cõfidentes in adiutorio Aegypti. at Aegyptus eos ſubſannauit, & contempſit. ¶ Duo ergo docet Oſeas. alterum quod lingua Principum furebat contra Aſſyrium: Cum tamen melius eſſet ſeruire ei, quàm ab eo vaſtari. alterum,quod rogata Aegyptus, vt opẽ ferret,rogantes ſubſannauit. At rogatus Deus non ſubſſannaſſet: ſed opem præſentem attuliſſet.

CAPVT VIII.

Protheoria. QVI attentè legerit caput hoc, non dubitabit, ipſum contra Iſraëlem intonare, non adeò contra Iudam. licet in calce capitis,de eo mentionem faciat. Ergo prædicit aduentum Teglat Phulaſſar Aſſyrij contra Iſraëlem, *4.Reg. 15.* tempore quo regnabat Manahem tyrannus.& quo regnabat Phacee filius Romelie. *Eodem.* Tum etiam aduentum Salmanaſſar Aſſyrij qui regnum Iſraëlis deleuit. *4.Reg. 17.*

IN *gutture tuo ſit tuba. Quaſi aquila ſuper domum Domini. Pro eo quod tranſgreſſi ſunt fœdus meum, & legem meam præuaricati ſunt.* Verba Dei ſunt iubentis prophetæ,vt ori ſuo adhibeat tubã, quæ ita clamet Iſrael Iſrael: & Aſſyrius velut aquila venit contra domum Domini. Ideſt venit eo animo *Exod. 24.* vt cunctum vaſtet Iſrael. Porrò Iſrael vocatur domus Do- *& ſupra.* mini,hic & infra c.9. quia in eo colebatur Dominus olim. *ca.6.* eratque terra quam Domus dederat Iſraelitis. Cauſſa verò ob quam , permittet eum Deus venire contra Iſraelitas, eſt, quia tranſgreſsi ſunt fœdus,quod corã Moſe, mecũ (ait Dñs) inierunt: & legẽ meã penitus abiecerunt. dixi hæc ſ.

Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te, Iſrael. Ideſt, preſſi Iſraelitæ hoſtis aduentu, Deum inuocabunt dicentes. Deus meus, Nos cognouimus te, cum nulla alia natio te cognoue rit, niſi nos. Nos ſumus Iſraelitæ, ex magno illo Iſrael, tibi tantopere charo progeniti. Igitur debes nobis auxilium, Ex te, quia Deus noſter es, qui tam miſericors prædicaris, ex nobis: quia, nos non alij, te cognouimus. ex maioribus noſtris quia Iſraelis filij ſumus. En quid pro ſe Iſrael allegat, *Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum.* Reſpondet Dominus orationi Iſraelitarum. Et primum verbo illi, quod eſſent Iſrael. ait Dominus: ita eſt, Iſrael eſtis: ſed proieciſtis ex finibus veſtris, quod bonũ eſt. ¶ Vbi nota, vitam ſanctam à Chriſto vocari, quod verũ eſt, velut docens, reliqua eſſe mendacia, vt Dauid dixit vno loco, & altero, eſſe inſanias falſas. Deus porrò, hoc vitã ſanctã vocat quod bonũ eſt. docens, hoc vnũ eſſe hominũ bonũ, ſine quo nihil eſt bonum, quod ad æternitatẽ proficiat. Si igitur Iſrael proiecit vitam piam, inimicus Aſſyrius veniat ad perdendum eũ. ¶ Nihil igitur prodeſt maiorum ſanctitas filijs iniquis. Potens enim eſt Deus de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahæ. Quàm verò Iudæi ſuos iactauerint maiores docent ipſi, cum aiunt, Pater noſter Abraham eſt, &c. Luc. 16. Pſal. 4. Matt. 4 Ioan. 8.

Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt: & non cognoui. Reſpondet ad ſecundam orationis partem, quã dicebant, cognouimus te: imò inquit, non cognouiſtis: cum Reges & principes admiſeritis, quos ego nec vnxi, nec miſi. ¶ Aduerte non eſſe ſermonem de Ieroboam priore filio Nabath. Hic enim regnauit in Iſrael, ex Domini mandato, atque voluntate, vt de Salomone ſumeret vltionem. Nec eſt ſermo de Baaſa, qui poſitus fuit à DEO, Rex Iſraelis: vt deleret omne ſemen Ieroboam prioris. vt Iehu propheta aſſeuerauit. Nec eſt ſermo de Regibus, qui multo ante Oſeam præceſſerant. Nec de Iehu, qui vſque ad eius quartam generationem à Deo fuerat electus, ad deſtruendum Achab. Eſt igitur ſermo de Sellum, Manahem, Phacee, Oſee, qui tyrannice regnum Iſraelis inuaſerunt. vt quarto Regũ decimoquinto legere eſt. Hos igitur Reges Deus non inſtituit: horum Principes Deus nõ elegit. ideò eos nõ nouiſſe dicitur. Ait ergo, cur iactatis, quod me cognoſcitis, ſi quos nolo, vobis principes deligitis? Non cognoſcere hoc loco eſt, non acceptare. vt illud. Non noui vos. 3. Reg. 11. 3. Reg. 16. 4. Reg. 9. 4. Reg. 15. Matth. 8.

Aurum ſuum & argentum fecerunt ſibi idola: vt interirent,

Reſpondet ad primã orationis partem,quâ dicebant:Deus meus.ait Dominus , ſi aurum & argentum dij veſtri ſunt, quomodo Deus veſter ſum?Eram ego Deus veſter, vt vobis auxiliter:vos feciſtis vobis Deos,vt intereatis,

Proiectus eſt vitulus tuus,Samaria.Iratus eſt furor meus in eos. Vſquequo non poterunt emundari? Quia ex Iſrael, & ipſe eſt. Artifex fecit illum,& non eſt Deus.Quoniam in aranearum telas erit vitulus

3.Re.18. *Samariæ.* Inſultat Deus Iſraeli dicens,O Samaria vitulus ille tuus,quem vt Deum adorabas,ablatus à te eſt , cum aurum eius ſibi ſumeret hoſtis,proiecit eum,ac ita tibi àbſtulit,ſibi ſumpſit. Cur ita?quia iratus eſt furor meus in Iſrael. Quæ cum videant, vſquequo non ea intelligent , vt innocentiam ſibi acquirant : & ab idolorum ſordibus emundentur?Quia vitulus hic non eſt æternus (qualis Deus eſſe debet)ex auro Iſraelis conflatus eſt.Artifex aurarius fecit il-

Pſal.113. lum:ac ideò Deus eſſe nequit. Quomodo enim opus manuum hominis erit Deus eius. Igitur locum illum vbi tam religioſè collocaſtis vitulum veſtrum aranearum telæ replebunt.vt vitulus in aranearum telas cõuerſus fuiſſe videatur. Hebræi pro aranearum telis habent ramenta,ſeu fragmenta,vt indicetur vitulum fore in minuta fragmenta ſcindendum.vt ſcilicet ex eo numi conflarentur.

Quia ventum ſeminabunt & turbinem metent:culmus ſtans non eſt in eo:germen non faciet farinam:quod & ſi fecerit,alieni comedent eam, Deuoratus eſt Iſrael. Simpliſſimus ſenſus eſt vanitatem vanè ſeminant,cum idola colunt.at non vanitatem,ſed turbinem,qui eos in gentes diſpergat,metent. Nam ſeminare ventum,videtur idem eſſe,quòd Eccleſiaſtes dixit, Labora-

Eccleſ.5. re in ventum.Apertior ſenſus eſt.Cum preces coram idolis effundunt,cum eis hymnos,& cantica perſonant , quid aliud faciunt,quam ventum ſpargere? Sed inde turbo naſcetur,qui eos à facie terræ longiſſimè proiiciet.Addit Prophe-

Pſal. 1. ta.Culmus(id eſt,calamꝰ,ſeu canna,quæ ex tritico ſurgere ſolet)non ſtabit in Iſrael ſpica nõ erit:neque farina:quod ſi contingat triticum ſurgere in culmum , & ſpicam inueniri in culmo:& de ſpica prodire farinam:hoſtis eam comedet. Deuoratus eſt Iſrael ab hoſtibus ſuis. Quibus verbis Oſeas

4.Reg.15. prænunciat,à tempore quo hæc prædicit,ad fidem regni Iſraelis,nihil fore firmum , nihil in Iſraele venturum fœlix, atque beatum.Vt reuera omnia illis contingerunt infœlicia,ex tempore quo ſecundus Ieroboam defunctus eſt , &

4.Reg.15. ei ſucceſſit filius ſuus Zacharias. Quod ſi aliquid boni poſt Ieroboam

Ieroboam hunc, contingit Iſrael,id in commodum hoſtium ceſſit.

Nunc factus eſt (Iſrael) *in nationibus, quaſi vas immundum. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi Ephraim, munera dederunt amatoribus ſuis: ſed & cum mercede conduxerunt nationes, tunc congregabo eos: & quieſcent paulisper ab onere regis, & principis.* Scribitur in Leuitico, quod vas fictile, ſi contingat fieri immundum (ſcilicet ex tactu hominis fluxum ſeminis patientis) confringatur. Ait tunc Propheta. Iſrael captiuus ducendus eſt inter nationes, inter quas nulli vſui deſeruiet, niſi vt confringatur, id eſt, vt labore nimio, contemptu, & iniuriis afficiatur. Iam ex hoc loco Oſee, & Ieremiæ 2. habemus onagrum, ſolitarium animal eſſe, non ſociale, Ait igitur Dominus, Iſrael aſcendit vt fœderatus ſit Aſſyrio ac ſocius, vt fecit Manahē. qui Aſſyrium adduxit, & fuit ei fœderatus: at longe aliter eueniet illi, neque enim auxilium ab eo, neque verò à Deo recipiet. ſolus igitur, & deſertus erit: vt eſſe ſolet onager. Subdit Propheta, Iſraelem muneribus datis, & mercede promiſſa, conduxiſſe nationes, quod fecit Oſee Rex Iſrael, donis & mercede alliciens Ægyptum in ſuum fauorem. At inquit Dominus, cum illi conducunt gētes, tunc ego eos velut oues congrego, & Aſſyrio occidendos, & captiuandos trado, Vt iam nec regem nec principem naturalem ſentiant: perijt enim illis princeps & rex. iam nō ei dabūt vectigaliū onera, quæ propriis regib. dare ſolebāt. *Liu it. 15.* *Ierem. 2.* *4. Reg. 17.* *Eodem.*

Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: factæ ſunt ei aræ in delictum. Scribam ei multiplices leges meas: quæ velut alienæ computatæ ſunt: Hoſtias offerent: immolabunt carnes: & comedent: & Dominus non ſuſcipiet eas. Nunc recordabitur iniquitatis eorum: & & viſitabit peccata eorum. Ipſi in Ægyptum conuertentur. Mandauerat Dominus per Moſen, vt vnus ſolum eſſet locus in quo Iudæi Deo ſacrificarent: ac ita vnum non multa eſſent altaria. vt in Exodo habetur, & Deutero. At Iſraelitæ non contenti vno altari, plurima fecerunt, eaque ad peccandum. ſ. in honorem idolorum. Erunt igitur, ait, altaria veſtra in peccatum, omni pœna caſtigandum. ¶ Tu lector recordare grauiſſimæ illius pœnæ, quam ſcripſit Dauid dicens. Fiat oratio eius in peccatum. Ergo, ſi oratio, ſi altare, ſi ſacrificium quibus placandus eſt Deus, illa ſunt peccata quibus irritatur, quod te precor remediū nobis reliquum erit? ¶ Subdit Dñs, Scribam, id eſt, ſcripſi multas leges quibus regnum eorum gubernaretur. at leges illas digito Dei in tabulis ſcriptas *Exod. 21.* *Deut. 12. 14. 16.* *Pſal. 108.* *Exod. 32.*

ptas, Iſrael reputauit nihil ad ſe pertinere. Plane beata gens, cui non Draco, non Solon, non Plato leges tulit, ſed Deus: errare illi, vt homines poterant. Errare Deus minimè poteſt. Sed has leges à Dei Sapientia profectas gens illa contẽpſit. ¶ Quod ſequitur, immolabunt & comedent, hunc habet ſenſum. Iubebat Dominus, vt Iſraelitæ decimas Deo darent ex omnibus quæ haberent: ſiue ex armentis, ſiue ex omnibus aliis. eas decimas allaturi erant in templum Domini,
Deut. 14. vbi, inquit, comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu, & domus tua. Ait tunc Dominus, Vos offeretis decimas has, & immolabitis carnes armentorum: & comedetis. nec tamen ego ſuſcipiam eas. Inſtat enim tempus vt ego viſitem peccata veſtra, & finito regno veſtro vos in gentes diſpergam. Ipſi tamen (inquit) in Ægyptum reuertentur, quia cum vaſtarentur ab hoſtib. in Ægyptum fugerunt. vt Oſeas infra cap. ſequenti docebit, dicens, Profecti ſunt à vaſtitate: Aegytus congregauit eos: Memphis ſepeliet eos.

Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui: & ædificauit delubra. Et Iudas ædificauit vrbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius: & deuorabit ædes illius. Dicebam tunc, Deum iuſſiſſe, vt vnicum eſſet
Deut. 12. 14. 16. templum illi dicatum, vt ille vnus erat. At Iſraelitæ plurima templa fecerunt. ſcilicet in Dan, in Sichimis, in Bethel, & aliis locis, in quibus cum idolis immolarent, Dei ſui obliuiſcebantur. ¶ Porrò Iudam ædificaſſe ciuitates munitas (ſcilicet in quibus non ita in Deo confiderent) habemus in 2.
2. Paral. 27. Paralipome. Ioathan, inquit, ædificauit vrbes in montibus Iuda: & in ſaltibus caſtella, & turres. At nihilominus, in has ciuitates Iudæ, & in palacia, ac turres, in ciuitatibus eminentes, mittet Dominus ignem quo comburantur. Quod factũ
4. Reg. 18. 4. Reg. vl. eſt opera prius Sennacheribi: poſtea Nabuchodonoſoris.

CAPVT IX.

Protheoria. IMminentem calamitatem Iſraeli propheta prenunciat. Prophetas falſos arguit, Iſraelis peccata, ſimul peccatorum pœnas commemorat.

NOLI lætari Iſrael: noli exultare, ſicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo: Dilexiſti mercedem, ſuper omnes areas tritici. Senſus eſt: Iſrael ſi quid tibi contigerit fauſtum, ſi materia publici gaudij occurrerit, ne exultes, aut læteris. Nan que præſidio

Dei

Dei caret,non eſt cur lætetur.At cum nullus populus Deos ſuos reliquerit,Iſrael Deo vero,& ſuo relicto, cum alienis diis fornicatus eſt.Cur lætetur qui tantum crimen admiſit? Si mutauit(ait Ieremias) gens deos ſuos , & certè ipſi non ſunt dij:populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum.Cur igitur gaudeat fœmina , quæ adulterio commiſſa à viro vindictam perperuò timet? Addit Propheta,Super omnes areas titici ædificaſti delubra , expectans ab idolo(tanquam mercedem ædificij)tritici copiam.¶ Tu vide quo peruenerit cæcitas horum Iſraelitarum:vt etiam in areis idola collocarent:& ab eis(velut mercedem) tritici abundantiam expetierint.Non verò nec in areis,Dei recordemur,vt ab eo velut mercedem fructus habeamus. *Ierem.2.*

Area & torcular non paſcet eos:& vinum mentietur eis.(2) Non habitabunt in terra Domini:reuerſus eſt Ephraim in Aegyptum:& in Aſſyriis pollutum comedit. (3.) Non libabunt Domino vinum , & non placebunt ei ſacrificia eorum,velut panis lugentium : Omnes qui comedent eos contaminabuntur,quia panis eorum animæ ipſorum: non intrabit in domum Domini.*(4) Quid facietis in die ſolemni & in die feſtiuitatis Domini? Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate: Aegyptus congregabit eos. Memphis ſepeliet eos.(5.) deſiderabile argentum eorum. vrtica hæreditabit:lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies viſitationis:venerunt dies retributionis:* 1. Quàm verò dominus diſſipat conſilia gentium? Iſraelitæ ſtatuebant idola in areis ſuis,expectãtes inde frumenti abundantiam:hæc igitur cauſa erit, vt ſit frumenti ſterilitas.Nec area dabit panem:nec torcular vinum.Promittit area triticum,& torcular vinũ,ſed mentietur promiſſio. Simile habes in Abacuc.Mentietur opus oliuæ:arua non afferent cibum &c.Ita ſimiliter, quam rationẽ quæſierunt fratres Ioſephi ad eum perdendum , quæſiuit Deus ad eum exaltandum.(2.)Non habitabunt,inquit , in terra Domini.in terra illa tantopere promiſſa:miraculis Dei conquiſita:fluente lac & mel:vbi Dominus habitabat,& inambulabat.Planè ſi Iſraelitæ terram illam conſecrant idolis inde Deum eiiciendo,iure Deus ex ea ſuos reiiciet reiecto res.Nã cum peruerſo peruerſus(inquit)eris.Omnes illa terra erat,velut Deo ſacra:at opera Iſraelitarũ,cõtaminata erat in ſanguinibus,igitur eiiciantur ex ea ſacrilegi. Subdit Propheta,Reuerſus eſt Ephraim in Ægyptũ.Quia vt infra docebit Oſeas,cum Iſrael vaſtaretur à Salmanaſſar multi abiectũt ex Paleſtina in Aegyptum:reliqui ad Aſſyrios captiui ducti ſunt.vbi pollutum comedebant,& relicta ſua religione,facti *Pſal.32.* *Abacuc.3* *Geneſ.37.* *Exod.3.13* *Ierem.7.* *Pſal.17.* *Pſal.105.* *Sup. c.8.* *Tobie.1.* *4.Reg.17.*

Gentiles

Gentiles,gentilium cibis, lege Moſi interdictis veſcebantur.quod ita factum fuiſſe, hiſtoria Tobiæ narrat ,dicens,
Tobiæ. 1. Cum omnes ederent ex cibis gentilium,Tobias cuſtodiuit animam ſuam. Iam tu ne quæras maiorem infœlicitatem quàm ex fide tranſiſſe ad infidelitatem. (3.) ſubdit Propheta,Non libabunt Domino vinum:nec placebunt ei ſacrificia
Leuit. 23. eorum,qua.pa.lug.Scribitur in Leuit.& Numer.quod in ma
Num. 28, ximis Iudęorum feſtis,pręter vitulos,arietes,agnos,oleum offerendum etiam erat vinum,quæ ſpirabant odorem ſuauiſſi. Domino. Prædicit nunc Propheta, fore vt Iſraël iam non habeat feſta,nec in eis libet vinum : aut offerat alia ſacrificia , quibus placatus Dominus, ſacrificantes illi placerent.Iam ſcribitur apud Ezechielem,quod vxore ſua defun
Ezech. 24. cta,in pœnam,non eſſet comeſturus cibos lugentium. vnde planè docemur Iudæos cum moriebatur eis aliquis neceſſarius,cibis vſos aſperioribus,minuſque delicioſis.Cũ ve
Leuit.1 & alias ſæpe. rò Deus ſibi iuberet offerri panes ſimulagineos, planè prohibebat offerri hos panes lugentiũ. quos Iudæi adeò iudicabant immundos,vt qui eos tangeret immundus efficeretur. Ergo,inquit,ſacrificia eorum erant polluta,& immunda: vt ſunt panes lugentium.non igitur mihi placebunt: imò qui ex eis comederint , ita contaminabuntur , ac ſi mortuum tangerent. Nam mortuum tetegiſſe , tangentem reddebat
Leuit. 22. immundum.Porrò in eo quod ſubdit,panis eorum, animæ ipſorum. illud animæ , eſt datiui caſus , vt ſit ſenſus. panis eorum ſit animæ ipſorum : comedant ipſi ſuum panem, non intrent tamen in domum Domini. Iam , iam moritur eis regnum eorum.iam illi reputantur,vt lugentes mortuum,panis igitur ſuus ſatisfacit animæ ſuę: non intret in domum Domini,vt inde oblatio Domino fiat. (4.) Sub iungit Oſeas,Quid facietis?id eſt,inſtat iam tempus quando pars veſtrum fugiet in Aegyptum:reliqua pars transferetur in Aſſyrios:manebitque veſtra terra deſerta. quis igitur
Leuit. 23. ſolennitates Domini, eiuſque feſta peraget? Quod eſſent
Tob. 2. Iudęorum feſta,docebit te Leuiticus.Iam cum Iudęi facultates ſuas (vt dicitur)in ſuis feſtis expendant , quantus erit eis dolor,cum feſtum tempus veniebat , feſtum illud celebrare non poſſet?Quid igitur facietis in diebus ſolennibus, vos extra veſtram terram abducti?Porrò verbum congregabit eos , videtur ſignificare , congregabit , vt rete piſces , hoſtiliter, ad necem , non ad fœlicitatem. 5. Quintiam ſubiicit Propheta.deſiderabat.argentũ eorũ.Cuius ſeip

ſum-

ſũ eſſe credo. Hoſte veniente, defodietis deſiderabile argẽtũ veſtrum. & ſuper ea foſſa vrtica naſcetur, velut eius argenti hæres, & domina. & tabernacula veſtra tam erunt deſerta, & ſola, vt lappa naſcatur in eis. In eis inquam, id eſt in aulis, palaciis, & cameris domorum. Cur tot tantæque pœnæ miſerum Iſraelem ſunt deuoraturę? Certè quia venerunt dies, quibus Deus ſcelera eius viſitauit, & pœnas criminibus retribuit.

II. PARS.

Scitote Iſrael ſtultum prophetam, inſanum virum ſpiritualem: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ. Speculator Ephraim cum Deo meo, Propheta laqueus ruinæ factus eſt, ſuper omnes vias eius: Inſania in domo Dei eius. id eſt, vel ex veſtræ infœlicitatis euentu, ſcitote ô Iſraelitæ, vos habuiſſe ſtultos prophetas, & inſanos viros, qui ſe ſpirituales, id eſt, Diuino afflatos ſpiritu eſſe iactabant. Permiſit verò Deus, vos ab his falſis falli prophetis, propter multam iniquitatem, & amentiam veſtram. Num non eſt amentia Deum reliquiſſe, & idola coluiſſe? Porrò ſpeculatores tui ô Ephraim, qui iactant ſe eſſe cum Deo meo, qui, ſcilicet velut Deo familiares ſe prædicãt, hi inquam tui prophetæ, laqueus facti ſunt, in omnibus viis, vt qui per eas venire ad Deum debuiſſent, nõn veniant: ſed cadant. Non ſunt hi prophetæ ô Ephraitæ: ſed inſania potius, & furor in templo idolorum. ¶ Ergo *Iſai.9* Iſraël habuit falſos prophetas (vt omnes veri prophetæ conqueruntur) qui promittebant ei felicia, & fauſta. at ipſa Iſraëlis calamitas eum docuit, falſos ſuos fuiſſe prophetas. Habuit item Iſraël viros ſpiritum iactantes. Enthuſiaſmon *Ierem.6.* Græci dicunt. ſed erant illi phanatici, quos ſpiritus diaboli arripiebat. Demum ſacerdotes idolorum fuiſſe phanaticos, & furiam, ac inſaniam paſſos Hiſtoriæ nos docent. Nam *Ezech. 14.* bacchari, quod eſt Bacchi feſta colere, ſignificat furere, diſcurrere. vt feſta illa celebrantes ſolebant. *3.Reg.18.*

III PARS.

P*Rofunde peccauerunt, ſicut in deibus Gabaa. Recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum.* Nota hiſtoria eſt, Corruperunt, & libidine monſtroſa necauerunt viri Gabaa vxorem Leuitæ cuiuſdam. Totus ferè Iſraël ſurrexit in vltionem tanti facinoris. Sola tribus Beniamin defendit ſceleratos. Ad hanc hiſtoriã volũt huius loci interpretes Oſeã *Iudic.19,*

ſe

ſe retuliſſe. At ego bonis rationibus diuerſum credo. Nam Iſraelitæ non peccauerunt tunc, ſcelus id caſtigare volentes: ſola tribus Beniamin (quæ hoc loco non arguitur, ſpectabat enim ad regnum Iuda) ſcelere maculata eſt. Et equidem ſi peccauit, non eguit, vt de nouo ſcelus eius puniretur. tunc enim ſatis punitum fuit. Credo igitur ſenſum eſſe. Iſraëlitæ peccauerunt nunc, ſicut olim tempore Saulis, qui fuit de Gabaa. Tunc enim petierunt à Samuele Regem, non contenti Deum ſolum, vt ſuum habere Regem: vt victorias quas ſibi compararent, non Deo: ſed viribus humanis vendicaret. Quod fuiſſe malum grande ipſe Samuel aſſeuerauit. Ita & nunc peccāt profundiſſimè idola colentes vt Deum, non contenti vnò verò Deo ſuo: idolis tribuentes, quæ à Deò accipiebant. ¶ Vide verò quam aptè hæc dicantur in textu Hebræo. Is habet, profundauerunt, corrupti ſunt in diebus Gabaa. vt ſit ſenſus. Tempore quo Deo non contenti, Regem petierunt, profundam fecerunt foueam. vbi plantauerunt neglectum Dei, & adeò ſe corruperunt. ea planta poſteà tulit idola. poſteà finem regni fructificauit. Recordabitur igitur Dominus peccati illius antiqui, & viſitabit illud, & cętera. quæ illa peperit culpa. quod poſtea dicet Oſeas.

Iudic. 20. Iud. 20. Iud. 20. 1. Reg. 8.

Quaſi vuas in deſerto, inueni Iſrael. quaſi prima poma ficulneæ in cacuminibus, vidi patres eorum. Ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor: & abalienati ſunt in confuſionem: & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. Id eſt, non ſolum Iſraëlitę peccauerūt tompore Saulis, recedentes à me. antiquius eſt crimen eorum. Siquidem à tempore, quo eos per deſertum, in promiſſam terram adducebam, ego quidem delectabar in eis, velut delectari ſolet, qui in deſerto inuenit vuas: & qui præcoces ficus, ex cacuminibus ficulneæ decerpit. at illi recedentes à me, intrauerunt ad colendum Priapum. id eſt, idolum habēs membrum pudendum immane, ideò dictus Baal-peor, id eſt Deus pudendus. Ipſi abalinati ſunt, in cōfuſionē, id eſt, coitu cum Madianitis in cultum Priapi. & facti ſunt abominabiles, vt erat abominabilis Priapus: quem, vt Deum dilexerunt. Lege hanc hiſtoriam in Numeris.

1. Reg. 12. Pſal. 105.

Num. 25. ¶ Notabis hoc loco Rempublicam benè inſtitutam ſimilem eſſe debere vuarum racemis, vnione charitatis ſuo principi, qui pedamentum eſt vuarum, connexis, & item ficubus, infinita grana, ſub vno cortice compræhendentibus. De quo dixi ſupra cap. 1.

Oſea. 1.

¶ Notabis ſecundò, tam raros eſſe viros pios, in quibus DEVS delectetur, quàm ſunt vuæ in deſerto: & præcoces, ſeu primi ficus, in cacuminibus ficulnearum. Quod dolenter Dominus dicit, væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. non eſt botrus ad comedendum. præcoquas ficus deſiderauit anima mea, & cæt, *Malac. 7.*

¶ Notabis tertiò, idololatras honeſtaſſe turpitudinem idoli Priapi, dicentes eum ſignificaſſe anni prouentum, & generationem, & niſi eum Deum propitiarent, anni abundantia non eueniret. lege Cælium ¶ Nota 4. cultores deorum, ſimiles fieri iis, quos dilexerunt, vt etiam cultores Dei diuini efficiuntur. Rectè igitur. Similes illis fiant, qui faciunt ea. *Celius lib. 4. an. lect. c. 6.* *Pſal. 113.*

Ephraim, quaſi auis, auolauit gloria eorum, à partu, ab vtero, & à conceptu. Quod ſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam, in hominibus. Sed & væ eis, cum receſſero ab eis. Dixerat Propheta Epharaitas peccaſſe, olim & tunc colendo Priapum. vt ea ratione prouentuum, ac ſobolis abundantiam aſſequerentur. At Propheta nunc dicit, ea ipſa ratione futurum, vt ſobole careant, & ſteriles fiant. Dicit igitur, Gloria hæc erat Ephraitarum, quod plurimos filios haberent. Auolauit hæc gloria ab eis futurum eſt, vt quos fœminæ pariunt, a partu moriantur & quos gerunt in vtero, ab vtero abortiantur. & in ipſo conceptu, fœminæ minimè concipiant. & ſi contingat puerum concipi, geri in vtero, & naſci, poſt laborem educationis, ego (ait) eum è medio tollam, vt parentes ſint inter homines abſque liberis Sed hæc pœna non videbitur adeò grandis. at væ eis, cum omninò receſſero ab eis. nam abſente omni bono, ſequi manifeſtum eſt, omne malum. ¶ Notandum: tempore illo gloriam coniugatorum fuiſſe, plurimos habere filios iuxta illud, Filij tui, ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domꝰ tuæ, plane, vt erat dedecus igens, ſterilē eſſe. *Pſal. 127.* *Exod. 23.*

Ephraim, vt vidi. Tyrus erat fundata in pulchritudine. & Ephraim educet ad interfectorē filios ſuos. Temporibus Oſeę, Tyrus in orbe inclyta erat. admiranda ſunt omninò, quæ de eius ſplendore cecinit Ezechiel. pauciora habet Iſaias Ait nunc Oſeas, Ephraim erat ſimilis Tyro. ſiue loci amœnitatem ſpectes: ſiue populi copiam: ſiue opum abundantiam. Sed Ephraim ille adeò illuſtris, copioſus, & fortis educet filios ſuos, vt contra Salmanaſſarem decertent à quo occidentur. & Ephraitarū gloria ceſſabit, ita abſumentur Priapi cultores. *Ezech. 27.* *Iſai. c. 23.* *4. Reg. 17.*

De his

Da eis Domine. Quid dabis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia. Nam ſi filios habituri ſunt, quos Aſſyrius gladius voraturus eſt, num non præſtat, penitus caruiſſe filiis? Da igitur eis Domine vuluam ſine liberis. Quod ſi filiorum generationem, acceptam Priapo ferunt, in tanti criminis vindictam, da eis vuluam ſine liberis, vt non pariat. & ſi pepererit, da vbera arentia, ne proles nutriatur. ¶ Nota licere à Domino petere pœnam minorem, vt liberemur à maiore. & item licet petere pœnam, in culpæ vindictam. lege Pſalm. 108

Pſal. 108.

Omnes nequitiæ illorum Galgal. Quia ibi exoſos habui eos. Propter malitiam adinuentionum eorum, de domo mea eiciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. Solet hic locus referri ad inaugurationem Regis Saulis, quæ in Galgalis facta eſt. Sed cum eam fecerit Samuel, neſcio quomodo nequam appellari poſſit. Credo igitur in Galgalis templum dicatum fuiſſe Priapo, vbi & eius cultus maximè vigebat. Ideò Iudas rogatur, ne in eum locum intret. quod ſupra diximus. Quia igitur in ſacris Priapi, vltra idololatriam, admittebantur crimina nefanda, vt ſodomiæ cum cynedis, & fortè incœſtus cum conſanguineis. proferebantur etiam ſpurciſsima verba, vt nos ſupra, & Cœlius loco citato, & Lactantius dixerunt, ideò dicit Oſeas, infinitæ nequitiæ eorum fiunt in Galgalis: propter quas exoſos eos habeo. & propter quas è terra promiſſionis (quę domus mea eſt, ſiquidem in ea habitabant) eos eiiciam in terram Aſſyriorum. Nec addam, vt diligam eos. neque enim in patriam eos reducam. Sunt quippe principes eius omnes apoſtatæ, ſcilicet idolorum cultores.

1. Reg. 11.
Oſee. 4.
Cælius lib. 4. cap. 6.
Lactant.
Sap. c. 8.
4. Reg. 17

Percuſſus eſt Ephraim: radix eorum exiccata eſt: fructum nequaquam facient: quod & ſi genuerunt, percutiam amantiſſima vteri eorum. Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum. Et erunt vagi in nationib. Dixerat Propheta nequitias Iſraelis fuiſſe in Galgalis, vbi Priapus colebatur, ob generationis felicitatem, vt paulò antè dixi. Dicit nunc, colitis Priapum, vt det vobis filios, at Deus vos percutit, ad modum venti, arboris ramos vrentis: immò vſque ad radicem ſiccantis. Siccati eſtis: fructum filiorum non facietis, & ſi feceritis, Deus percutiet filios veſtros, eos maximè, quos maximè amatis. Tandem vos abiiciet Deus meus, ex terra ſua, quam vobis dederat. Vagi errabitis in terra aliena, ad quā captiui ducemini. Hæc antea dicta ſunt, quæ nūc ab Oſea repetūtur.

Caput

CAPVT X.

PRimum explicat,quàm multa idola coluerit Iſraël: &
quàm citò ſit propterea puniendus. Secundò ſpeciatim *Protheria.*
explicat cultum vaccæ in Bethauen: & quomodo idolum
illud ſit ad Aſſyrios transferendum: ceſſantibus aris eis
& templis,Tertiò explicat peccatum,quod Iſraël fecit, pe- *70. Inter-*
tens ſibi Regem:propter quod,& idololatriã erit deuaſtan- *pretes.*
dus.Quartò docet,quomodo Ephraim olim voluit regna- *Aquila.*
re:Deus tamen noluit eum eſſe Regem: ſed potius Iudam: *Simma-*
vtrique tamen præcepta dedit vitæ ſanctioris; quam quia *chus.*
ſeruare noluerunt,eorum ciuitates eſſent deuaſtandæ. *D.Hiera*

VITIS frondoſa Iſrael.fructus adæquatus eſt ei.Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria,iuxta vbertatem terræ ſuæ,exuberauit ſimulacris. Scio quibuſdam,pro frondoſa legi, vacua.ſed plus apud me valet 70.interpretum, Aquilæ, Symmachi,& Hieronymi, quàm illorũ autoritas.& ipſa ratio cogit me,vt Hieronymo credã. quomodo enim Iſraël eſt vitis vacua ſi, multos fructus habet? Ergo ſenſus eſt. Vitis pulcherrima Iſrael non frondibus ſolum: ſed & fructib. id eſt,non opibus ſolum:ſed & populis,& vrbibus, Sed quã multos continet ſub ſe populos, tam multa habet idola.& quàm terra,vbi habitat filix eſt fœcunda:tam peperit ſimulacra multa.¶ Verbum adæquatus eſt ei,ſignificat,tot protulit fructus,quot tam frondoſam vitem decebat.æqualis igitur fuit decor fructuum frondium decori. Nota,duo beneficia hic à Domino recenſentur, ſcilicet, vbertas terræ,& fœcunditas populorum. vtrique beneficio Iſraël duo obiecit facinora,ſcilicet multa idola:& multa templa idolorum.

Diuiſum eſt cor eorum: Nunc interibunt. Ipſe confringet ſimulacra
eorum,depopulabitur aras eorum.(2) *Quia nunc dicent,non eſt rex no-*
bis (non enim timemus Dominum) & rex quid faciet nobis? Loqui-
mini verba viſionis inutilis: & ferietis fœdus: & germinabit quaſi
amaritudo,iudicium ſuper ſulcos agri. Id eſt, Quia cor veſtrum in *4.Reg.*
varias idolorum religiones diuiſum eſt,nunc eſtis interitu- *17.*
ri,ſcilicet veniente Salmanaſſare, & Iſraëlis regnum de *Rom.*
ſtruente. Ipſe Dominus (cui nemo reſiſtere poteſt, facit *Pſal. 311.*
enim quę vult in cœlo & in terra) confringet ſimulacra
Iſraëlis,& aras eorum.& hæc prima pœna in idola ſæuitura.
ra. (2) Altera pœna erit,Iſraël Rege carebit in æternum.(vt *Oſee.123.*
ſupra dictum eſt)quia Dominũ reliquit. et ſi regẽ haberet,

quid illi prodeſſet ;cum Deum haberet aduerſum? pœna
Oſee. 9. hęc erat contra regem,& regiam progeniem.(3) tertia pœna erat populi, cui inſultat Oſeas dicens,Loquimini,quantum volueritis verba viſionũ, & reuelationum, quas veſtri iactant falſi prophetæ, ſecuritatem. & fœlicitatem vobis promittentes.pangite fœdera(vt libuerit) cum veſtris idolis.tādē iudiciũ Dei,eiusq; amara ſententia germinabit cõtra vos:vt ſolet triticum ex ſulcis agri germinare. Seminaſtis in terra amaritudinem contra Deum, idola colendo: naſcetur amaritudo contra vos,terram amittendo.

II. PARS.

Vaccas Bethauem coluerunt habitatores Samariæ: Quia luxit ſuper eum populus eius. Et æditui eius ſuper eam ex cultauerunt,in gloria eius: Quia migrauit ab eo. Si quidem & ipſe in Aſſur delatus eſt: munus regi vltori:confuſio Ephraim capiet: & confundetur Iſrael in voluntate ſua. Herodotus in Euterpe docuit, vaccas in Aegypto fuiſſe Iſidi ſacras.& infrà,boues fœminas omnes Aegyptij venerantur,ex omnibus pecudibus lõgè plurimum. Cum ergo Iſraelitæ ſumpſiſſent vitulum in deum,vt in.3.
3.Re.12. Regum habetur, ſumpſerunt etiam eum colēdi modum. is erat, colere vaccas. Ergo licet in Bethauem eſſet vitulus aureus,quem ibi collocarat Ieroboam, erant etiam & vaccę:vt apud nos,in templis noſtri ſunt imagines multæ.Has vaccas colebant,& venerabantur Samaræi.Et ideò in.3.Regum ita dicitur: Ieroboam altare fecit in Bethel, quæ eſt Bethauē,& aſcendit,vt immolaret vitulis.nõ vni vitulo ſo-
3.Re.12. li.At Propheta pphetat populo Samarię,dicens,Verè luxit populus ſuper vitulo.ſ. cùm ablatus eſt è Bethel, vt ſtatim dicet. ¶Et nota illud,Quia,non eſſe adeò cauſſam vt aſſeuerationem.Addit Propheta. Æditui vituli exultabant ſuper gloria eius,ſcilicet:quod ei tēplum eſſet dicatum magnificum.quod ei ſacrificarent populi frequentes.& fortè,quod vitulus reſponſa daret. ſed iterum inſultat Propheta,dicens.Hæc vituli gloria migrauit ab eo: Quæris quomodo? Certè quia in Aſſyriam delatus eſt, & datus in manus Aſſy-
3.Re.12. rio regi vltori.Ita enim per eum Deus vltus eſt de Iſraele:
Eodem. tunc pudor cœpit Ephraitas,ex quibus fuit Ieroboam primus authot vituli.Pudor etiam operuit Iſraelē.cuius voluntas fuit recedere à Deo,&idola venerari.¶Æditui erāt Sacerdotes,quibus commiſerat Ieroboā vituli curam vt habes.3.Reg.

Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. 2. Et diſperdentur excelſa idoli: peccatum Iſrael. Lapa, & tribulus aſcendent ſuper aras eorum. 3. & dicent montibus operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. *4. Reg. 17*

Id eſt, Peccata Samariæ meruerũt, vt Oſeę Rex Iſraelis pe riret velut bulla, quę ſuper facie aquæ turget: ſed excisa, ſta tim euaneſcit. Nam peccata ipſius Oſeæ non videbantur adeò grandia, vt ita regnum mereretur amittere. vt 4. Regum. dicitur. 2. Pereunte porrò rege Oſea, altaria, & templa idolorum diſperſa ſunt. Maximè templa vituli, quia fuit peccatum idololatriæ Iſraeli. id eſt, quem colen do Iſrael adeò peccabat. Neque verò templa reſtituta ſunt: imò lapa, & tribulus aſcendent ſuper eis. 3. Iam verò Rege & idolis pereuntibus, tanta erit populi calamitas, vt optent operiri à mõtibus potius, quàm obſidionem tam diutinam, *4. Reg. 17* & crudelitatem hoſtis tam hoſtilem ſuſtinere. Nam trib. an nis obſeſſa Samaria fuit. vide quid Samaræi paterentur.

III. PARS.

Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael: Ibi ſteterunt: Non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis. Iuxta deſiderium meum corripiam eos. Congregabuntur ſuper eos populi: cum corripietur propter duas iniquitates ſuas. Locus eſt difficilis. Referturque ab omni *Iudic. 19.* bus enarratoribus, peccatum, quod Gabaonitæ admiſerunt, conſtuprantes miſeram Leuitæ vxorem. & quod admiſerũt *Iudi. 20.* Beniamitæ id peccatum defendentes. At hæc ſententia nõ conſiſtit. Ait enim Oſeas, à diebus Gabaa peccauit Iſrael. *Ibidem.* Manifeſtum verò eſt in hiſtoria dicta, non peccaſſe Iſraelem: immò ſanctè egiſſe, vltionem de ſcelere ſumendo. Ergo in textu noſtro ſermo eſt de tempore quo Iſrael peccauit, petendo Regem. & Saulem acceptando, *1. Reg. 10.* qui erat è Gabaa. vt ſupra cap. præcedente dictum eſt. *Oſee. 9.* Fuit enim grande peccatum, quod admiſit Iſrael ablata fiducia in Deo rege ſuo, brachium carnis, in quo con- *Iere. 17.* fideret efflagitare, vt Samuel etiã dixit. Et hęc fuit idolatriæ *1. reg. 12.* ianua. Deo enim ſemel relicto, Deos alienos adorauerunt. Ideò hoc peccatum tantopere repetit Oſeas. Accipe igitur ſenſum literę, qui eſt. Ex tempore Sauli, qui erat in Gabaa, peccauit Iſrael, regem petendo. (vt ipſe Dominus conqueritur. 1. Reg. 8) Ibi, id eſt in Gabaa ſteterunt. ſ. Iſralitæ. vult *1. Reg. 8* dicere. In Gabaa, vbi habitabat Saul, Iſraelitæ ab hoſti-

bus prius ſubacti,erigere ſe cœperunt, & ſtare. Quæris quo modo? certè, quia nullum prælium,quod gerebatur contra filios iniquitatis,id eſt, finitimas gentes comprehendit Iſraëlitas.in nullo enim prælio Iſraëlitę vincebantur.om-

1.Re.14. nes ille vincebat.Ita enim legimus,Pugnabat Saul per circuitum contra omnes inimicos eius.contra Moab, & Amon, & Edom,& Reges Soba,& Philiſtęos.& quocunque ſe verterat,ſuperabat.Hoc dicit Oſeas.In Gabaa ſteterunt,& prælium non comprahendit eos in Gabaa. ad modum, quo

1.Cor. 10. poſtea Paulus dixit, Tentatio non vos apprehendat, niſi humana.id eſt nō vos vincat,& ſuperet.Redeamus ad textū. A tempore quo Saul petitus eſt,peccare cœpit Iſraël:peccatum verò hoc,peccato idolatriæ cumulauit. Iuxta voluntatem meam,nemine mihi obſiſtente corripiam Iſraëlem. Congregabuntur contra eum populi Aſſyriorum.tunc corripientur.auferetur enim ab eis regnum, propter duas iniquitas ſuas.priorem quæ Deo reiecto,regem petierunt:poſteriorem,qua Deo relegato,idola coluerunt. ¶ Nota illud Iuxta deſiderium meum.id eſt,à multo iam tempore,iuſtitia Dei vindictam deſiderabat contra Iſraëlem:ſed hoc deſiderium cohibebat,& detinebat Diuina miſericordia. Sed

Eccl.8. tandem miſericordia dante locum iræ ,nemine iram cohibente,iuſtitiæ rigor ad votum,ſe in ſceleſtos effudit.Dictū enim eſt,Ira,& miſericordia ab illo citò proximant.

IIII PARS.

EPHRAIM vitula docta,diligere trituram. Et ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius,aſcendam ſuper Ephraim. Arabit Iudas:confringet ſulcos Iacob.Seminate vobis in iuſtitia: metite in ore miſericordiæ:innouate vobis nouale. Tempus autem requirendi Dominum:cum venerit,qui docebit vos iuſtitiam. Pulchrè, licet obſcurè ordinem rerum geſtarum enarrat, ſcilicet quomodo Ephraim regnum ambierit. quomodo non eum,ſed Iudam Dominus elegerit in Regem, Ephraiticam tribum ſubiiciens Regi Dauidi: & quid ab vtraque præſtari voluerit. Nota igitur, quando Iacob moriebatur, viſus eſt prætuliſ-

Gene. 49. ſe Ioſeph filios filiis ominibus aliis. & ex duobus filiis Io-

Gen. 48. ſeph,Ephraim prælatus eſt.Inde Ephraim regnādi ambitio-

Ziegler. nem concepit. Vt ante me Zieglerus agnouit. Hoc dicit Oſeas.Ephraim erat velut vitula docta,id eſt minimè ignara,ſed ſciens ſe prælatam à Patriarca Iacob. quâ ratione dilige-

ligeb

ligebat trituram, id eſt regnum appetebat, diligens ita ſubigere alios, vt vitula triturãs ſubigit frumenta. At ego (dicit Dominus) non elegi eum, vt regem: imò videns pulchrum, & pingue collum eius tranſiui. Id eſt videns tribum illam pinguem & opulentam, non eam elegi. Repulit enim tabernaculum Silo: & tribum Ephraim non elegit: ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, &cæt. Aſcendam, inquit, ſuper Ephraim: equitabo ſuper eum, id eſt ſubiiciam eum, non relinquam eum liberum: ſed regibus Iudæ ſubiectum. vt mea voluntas ſit quod aret Iudas, velut præcipuus agricola. reliquæ tribus Iacob glebas ſulcorum infringat, vt miniſtri agricolæ ſolent. Erit igitur ex Dei voluntate Iuda princeps, reliquus Iacob ſubiectus. At Domine, quid præcipis regi aranti, & ſubiectis miniſtantibus? Pręcipio, vt ſeminent ſancta opera. ſeminate inquit, operantes iuſtè: & metetis miſericorditer, id eſt abundantiſſimè. Nouate nouale, abruncantes ſpinas, & noxias herbas, vt poſtea ſeminetis cum fœlici prouentu. Nunc (ait Oſeas) ante aduẽtum Meſſihe tempus eſt oportunum, vt dominum inquiratis: donec Meſſias veniat, qui vos integrè iuſtitiam diuinam docebit; non aure vobis ſolum eam inſtillans: ſed in viſceribus ſcribens. ¶ Primum notabis, cum Dominus vocat tribum Ephraim vitulam, idololatriam eius ſugillat. adorabat enim illa vitulam, ſeu vaccas in Bethel. Huius admonuit Vatablus. ¶ 2. nota, ſicut ventilare ſignificat iudicium, quo Chriſtus reiectis paleis, triticum congregabit: ita triturare ſignificat ſubigere, & ſubdere, ac velut imperioſè tractare ſubiectos, vt illud, Surge & tritura filia Sion. & illud, Requieſcet manus Domini in monte iſto: & triturabitur Moab ſub eo. Ergo Ephraim diligẽs triturare diligebat imperare. ¶ 3. nota, tranſiui, inquit, ſuper pulchritudinem colli eius, res dictu mira. quàm pertrãſeat Dominus diuites, & potentes: Depoſuit, inquit, potentes. & non multi potentes inter vos: non multi nobiles. pertranſeunt ergo oculi domini pulchros, & pingues, vt figantur ſuper iuſtos, & tremẽtes ſermones Dei. ¶ 4. nota, quæ ſit regnum, & principum functio. eſt enim nouare nouale, & arare. ſcilicet ſpinas, & tribulos euellere, noxias herbas abſumere. Videor mihi audire illud, Prætoris officiũ eſt prouinciam criminib. purgare. Ergo munus eſt ſcelera conſumere, ne naſcens triticum zizaniis corrumpatur. Item qui arat abſconditam terram ſubtus, in publicum producit: ita princeps latentes, ſiue

Pſal. 77.

Ierem. 31.

Vatabl.

Mat. 3.

Mich. 4.

Iſ. 25.

Luc. 1.

1. Cor. 1.

Iſai. 66.

bonos, ſiue malos in lucem adducit.hos, vt caſtiget:illos, vt ſubuehat.¶ 5.nota quę ſit functio miniſtrantium Principi.Eſt enim confringere glebas.glebæ grandiores,velut grauant,& opprimunt terram minutiorem:at miniſtri Principum oppreſſiones diuitum prohibebunt,eorum potentiam velut effringentes.¶6.nota,populus ſeminare debet in ſanctitate vitæ,quæ vocatur iuſtitia,erga Deum,erga ſe,&erga proximum. Quicquid enim extra hanc iuſtitiam facimus, nihil eſt,videlicet,quia cœlum non promeretur.Vt de cha-

1.*Cor.* 13. ritate,quę eadem ſanctitas eſt,Apoſtolus docuit.¶ 7.nota.

Luc.6. qui in iuſtitia ſeminat,in miſericordia metit.iuxta illud,Mẽſuram bonam,confertam, coagitatam,& ſupereffluentem

Rom.8. dabunt in ſinum veſtrum.Neque enim ſunt condignę paſſiones huius temporis,ad futurã gloriam, quę Deus.in no-

Rom.13. bis.¶ 8.nota. Si ante aduentum Domini erat tempus eum requirendi,quanto erit magis poſt eius aduẽtum.ſiquidem nox illa præceſſit, & lux appropinquauit: induamur ergo arma lucis.¶ 9.verbum illud,donec venerit,qui docebit,ſignificat etiam, qui depluet vobis iuſtitiam. Chriſtus ergo

Iſai 63. docuit iuſtitiam. iuxta illud, Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Is ipſe Chriſtus eſt, qui pluit iuſtitam,deſcendere eam faciens in viſcera, & corda

Iere.31. fidelium:& vt Ieremias prænunciauit,ex tali pluuia orta eſt iuſtitia in terra,& abundantia pacis.Latent in his omnibus

Pſal. 71. ſublimia myſteria:ſed hæc ſatis.

Araſtis impietatem: iniquitatem meſſuiſtis: comediſtis frugem mendacij:quia confiſus es in vijs tuis, & in multitudine fortiũ tuorũ.

Id eſt feciſtis omnino cõtrà,quàm ego præceperã.Pręcepi,vt ſeminaretis in iuſtitia.vos ſeminaſtis impietates: quâ ratione, in earum pœnam meſſuiſtis alias maiores iniquitates.ſ.cultus idolorum,& hæc mendacia comediſtis.id eſt in his delectationem habuiſtis:vt qui panem mãducant,delectantur.Ego præcepi,vt eſſet vobis rex,quem ſequeremini ex tribu Iuda,vnde erat Chriſtus naſciturus, vos confiſi in fortitudine,& conſilio veſtro, præceptum meum eiecis, & idola coluiſtis.Pœna caſtigabit ſcelera iſta.

Conſurget tumultus in populo tuo:& omnes munitiones tuæ vaſtabuntur,ſicut vaſtatus eſt Salamana,à domo eius,qui iudicauit Baal, in die prælij,matre ſuper filios alliſa.Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum, Conſurget tumultus in Iſraele,

4.*Reg*.15 quia erant in eo factiones, & ſeditiones. Siquidem Sellum occidit Zachariam regem. Manahem occidit Regem Sellum.

lũ.Phacee occidit Phaceia filiũ Manahẽ regẽ Iſraëlis. Oſeæ occidit Phacee. Nũ nõ vides grandes & cõtinuos in populo tumultus? Sequẽtia verba Hæbręus text⁹ habet faciliora. ait n. ſicut vaſtauit Salmã domũ Arbel, in die pręlij, matre ſup filiis alliſa. Nã Salmã aſſar, (vt hoc loco Oſeas docet) crudeliſſimè vaſtauit vrbẽ Arbelis: matres, & filios occidendo, ita ait, vaſtandũ Iſraelẽ. ¶ Sed q̃a hęc hiſtoria nõ habetur in S. Scriptura, ideo D. Hierony. hęc verba Oſeę trãſtulit ad hiſtoriã Gedeonis, qui cũ vaſtauit Salmana principẽ, vaſtauit crudeliſſimè Socoth, & Phanuel, omnia cõminuendo. Eſt igitur ſenſus: Munitiones tuę Iſrael vaſtabuntur: ſicut quando vaſtatus eſt Salmam, à domo Gedeonis, qui iudicauit, damnauit, & deſtruxit Baal in die pręlij, tunc enim turris Phanuel cumhabitatoribus ſuis (id eſt mater cũ filiis periit) ita & munitiones Iſraelis peribunt. quomodo Gedeon deſtruxerit Baal, habes Iudicum 6. Quomodo deſtruxerit Phanuel, habes iudicum 8. Abſoluit propheta orationem ſuam dicens. Hæc venient vobis, propter cultum, quo colitis, vaccas in Bethel. ¶ Surget vir doctus accuſans verſionem noſtram, quia is, quem occidit Gedeon, non dicebatur Salman, שלמנ, ſed Salmunah, אלבנח. At Oſeas non de Samunah loquitur: ſed de Salma. Tum quia Oſeas nihil meminit de eo qui iudicauit Baal: ſed de domo Arbel. Tertiò, quia non dicit Oſeas, vaſtatus eſt: ſed vaſtauit. Reſpondeo, frequens fuiſſe Hebræis, binomines eſſe. ſciebat porrò Oſeas Salmunah, vocatum etiã Salman. Ad 2. dicendum eſt ita: Hebręis Arbel ſignificat Inſidiator Dei, quo nomine vocatus eſt Gedeon, quia noctu, velut ex inſidiis percuſſit, ſeu iudicauit Baal. ideò iudicum 6. vocatur Ierubaal. ideſt percuſſor Dei: & hoc loco Arbel, id eſt inſidiator Dei. Ad 3. dicendum eſt, Hebręam vocem vaſtatus, eſſe vaſtationem. quæ actiuè, & paſſiuè accipi poteſt. Hieronymus eam paſſiuè accepit. alij legunt actiuè.

Iudic. 8. *Iudic. 6.* *Hieron.*

CAPVT XI.

Prothoria.

PRęnunciat regni Iſraelis excidium, adducens beneficia, quę Iſraëli Dominus olim contulerat. quę, quia Iſraël contempſit, excidium paſſus eſt. Secũdò, Deus, velut pœnitentia motus, pręnunciat fore vt pars quędam Iſraelis reuertatur, & ad cultum Dei, & ad patrios lares.

S*ICVT mane tranſit :pertranſiit Rex Iſrael.* Ideſt,
pertranſiit Rex in Iſrael. amplius non erit rex
in Iſrael. Rex Iſraelis nunquam erit. vt enim
diluculum tranſit, & per totum diem non re-
De hoc ſu dit : ita nunquam redibit Rex in Iſrael. Ergo
prà 1.2.3. non eſt mentio de ſolo Oſeæ filio Ela, qui regno priuatus
4.Re.17. eſt : ſed de Rege in vniuerſum, quod regni authoritas ab
Iſraele tranſierit.¶ Nota Hebræis nunc legi, in mane tran-
70. Inter- ſiit.at tempore 70.interpretum,& Hieronym legebatur,ſicut
pretes. mane.eſt enim grandis ſimilitudo literæ b.ב,quæ ſignificat
Hieron. in,& c.כ, quæ ſignificat ſicut.

*Quia puer Iſrael,& dilexi eum.2.ex Aegypto vocaui filium meum.
3.Vocauerunt eos.Sic abierunt à facie eorum:Baalim immolabant:&
ſimulachris ſacrificabant.4.Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam
eos in brachiis meis.5.& neſcierunt, quod curarem eos.6.In funiculis
Adam traham eos in vinculis charitatis. 7. Et ero quaſi exaltans
iugum, ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt veſceretur.*
Senſus eſt.Quæris cauſam,cur perierit regnum ex Iſraele. ſ.
quia tot beneficia ſuſcepta cõtempſit. Commemorat porrò
beneficia prima Iſraeli collata.ſ.ex vocatione Iſraelis,vſque
ad ingreſſum in terram promiſsionis. Primum beneficium
fuit, quod Iacob ſeu Iſraelem, cum adhuc puer eſſet,Deus
Rom.9. dilexerit: Eſau fratre cõtempto. Quod vt magnum benefi-
cium duxit Dominus. Nam interrogatus ab Iſraelitis di-
Malac.1. centibus,in quo dilexiſti nos,reſpondet, Nonne frater erat
Eſau Iacob? & dilexi Iacob,Eſau autem odio habui. Elegit
enim Dominus Iſraelem, vt in eius poſteritate eius religio
& eſſet, & perſeueraret ¶ 2. beneficium fuit, quod cum Iſ-
Deut.32. rael premeretur in Aegypto,ex Aegypto vocauerit eum:ve-
lut filium dilectum,ſcilicet ex domo horroris,& vaſtæ ſoli-
tudinis, in terram fluentem lac, & mel. ¶Et lector maximè
Exod. 13. nota,hanc egreſſionẽ Iſraelis de Aegypto ſignificaſſe egreſ-
ſionem noſtram ex ea.Nam,quia fideles ſumus corpus Chri
Rom.12. ſti, & membra corporis eius Chriſto egrediente ex Aegy-
1.Cor.12. pto,egreſsi ſumus omnes fideles. In eo igitur cum vocatur
Iſrael, vt egrediatur ex Aegypto, prophetia erat fore,vt &
Matth. 2. Chriſtus,& nos in eo,inde vocaremur, & abduceremur, ex
terra.ſ.iniquitatis in terram fœlicitatis.Altiſſimè igitur Mat-
thæus,ex vocatione Iſraelis, vocationem intulit Chriſti ex
Aegypto,ſcilicet ex figura figuratum. ¶ 3. Beneficium fuit,
Exod.7. Vocauerunt eos,ſupple Moſes,& Aaron, tot tantiſque ſignis,
13.14. prodigiis,& miraculis editis,tum in Aegypto, tum in egreſ-
ſione

ſione ex Aegypto, tum demum in mari rubro. At Iſraelitæ ſic abierunt coram Moſe, & Aarone, vt idolis immolarent, & ſacrificarent. Siquidem per deſertum, non erubeſcentes Moſen, adorarunt prius vitulum, quem conflauit Aaron, & poſterius Idola & Baal-phegor, Madianitis fœminis ad id inſtigantibus. Nam filiæ Moab vocauerunt Iſraelitas ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earum, qui erant Baalim. ¶ 4. Beneficium, Ego velut nutritius Ephraim, ſiue Iſraelis portabam eos. ſenſus ex Hebræo eſt, Ego velut nutritius, nunc mollibus greſſibus ambulare docebam, nunc accipiebam in brachiis meis. Quod beneficium Moſes aliis verbis decantauit. Circunduxit (inquit) eum, & docuit: & cuſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui. Sicut aquila ꝓuocās ad volādū pullos ſuos & ſuper eos volitās, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eū, atque portauit in humeris ſuis. quibus verbis ſignificat, Iſraelem obiectum quidem à Deo periculis, & bellis: at Dei fauore & preſidio, velut in brachiis Dei factum periculis ſuperiorem. Duo tamen innuit, licet obſcurè. & quod nutrierit Iſraelem in deſerto, dans ei manna velut nutritius, qui ablactatum puerum, molli cibo ſuſtentat. & quod mollitet, & ſenſim deduxerit eos per deſertum, ſcilcet per 40. annos. Cuius cauſam ſtatim adiungit. ¶ 5. Neſcierunt (ait) quod curarem eos. Obiiceret aliquis Deo: Imò Domine, non velut nutritius portabas eos: ſed velut vindex, eos ſæpiſſimè affligebas. Reſpondet Dominus, immò verò hac ratione curabam eos, ſcilicet oues morbidas ex ouili reiiciens, vt curatur Reſpublica, cùm puniuntur & occiduntur iniqui. ac ideò proſtraui omnes Iſraelitas Idololatriæ aſſuefactos in Aegypto. vt qui ingrediebantur in terram promiſſionis, ſani ab hoc morbo ingrederentur. ¶ 6. Beneficium fuit, quod Deus dederit Iſraeli leges[1], & rationabiliſſimas, & magni amoris plenas. Ideò enim leges illæ. à Myoſe promulgatę dictæ ſunt vincula Adam. id eſt, vincula rationabilia, quibus populus, velut vinculis cohiberetur, ne malum admitteret, & vbi rationem inueniret, quæ eius intellectum euinceret. Eędem leges vocantur vincula charitatis. quibus ſcilicet populus in charitate erga Deum & proximos retineatur. ¶ Tu lector nota, leges eſſe funes, & vincula. iuxta illud, iniquorum, dirumpamus vincula eorum, proiiciamus iugum ipſorum. Nota. 2. leges debere eſſe rationabiles. ſ. rationi conformes. ideò vocantur funiculi Adam, ſeu funiculi humani. Nota 3.

Exod. 32.
Nu. 25.
Deu. 32.
Exd. 14.
Pſal. 2.
Philo.
R. Moſes.

quis debeat eſſe legum finis, ſcilicet charitas in Deum & proximum. Nota 4. omnes leges Moyſi ſuas habere rationes (licet aliquando obſcuriores) alioqui non fuiſſent leges Adam. Conatus eſt Philo, & Rabi Moyſes Aegyptius, has rationes in lucem proferre. conatus eſt & Thomas in 1.2. ¶.7. beneficium, Ero eis, quaſi exaltãs. futurum eſt pro prætetito, exaltaui, inquit, iugum à maxillis Iſraelis. Quæris quomodo? explicat ſubdens, declinaui vt veſceretur. Nam cùm agricola vult, vt bos non comedat ex area ligat os eius. Cùm verò area pinguiſſima eſt, aufert ligamen ex ore eius & ipſemet eum deducit, vbi ſuauius paſcat. Ita Deus non adduxit
Iſai.5. Iſraelem in locum ſterilem, vt ibi ligato ore laboraret: ſed adduxit in locum pinguiſſimum. ſ. in cornu, filium olei. vt ibi ad ſatietatem veſceretur, velut ablato ligamine ex ore: & agricola nihil paſtum prohibente: imò offerente & pabulum ad os inclinante.

Non reuertetur in terram Aegypti, & Aſſur ipſe rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cæpit gladius in ciuitatibus eius: & conſumet electos eius: & comedet capita eorum. Et *populus meus pendebit ad reditum meum, iugum autem imponetur ei ſimul, quod non auferetur.* Senſus eſt. Ego ita Iſraeli fœlicitatem in terra promiſſa
Ezech.30 paraui, vt non reuerteretur in Aegyptum. Nam, licet Aegyptus ſuperbiret, ex magnitudine potentiæ ſuæ, vt ait Ezechiel, at verò tam erat Paleſtina fœlix, vt nihil Aegypto inuideret. Igitur, Declinaui (inquit) vt veſceretur Iſraelita vt nolit iam in Aegyptum reuerti. & ita contigit: nunquam enim
4. Reg. 17. reuerſus eſt integer. licet aliqui ex eo, metu hoſtis, in Aegyptum commigrarint. Sed nihilominus (ait) Aſſyrius erit Rex
4. Reg. 16. eius. Siquidem Salmanaſſar Iſraelem tranſtulit in regnum ſuum. Cuius gladius debacchatus eſt in vrbibus Iſrael, & abſumpſit nobiles eius, & deuorauit principes eius: qui ſunt populi capita. Subdit Dominus, populus Iſrael expectauit ſuſpenſus, vt ego redeam in gratiam ſuam: cum illi nolint redire in gratiam meam. expectabit, vt ego auertar ab ira mea cum eis, cum illi nolint auerti ab idololatria ſua mecum. ò peruerſam Iſraelis expectationem. non id expectent, ſed potius iugum captiuitatis Aſſyrij imponetur omnibus eis, quod perpetuo durabit. non enim auferetur. ¶ Notandum eſt textum Hebræum tempore noſtro non legere, iu-
D.Hier. gum autem imponetur ei ſimul: ſed legere, ad Deum vocauerunt eum ſimul. vt ſit ſenſus, quod prophetæ vocarint tuum Iſraelem ad Deum. Sed tẽpore Hieronymi, pro אל al,
antiqua

quod ſignificat Deũ, legabatur אל ol, qđ ſignificat iugũ. & antiqua lectio erat, ad iugũ vocauerunt eum, vt ſit ſenſus, ad iugum captiuitatis vocatus fuit Iſrael: quod periphraſi expoſuit Hieronymus: dicens, iugum imponetur ei. *Idem.*

II. PARS.

QVOMODO dabo te Ephraim? protegam te Iſrael? quomodo dabo te, ſicut Adama, ponam te vt Seboim? conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea. Pulcherrimè Deus deſcribit clementiam ſuam. dixerat, iugum captiuitatis nunquam ab Iſraele auferendum, nunc velut tactus dolore cordis intrinſecus ait, Quomodo dabo te Ephraim perpetuum hoſtibus ſeruum? Et contra, quomodo tam iniquum protegam, ego tam ſanctus? Quomodo imperabo mihi, vt in æternum deſtructus dures, vt deſtructa eſt Adama, & Seboim, quas Sodomiticum vaſtauit incendium? Furor ferebat cor meum ad vindictam. Conuertatur cor meum ad me: & iræ ſuccedat pœnitudo, quæ me velut flamma accendit, & vrit. *Geneſ. 6.* *Gene. 19.*

¶ Nota verbum conturbata, Hebræis eſſe, ardent pœnitudines meę. O inæſtabilem Dei clementiam, verè dictum eſt Deum ſumere vindictam, eſt alienum opus & peregrinum ab eo. Ergo miſerationes eius ſuper omnia opera eius. ¶ Notum verò eſt, in Deo nullã eſſe mutationem. neq; enim in eo eſt trãſmutatio, aut viciſsitudinis vmbra: ſed dicitur turbari ex effectu: quia perinde facit, ac ſi eum ſui cõſilij pœniteret. Ideò ſubdit in textu.

Non faciam furorem iræ meæ: non cõuertar, vt diſperdam Ephraim, Quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem. id eſt, Conſilium meum erat, vt radicitus euellerem Iſrael. at non libet penitus furori habenas laxare. non libet funditus Iſraelem diſperdere. Deus ſum, cuius ſunt ſine pœnitentia dona. non ſum homo, qui velut arundo huc & illuc inflectitur. Quando quinque illas ciuitates incendio deſtruxi, ingreſſus in eas ſum, vt viderem, an clamorem, qui ad me venerat, opere compleuiſſent. ingreſſus verò in domum Loth, ſcelus earum oculis vidi, ac ideò eas in æternum deleui. Nunc nolo ingredi in ciuitatem Iſraelis, ne ſcelus eius oculis probem: ac ita eum deſtruam, vt ciuitates illas deſtruxi. Quomodo id Domine facies? *Rom. 12.* *Geneſ. 18.* *Geneſ. 19.*

Poſt Dominum ambulabunt. Quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet. & formidabunt filij maris & auolabunt, quaſi auis ex Ægypto: & quaſi columba de terra Aſſiriorum: & collocabo eos in domibus ſuis dicit

dicit Dominus. Apertus eſt ſenſus. Non delebo,inquit,Iſraelem à radicibus, imò Iſraelitæ poſt Dominum ambulabant & quia Deus rugiet ab eius rugitu formidabunt & Aegyptij, & Aſſyrij.ac ita redibunt Iſraëlitæ ex Aegypto, & Aſſyriá in Paleſtinam. & collocabo eos , dicit Dominus.in domibus ſuis.¶ Premunt nos hic duo ingentia dubia.Alterum eſt, Si
Oſee.1.2.3. Iſrael nunquam rediit in patriam,vt ſuprà docuit Oſeas, &
Ioſe. 11. Ioſephus, quomodo nunc dicitur,quod collocabitur in do-
ant.c. 5. mibus ſuis? Alterum eſt,quando rugiit Dominus, vt formidarent ij,qui filij maris dicuntur,id eſt habitantes littora maris? Ad primum reſpondetur,ſine dubio verum eſſe,quod totus Iſrael non rediit vnquam ad patrios fines: captiuus e-
4.Re.17. nim perdurauit in vrbibus Mediç,Hala,& Habor,iuxta fluuium Goza. Nihilominus verum etiam eſt , quod multi ex Iſrael,tempore Cyri,& poſtea tempore Darij Longimani redierint cum tribu Iuda in patrios,& auitos lares. Quomo-
Iob. vlt. do enim poſteritas Tobiæ manſiſſet inter gentes,& non rediiſſet ad Paleſtinam? quod vero credimus fecisſe poſteros Tobię,credendum eſt omnes pios Iſraelitas qui idola fuge-
Tob. vlti. rant feciſſe. vt impleretur eiuſdem Tobiæ prophetia, quæ dixit,Fratres noſtri,qui diſperſi ſunt à terra Iſrael,reuertentur ad eam. Quadrant nunc verba,quæ Dominus dixit in hoc capite. Dixerat iugum captiuitatis nunquam ab Iſraele auferendum.pœnitet eum dicti ſui,ſuumq́ue furorem temperans dicit,non funditus delendum Iſraelem, vt periit Adama. Nam multi ex captiuitate redibunt, laudabuntque
Dan.5. dominum in propria terra. ¶ Ad 2 reſpondetur, Rugitum Domini fuiſſe prius, cum Balthaſar victus & occiſus à Cyro eſt.ac ita Babylon illa deſolata eſt.& hoſtis Iudęorum deſolatus.At primo Cyri anno,facta eſt Iudæis facultas in pro-
1.Eſd.2. pria redeundi.vt Eſdras ſcripſit. Secundò rugiit Dominus tempore Aſſueri patris Longimani.cum Iudith Holophernem occidit,quæ res Longimanum animauit, vt templum
1.Eſd. 6. Domini abſolueretur,ad quod(vt ego credo)multi Iſraelitarum ex Aegypto,& Aſſyria redibant.¶ Pulchrè verò dicit, Iſraelitas fugituros ex Aegypto.vt auicula,videlicet,quæ laqueo contrito libera fugit. & velut columba quæ in pro-
Gen.8. prium nidum reuertitur.

Circundedit me in negatione Ephraim: & in dolo domus Iſrael. Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo,& cum Sanctis fidelis. Commodè apud multos hoc loco incipit cap.duodecimum. Eſt enim materia noua,ſuperiori minimè connexa.Cuius ſenſus

eſt Ego Dominus ſum in medio veſtri,ô Iſraelitæ(vt nunc dicebam.)at vos Ephraitæ,qui eſtis principes Iſrael,circundatis me,non me confitentes: ſed negantes.Negat enim me, qui idola colit,idipſum reliqui Iſraelitæ faciunt,qui me verbis colunt:ſed animo ſeruiunt idolis.Non ita facit tribus Iuda,quæ vni Deo ſeruiens teſtis eſt,eum vnum,& ſolum eſſe, cui ſeruiendum ſit,&adorans Deum in templo Domini,inde ad ſua negotia, cum ipſo Deo deſcendit.ſ.cum eius præſidio,& fauore.Et eſt fidelis Sanctis,id eſt Leuitis , qui erant Domino ſancti. Nam quando Ieroboam idola iuſſit adorari, fugerunt Leuitæ ex toto Iſraele, & benignè ſunt à tribu Iuda ſuſcepti:ideo trib.Iuda,Sanctis dicitur fuiſſe fidelis,Vatablus.& eo prior Lyranus.& prior Rabi Salomon voluerunt verbum Sanctis:Deum ſignificare,vt Deus intelligatur vnus,quia vocatur Deus:& plures perſonæ,quia vocatur Sancti.vt & Moſes initio Geneſis dixit.In principio creauit potentes cœlum & terram,ſcilicet Sanct. ſſi. Trinitatem ſubindicans. ¶ Notandum, noſtri interpræres pro teſtis,legunt adhuc.quia dictio עד ad,cum a,vt noſtri legunt,ſignificat donec. eadem cum,e,vt legit Hierony.ſignificat teſtis.

2.Par.11. *Vatabl.* *Lyran.* *R. Salom.* *Geneſ.1.* *Hieron.*

CAPVT XII.

Protheoria.

Expon:t Dominus peccatum Iſraelis,quod Deo relicto fiduciam in hoſtibuscollocet : cum tamen Deus innumera beneficia,& antiqua & noua ei contuliſſet.

*EPHRAIM paſcit ventum: & ſequitur æſtum: tota die mendacium,& vaſtitatem multiplicat: & fœdus cum Aſſyrus iniit.& oleum in Aegyptum ferebat. Iudicium ergo Domini cum Iuda: & viſitatio ſuper Iacob,iuxta vias eius: & iuxta adinuentiones eius reddet ei.*Proponit Deus peccatum Iſraelis,quod paſcat ventum,id eſt(vt textus habet Hebrçus)quod ſit paſtor venti:& ſequatur ventum orientalem , grandinoſum,vrentem,& vaſtantem, qui dicitur Eurus. Item,quod tota die multiplicat mendacium,confitens idola deos eſſe.quod mendacium cauſa vaſtitatis erit.Quæres quomodo Iſrael ſit paſtor venti, & ſequatur Eurum çſtuoſum,& vehementer nociuum?Ipſe exponit Propheta:Si init fœdus cum Aſſyriis,certè id facit mittens ei munera. Id verò eſt paſcere ventum, & vanitatem. Nec enim Aſſyrius Iſraeli commodabit. Quod ſi oleum,vnguent-

guenta,& balſama in Aegyptum, pro fauore mittit num non id eſt ſequi Eurum tantopere noxium? Nec enim ex Aegypto, niſi damnum expectari poteſt. Ergo, ait propheta, iudicium Domini & lis eſt cum Iuda: nondum enim in eum prolata ſententia eſt: ſed lis Domini cum Iuda adhuc perſeuerat. Sed contra Iacob, ſeu Iſrael, id eſt contra decem tribus, iam prolata eſt ſententia. quam viſitatio Domini exe-

Pagninus. quetur, reddens ei iuxta malitiam eius. ¶ Nota 1. æſtum

Gene. 41. Hæbræis eſſe קדים, qadim. qui vt Grammatici volunt, eſt

Exod. 10 Eurus, ventus ſcilicet vrens, vt in Geneſi & Exodo dicitur.

¶ Nota 2. quod mendacium in cauſa Religionis, cauſa eſt

Pſal. 106. vaſtitatis. verum enim eſt, Poſuit terram fructiferam in ſalſu

4. *Re.* 15. ginem, à malitia habitantium in ea. ¶ Nota 3. Iſraelem, ſub Rege Manahem iniiſſe fœdus cum Teglat-phal-Aſſar. datis ei mille talentis argenti. ¶ Nota 4. oleum in literis ſanctis ſumi, non ſolum pro oleo communi: ſed etiam pro vnguen-

Pſal. 22. tis pretioſis. vt, Impinguaſti in oleo caput meum. & Vnxit

Pſal. 44. te Deus oleo letitiæ. & Oleo ſancto meo vnxi eum, & aliàs

Pſal. 88. ſæpe, licet etiam in Iſraele magna eſſet olei generoſi abundantia. vt, Introducet te Deus in terram olei, & mellis. ¶ No

Deut. 8. ta 5. quòd licet tribus Iuda adhuc coleret Deum, vt ſuprà dictum eſt, non tamen integrè. Nec enim Ozias abſtulerat

Oſee. 11. templa idolorum. & Achaz tandem adorauit idola. Ideo di-

4. *Re.* 16. cit Dominus, litem ſibi eſſe pendentem cum Iuda.

II. PARS.

In vtero ſupplantauit fratrem ſuum. 2. & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo: & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt. 3. fleuit, & rogauit eum. 4. in Bethel inuenit eum. & ibi loquutus eſt nobiſcum. 5. & Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius & tu ad Dominum Deum tuum conuerteris: Miſericordiam & iudicium cuſtodi: & ſpera in Deo tuo ſemper. Chanaam in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Recenſet Dominus beneficia quæ ingrato Iſraeli à principio contulit. Primum eſt, quod in vtero matris Iacob minoris fratris Eſau calcē præhendit, præſagiens, quod remoraturus eſſet fratrem ad imperium properantem, quod fratri, ob primogenituram, conueniebat: idq; ſibi eſſet prætreptuius iuxta illud, Maior ſeruiet minori.

Geneſ. 2. Quod cū factū fuerit, Deo ita pordinăte q̄ Iacob elegerat,

Malca. 1. Eſau reprobato, merito ingēs beneficiū erat. 2. beneficiū fuit,

Gen. 32. quod luctās cū Deo, ſeu Angelo, velut fortis direct⁹ eſt & p̄-

ualuit

ualuit.non eſt incuruatus ad caſum,ſed,di ectus ,in pugna permanſit.quam rem,vt mirabilem iterum repetit,inualuit, inquit,ad Angelum.& licet ex pugna claudicarit , at ex benedictione vires accepit,ac ideò corroboratus eſt.Ergo præter hiſtoriam vulgatam,docet nos Oſeas,Iacob non fuiſſe debiliorem:licet enim claudicaret, viribus tamen valeret. (3)beneficium,quod Iacob fleuit,& rogauit Angelũ,à quo, ſcilicet benedictus eſt. Vbi docemur Iacobum fleuiſſe. Cur verò fleuerit,nõ eſt facile dicere.Sed D.Iſidorus docuit nos luctã, illã in qua Iacob præualuit contra Deũ,ſignificaſſe luctam gentis Iudaicæ contra Chriſtum. in qua Gens illa, velut præualuit contra Chriſtum.Nam inualuerunt clamores eorum poſtulantium Chriſtum ad mortem,Id Iacob intelligens ſpiritu prophetico,meritiſſimè flet.Nam non fleret,præuidens ſobolem ſuam tantum facinus in ſuum Deũ auſuram ? Ergo iure fleuit,rogauitque , vt adhuc genti illi benediceret. Quod & impetrauit. Gens enim illa S. Virginem,& apoſtolos,& primitiuam Eccleſiam nobis peperit. ¶ Tu lector vehementer nota, Iacob luctatum cum Chriſto,ſub Angeli aliqua ſpecie. & contrarium dicenti Concilium Syrmienſe anathema decernit.Iam nunc Iſidori ſententia pulcherrimè quadrat. (4.) beneficium. Iacob inuenit Deum in Bethel.Nam cum eius filij internetioni dediſſent Sichimitas,ob Dinæ ſororis violationem,certũque propterea periculum Iacobo immineret,à finitimis vrbibus,Iacob ſibi fauentem Deum inuenit. Num ſecurum eum reddidit,& pauorem vicinis vrbibus incuſſit Sed Oſeas docet, quod ignorabamus,ſcilicet Deum viſum à Iacob in Bethel. ait enim quod inuenerit Iacob Deum in Bethel.& credendum eſt.tunc inueniſſe,cum ſtructo altari, profligatis idolis:ſoli Deo ſacrificium obtulit.Addit itẽ Oſeas Iacobo loquutus eſt nobiſcum. Quod ita intellige. Poſtquàm Deus apparuit Iacob. fugienti ex Sichem , iuſſitque ei,vt in Bethel habitaret,& altare Domino conſtrueret,Iacob conuocauit totam familiã ſuam,omnes-ſ.patriarchas,vxores,ſeruos,ancillas coram quibus habuit concionem: cuius ſumma erat,vt abiicerent idola:vt mundarentur, vt veſtes lauarent,vt facerent altare Domino in Bethel,& cætera quæ in Geneſi dicuntur.Profectus,igitur Iacob in Bethel, ibi ſtruxit altare:& vt credibile eſt,ſacrificium Deo in veſte pontificia litauit:& vt hoc loco nos docet Oſeas, concionẽ corã tota ſua familia habuit.Id voluit Oſeas,cũ dicit,Ibi,ſcilicet in

Gene.32.
D.*Iſidor.*
Luc.23.
Conſilium Syrmien.. canone 14
Gen.34.5
Gen.35.
Eodem.
Eodem.

in Bethel loquutus eſt nobiſcum.id eſt, Ibi Iacob cum Iudæorum patriarchis concionem habuit.quam ſtatim audiemus. Interiicit enim propheta cauſam,quare Iacob ſtruxerit altare,& ſacrificium obtulerit, & concionem habuerit: cauſa verò erat,5. Quia Dominus exercituum, Dominus memoriale eius erat.id eſt,tam altè deſcenderat amor, & pietas Dei in pectus Iacobi, vt ſemper Deum haberet in memoria:contemptis,& profligatis cunctis idolis.Rectè e-
Eccleſ.1. nim de Sapientia dicitur: Quibus apparet in viſu, diligunt
Gen.32. eam.Cum igitur Dei filius apparuiſſet Iacobo ſemel ac iterum,planè diligebat eum:eratque eius memoriale.Erat igitur Iacob Deo plenus,ac ideo cum ei ſacrificauit,concionē de eo habuit corā patrib.Iudæorū.Eius concionis ſumma erat:Tu ô familia,& poſteritas noſtra,vniuerſis idolis deletis ad dominum Deum tuum conuerſos oculos cordis ha-
Pſal.24. bebis,Miſericordiam cum proximis: & iudicij æquitatem, tecum obſerua:ſperabiſque fauorem,ac præſidiū à Domino
Pſal.40. Deo in omni tribulatione.Cauebiſque à Chananeis,ſunt enim ij omnes fallaces,& habēt ſtateram doloſam, quâ ſuos
Pſal.49. fallunt emptores.gaudent etiam calumniam,& vim proximis facere:vt ea ratione diteſcant:vos non ita.ſed vtemini miſericordia & æquitate cum proximis: hac ratione omnia bona à Dño ſperātes. ¶ Notabis,prius Oſeam interieciſſe, quod Deus erat Iacobo memoriale,vt concioni ex concionatore auctoritatem conciliaret. Quid enim niſi magnum à tanto viro poterat prodire? Notabis item, meritiſſimè Oſeam huius concionis meminiſſe,vt quæ vniuerſam hominum ſalutem paucis verbis comprehendat.quæ latius fuſa multa implere poteſt iuſta volumina.

(6)*Et dixit Ephraim,Veruntamen diues effectus ſum. Inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui.*(7.)*Et ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti adhuc ſedere te faciam in tabernaculis,ſicut in diebus feſtiuitatis.*Recenſitis antiquis beneficiis Iacobo Patriarchæ collatis, nūc receſſet noua beneficia,quæ ſuſceperunt Iſraelitæ, ſpeciatim verò domus Ephraim, quæ regia erat. Eſt igitur 6. beneficium, quod Ephraim diues effectus eſt: quòdque idolum inuenerit.vbi ne capias idolum pro imagine Dei,ſed pro mammona,facultate, ſubſtantia. Id enim Hæbreis ſignificat און,on.quem modum loquendi Dominus ſeruauit cum
Matth.6. ait,Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.quaſi diceret,
Galat.5 Deo ſeruire & idolo.Apertius Paulus,Auaritia,inquit quæ eſt

eſt idolorum ſeruitus. Ergo opes,& ſubſtantia vocantur ido
lum, quod affirmat Ephraim ſe inueniſſe, dicens. Inueni o- *Epheſ.5.*
pes, quas vt Deum amo,& inueni eas inculpate. ait enim in
laboribus meis non inuenietur culpa. At tempore illo ingẽs
erat beneficium Dei, pium hominem habere diuitias: &
tunc, atque nunc maximum eſt, quod noſtri labores crimi-
ne careant. Siquidem beati immaculati in via. 7. Addit Do- *Pſal. 118.*
minus ſummam ſuæ clementiæ demonſtrationem dicens,
tu meo beneficio diues es,& ego paratus ſum, vt ita diuitem
ſedere faciam in tabernaculis, vt ſoles in die feſtiuo. Nam
(vt præcipitur in Leuitico) menſe ſeptimo Iudæi feſta cele *Leuit. 23.*
brabant,& ſeptẽ diebus habitabant in vmbraculis, omniſq;
Iſraelita manebat in tabernaculis, &c. Ergo Dominus ait,
non ſolum te ditabo, ſed per annos multos feſtiuiſſimè ce-
lebrabis feſta tabernaculorũ, in patria tua.¶ Meminit huius
feſti, quia erat Iudæis in feſtis anni poſtremum, poſt fru- *Leuit. 23.*
ctuum collectionem, Innuit igitur Dominus ſe daturum
quotannis fructuum abundantiam, vt Iſrael iucundiſſimè
illud feſtum celebraret.

(8) *Et loquutus ſum ſuper prophetas.* (9) *Et ego viſionem multipli
caui.* (10.) *Et in manu Prophetarum aſſimilatus ſum.* (8) Beneficium
Iſraeli præſtitum fuit, quod ei Deus per prophetas loque-
batur. ô beneficium ingens ſi peccabat Iſrael, ſtatim Deus
eum curabat per prophetam à peccato reuocare. Si in peri-
culo erat Iſrael, per prophetam Domini conſilium accipie-
bat. lege libros Regum, videbis Dauidem admoneri à Na- *2. Reg. 12.*
than. Conſilium ſumere ab Abiathar, lõgum eſſet huius rei
exempla cumulare, (9) Beneficium fuit, quod dominus mul *1. Reg. 23.*
tiplicarit viſionem. Nam, qui nunc dicitur Propheta, diceba *1. Reg. 9.*
tur olim vidẽs. quia quæ loquebatur propheta corporis ore,
prius videbat cordis viſione. Ideò Iſaias prophetiam ſuam
vocat viſionẽ. Et Ezechiel viſiones Dei vidi. Erat hoc gran *Iſai. 1.*
de beneficium, ſcilicet, certiſſima audire, ſcilicet, quę oculis *Ezech. 1.*
mentis prophetæ dominus obiiciebat. Ideò enim Petrus di
cit, firmiorem eſſe propheticum ſermonem, quàm noſtro- *2. Pet. 1.*
rum oculorũ viſionem. quia illa videnda proponit Deus,&
loquitur Deus: hæc non item. 10. Beneficiũ eſt in manu pro-
phetarum aſſi. ſ. Similitudinem meam Iſraeli per prophetas
oſtendi. Nam per Moyſen cunctus populus audiebat voces, *Exo. 20.*
& ſonitũ buccinæ. videbat lampades, montémque fumantẽ,
quia in eum deſcenderat Dominus. Rurſum Dominus de-
ſcendit in montẽ. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi *Exo. 24.*

ignis ardens,ſuper verticem montis in conſpectu filiorum
3.*Reg.* 8. Iſrael. Porrò per Salomonem,in oculis plebis gloria Domini in ſimilitudinem nebulæ templum totum impleuit.Per
3.Reg.18. Eliam vniuerſo populo vidente potentia Domini in ignẽ deſcendit,& holocauſtum,ligna,& altare vorauit.Num non his beneficiis contineri debuerat Iſrael in Domini cultu?

Si Galaad idolum,ergo fruſtra erant. In Gagal bobus(erant)*immolantes: Nam & altaria eorum, quaſi acerui,ſuper ſulcos agri.* Velut ira contra Iſraelem propheta percitus meritiſſimè infert, Si vos vidiſtis vera eſſe, quæ prophetæ vaticinati ſunt:ſi oculis veſtris Dei ſimilitudinem aſpexiſtis,falſa ergo ſunt idola vniuerſa.Idolum enim eſt in Galaad, non Deus. vanitas, non veritas. Quod ſi falſum eſt idolum in Galaadi fruſtra igitur ibi erant idola, quę vos vt deos colebatis.ae item ſi in Galgalis, vitulis immolant Iſraelitæ,profecto altaria vitulorum deſtruentur,& redigentur in aceruos,quales
Iſai-5. ab agricolis ſuper ſulcis ſolent coaceruari:cum ager lapido
Oſee. 4.6. ſus eſt.Conſueuerunt enim illi lapides agri in vnum aceruum colligere.vt illud,Lapides elegit ex ea. Qualia fuerint idola in Galaad & Galgalis ſupra vidimus.Erat enim in Ga
Gen.32. laad celebre idolum in eo loco, qui Phanuel dicebatur,vbi luctatus eſt Iacob cum Angelo.Erant etiam vituli in Gal
Ioſue.5. galis eo loco.vbi Ioſue Angelus apparuit.

(11)*Fugit Iacob in regionem Syriæ.Seruiuit Iſrael in vxorem: & in vxorem ſeruauit.*(12)*in propheta autem eduxit Dominus Iſrael de Aegypto: & in propheta ſeruatus eſt.* ¶ *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim, in amaritudinibus ſuis & ſanguis eius ſuper eum veniet. Et opprobrium eius reſtituet ei Dominus Deus ſuus.*Redit Propheta ad recenſendum beneficia Domini. (11.) Beneficium eſt,
Gen. 28. quod Dei inſtigatione fugerit Iacob in Meſopotamiam, ad domum Laban auunculi ſui, ac ita euaſerit furorem fratris Eſau: qui illi occiſionem minabatur. Peruenit porrò Iacob in Syriam, tam tenuis & inops, vt ſeptem annis ſeruiret in gratiam Rachelis. quam cum non accepiſſet in vxorem, vt acciperet,ſeptem aliis annis pecora cuſtodiuit. Et cum alij accipiãt dotem ab vxoribus,ille dedit.ſcilicet 14. annorum ſeruitium. Et tu lector aduerte verbum,ſeruiuit, He-
Gene. 26. bręis eſſe cuſtodiuit ſ.pecora.Hiſtoriam hanc habes in Geneſi.Hic tamen Iacob tam pauper,& tenuis tam infinitam è ſe protulit multitudinem poſteritatis,vt Rex Ægypto ſepti
Euſebius mus(vocatus Amenophis,vt ex Euſebio Lucidus affirmat)di
Lucidus ceret,Iſrael eſt populus multus,& fortior nobis.quã cauſa

tirannicè

tyrannicè adeò Iſraelem oppreſſit, vt Deus illi beneficium 12. conferret. ſ. egreſſionem Iſraelis de Aegpyto. quæ egreſſio *Exod. 1.* à Deo per Moſem prophetam facta eſt: tam ingentibus miraculis per Moſen editis coram Pharaone, & ſeruis eius. addit Dominus. Iſraelem poſt egreſſum de Aegypto, per pro- *Exod. 7. 8. 9. 10.* phetam Moyſen ſeruatum, ſcilicet aperto in 12. diuiſiones mari rubro. in quibus hoſtis ſuffocatus eſt. Et pane de cœlo *Exod. 14.* demiſſo, quo Iſrael veſceretur. & Amalec hoſte deuicto: &c. His tot tantisque beneficiis ditatus, & auctus Ephraim ad iracundiam Deum concitat, idola colendo: quod Deo ama- *Exod. 16.* riſſimum eſt. in pœnam ergo tantæ culpæ, ſanguis eius ſit ſuper eum, id eſt, occidatur. & opprobrium, quo Deum contemnens ei exprobrauit, reddetur ei à Domino tam iuſtè *Exod. 17.* contra eum excandeſcente.

CAPVT XIII.

EXplicat Propheta peccatum Ieroboam Regis, & populi Iſrael: tum pœnam eius peccati. 2. Explicat qualis ſi Deus, & quæ beneficia Iſraeli contulerit: & quia hęc *Protheoria.* ipſe contempſit, exponit qualē ipſum Deum contra ſe experietur. 3. demum exponit peccatum quo peccauit Iſrael, Regem in quo confideret ſibi petens: ac illius peccati pœnam, addens myſterium magnum, quo dicto, quæ futura ſit peccati pœna, docet.

LOquente Ephraim, horror inuaſit Iſrael: & deliquit in Baal: & mortuus eſt. Tertius liber Regum *3. Reg. 12.* docet, Ieroboam, & Iſrael defeciſſe à Roboam, atque adeò à domo Dauidis. & ego credo, Ieroboamum hanc defectionem procuraſſe, & arbitror id eſſe, quod Oſeas ait, Loquente Ieroboam Ephrateo, verba ſcilicet defectionis, horror fuit. Horror enim erat deficere à Rege naturali, filio Salomonis, nepote Dauidis. at dicit Oſeas, inuaſit, ſcilicet Ieroboam Iſraelem, ideſt, inuaſit regnum Iſraelis, horrore non obſtante. quod Hebraicè dicitur, eleuatus eſt ipſe, ſcilicet Ieroboam, in Iſraele. Et deliquit in Baal. fecit enim aureos vitulos in Bethel, & in Dan, quos propoſuit adorandos toti populo, Deo vero reiecto. Et mortuus eſt, inquit, ideſt, in hoc peccato idololatriæ mortuus eſt. nulla eius pœnitentia ſubſequuta. ò miſerum Regem tantorum ſcelerum autorem quorum tamen eum minimè pœnituit.

Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque ſibi conflatile de

argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum. Factura artificum totum eſt. His, ipſi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes. ¶ *Iccirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriens ſicut puluis turbine raptus ex area: & ſicut fumus de fumario.* Ante omnia, Illud, quaſi ſimilitudinem idolorum, Hebræi habent, ſecundum intelligentiam ſuam idola fecerunt. Secundò illud, Immolate homines, vitulos adorantes, Hebræi habẽt, Immolantes homines, vitulos adorate, ſeu oſculamini. quod idem eſt. Nam quas adoramus reliquias Sanctorum, oſculamur. His ita conſtitutis ſenſus literæ eſt. Non ſolus Ieroboam peccauit, faciens vitulos aureos. Huic regis peccato populus ſuum peccatum addidit. Nam ex argento, ſeu pecunia ſingulorum fecerunt ſibi alia idola, ſecundum ſimilitudinem, & idæam aliorum idolorum, quę in ſuo intellectu artifices habebant. forſan etiã alluſit ad idola, quæ Achaz fieri iuſsit ad ſimilitudinem idolorũ, quæ viderat in Damaſco. Totum illud erat factura artificum, opera ſcilicet manuũ hominum. opus fabri ferrarij, & lignarij, vt clamat Iſaias. Et ipſi Iſraëlitæ dicant populis, ô homines immolantes, adorate vitulos hos, vel vt litera noſtra dicit, ô homines vitulos adorantes, eis immolate, Diuinosq; honores eis tribuite. Hoc nũ non eſt immaniſſimum ſcelus? ideò Rex, & regnum Iſraëlis tranſibit, vt nubes, & ros matutinus, quę Sole veniẽte ſiccantur. Rapiemini ab Aſſyrio: vt rapitur à turbine areæ puluis. & diſparebitis, vt diſparere ſolet fu-
4. Reg. 17. mus quálibet ingens, è capnione procedens. ¶ His pulcherrimis ſimilitudinibus ſignificatur, regnum Iſraelis totum, nunquã in perpetuum rediturum, ſcilicet ex ipſo pijquidam eſſent reſeruandi. vt dictum ſæpe eſt.

II. PARS.

EGO autem Dominus Deus tuus, ex terra Aegypti: & Deum abſque me neſcies: & Saluator non eſt præter me. Ego cognoui te in deſerto: in terra ſolitudinis. ¶ *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt: & ſaturati ſunt: & eleuauerunt cor ſuum: & obliti ſunt mei.* ¶ *Et ego ero eis quaſi leena, ſicut pardus in via Aſſyriorum: occurram eis, quaſi vrſa raptis catulis, & diſrumpam interiora iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos.* id eſt, Ego oſtendi me eſſe
Exod. 14. Deum tuum, magnis editis miraculis in terra Aegypti: Agy
Exod. 20. ptiis, ſcilicet, vaſtatis, & deletis in gratiam tuam, Iuſsi tibi per Moſen ne coleres alium Deũ, pręter me. Siquidẽ reuera

Saluator non eſt præter me.Rurſum,ego familiariſsimè te cum verſatus ſum in deſerto:opem tibi paſſim ferens in ſo litudine,vbi non erat auxiliator.¶ At tu ingreſſus in terram, promiſſam,terram ſcilicet,fluentem lac & mel,impinguatus es,impinguatus,dilatatus,deliquiſti in Deum factorem tuum , receſsiſti à Deo ſalutari tuo.Itaque ea ipſa paſtus pinguendo , quæ te alliciebat ad Deum , à te arrepta eſt in occaſionem ſuperbiendi & recedendi ab eo.vbi nota,eleuationem cordis per ſuperbiam , iunctam eſſe obliuioni Dei. Si igitur non vis obliuiſci Dei,à ſuperbia caue.¶ Igitur in tanti criminis pœnam ero eis vt leena , vt pardus,vt Vrſa, vt Leo,vt beſtia agri fera.¶ De leena,quæ filios habens,nulli parcit,vt filios alat, dictum eſt ſupra. Pulchram verò de leena hiſtoriam leges in Aeliano.¶ Docemur porrò in via, quâ è Paleſtina itur ad Aſſyrios , Pardos eſſe truculentiſsimos.De Pardorum ferocia lege Gilij acceſsionem ad Aelianũ lib.2.c.22. ¶ Vrſa catulis orbata ſcribit Hierony .hoc loco,inter omnes feras,nihil eſſe vrſa ſæuius,cum perdidit catulos.¶ De Leone diſrumpente interiora,vſque ad iecur, Vatablus ait,eius eſſe morem,vt raptæ prædæ corpus diſcindat,vſque ad cor. eius enim & viſcerum ſanguine ferè ſaturatur.¶ De beſtia agri dixit Iacob deflens ſuum Ioſeph, Fera peſsima comedit eum,beſtia deuorauit Ioſeph.

Leuit.19. *Exod.3. 13.* *Deut.32.* *Oſee.5.* *Aelianus li.2.c.15.* *Geneſ.37.*

III. PARS.

Perditio tua Iſrael.Tantummodo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex tuus? Maximè nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis,& Iudices tui,de quibus dixiſti,Da mihi regem,& principes.Dabo tibi regem in furore meo:& auferam in indignatione mea.Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum peccatum eius. id eſt. Video (ait Dominus) perditionem tuam præ foribus tuis.clamo,Iſraël, Iſraël.en adeſt tibi à Salmanaſſare interitus:Nec eſt, qui ab eo te ſeruare poſsit , præter me.ſolùm enim in me eſt tanti mali remedium.Quorſum tibi rex?quorſum tibi principes? ſeruare te nõ poterũt : etiam in munitiſsimis vrbibus tuis. Inſtantiſsimè petiiſti à Samuele,vt daret tibi regẽ & principes,qui præcederẽt te in bellis tuis.Et ego quidẽ Saulẽ dedi tibi Regem,iratus & furens , quia in me non cõfidiſti:ſed in virib.humanis.Ergo,vt iratus dedi Regẽ:iratus auferã à te in perpetuum regem. quia rex tuus Ieroboam , & alij ſequentes. vobiſcum , me derelicto , coluiſtis idola. Hæc

4.Re .17. *1.Reg.8.* *1.Re. 10* *1.Reg.13.* *3.Reg 17.*

Ephraimi iniquitas reſeruatur in pectore meo:ad modum,qũo homines,quam pecuniam nimis ſeruatam volũt ligant.¶ Similem dicendi phraſim habes apud Moſen,cum ait Deus,Nonne hæc condita ſunt apud me:& ſignata in
Deut.32. theſauris meis? mea eſt vltio,& ego retribuam eis in tempore &c.Quod exponit Eccleſiaſticus dicens,Qui vindicari vult,à Domino inueniet vindictam:&peccata illius ſeruans
Eccleſ.28. ſeruabit.id eſt,diligentiſsimè ſeruabit, conſignata,condita, & colligata.¶ Si tu vis vim vocis intelligere , crede peccatum Ephraim tam fuiſſe lęthale , vt in eo perſiſteret, nunquamque eius eũ pœniteret.Hoc eſt colligatũ fuiſſe pecca-
Ioan.12. tum.nã pœnitẽtia ligatiſsima ſoluit,vt Lazari vincla ſoluit.

Dolores parturientis venient ei. Nunc non ſtabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos. De morte redimam eos. Ero mors *tua,ò mors,morſus tuus ero inferne.*¶ *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. Quia ipſe inter fratres diuidet.*¶ *Adducet ventum vrentem Dominus de deſerto aſcendentem: & ſiccabit venas eius: & ipſe diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.* Antequàm explicem textum,quædam ſunt audienda,ex quibus idonea explicatio pendet.Primum illud verbum contritione filiorum,Hebræis eſt משבר בנים misbar banim , quod ſignifica partũ filiorum . Ergo partus vocatur contritio: quia confringitur vulua,vt filij edantur in lucem. Secundò verbum conſolatio, à multis transfertur pœnitudo , quæ in idem recidit, quod conſolatio , Magis enim Deus conſolatur (ſi ita liceat loqui) remittens iram,quàm ſumens vindictam.¶ Tertiò,verbum inter fratres diuidet , Hebræis eſt. inter fratres
3.Reg. 12 fructificabit. ſed eodem ſenſu. Eſt enim ſermo de Ieroboam,qui fructificans ſibi,id eſt, rapiens ſibi regnum,diuiſit,& ſciſma poſuit in Iſrael, ſcilicet faciens,vt 10.tribus deficerent à tribu Iuda.¶ Quartò,ventum vrentem , Hebræis
Oſee.12. eſt,קשם רוח qadim ruach.id eſt,ventum orientalem.de quo diximus ſupra.is ventus ſignificauit Aſſyrium. qui licet non ex oriente,ſed ab Aquilone venerit, vocatur tamen ventus orientalis non ex loco: ſed ex effectu. hic enim venas aquarum , & fontes ſiccare ſolet. ¶ Iam ſenſus literæ
Tob.vlt. pendet ex illo,quod Oſee.1.& 11.diximus.ſ.Regnum Iſraelis totum ac integrũ periiſſe. Pij tamẽ viri,qui ex eo duxerãt ortum, à Deo velut,de media morte,& ex ipſo ſepulchro fuere liberati, vt vaticiniũ Tobiæ impleretur , quo prænunciauit,fratres ex Iſraele,in patriam reuerſuros.¶ Nunc literæ ſenſus eſt.Peccatum Iſraelis reſeruatur apud me. Irruent in

eum dolores, vt parturientis. & in eo partu non ſtabit: ſed morietur. nec enim vnquam redibit regnum eius. Ergo cũ veniet Salmanaſſar, Iſrael dolebit, vt quę parit filios, ſed in eo nixu filiorum morietur & peribit. Nihilominus filios eius, id eſt viros pios, ducentes origin**ẽ** ex eo, de ſepulchro, & morte liberabo: reducens eos in patriam ſuam, & hac ratione, ô mors, quæ deuoraſti totum Iſraelem, ero mors tua: & Tu ô ſepulchrum, quod tenebas in exilio pios Iſraelitas, ego mordebo te, eripiẽs eos à te. Triumphabas ô mors, ô ſepultura, quod teneres pios meos. Ego prædam tibi eripiam & de te triumphabo, ¶ Tu lector attentiſsimè leges textum hunc, & inuenies hoc loco non promittere Deum Iſraeli integram liberationem: imò prœnunciat, quod non ſtabit in partu filiorum: hos verò filios dicit ſe liberaturum vt legenti patet. Itaque cum ab Aſſyrio vincitur Iſrael, Iſraelis regnum moritur, velut parturiens. Cum captiuum deſertur in Mediam, in eam velut in ſepulchrum deducitur ſepeliendum, ex hac matre mortua, & ſepulta naſcuntur filij pij, id eſt, Iſraelitæ Deum colentes, vt Beniamin ex matre defuncta, hos promittit Deus ſe erepturum de morte, & ſepulchro. ¶ Pergit tamen Deus referre pœnam regni Iſraelitici dicens, Conſolatio non eſt mihi. Si enim regnũ illud ſe ab idolatria reuocaret; ſi ſui criminis ipſum pœniteret; conſolatio Deo eſſet: quia iram ſuam remitteret. at quia regnũ in ſcelere perſiſtit, cõſolatio abſcõditur à Deo: nam poſtquàm Ieroboam diuiſit inter Iudæos imperium, Iudæa Deum colente, Iſrael ſemper coluit idola. Ac ideò ventum vrentem. ſ. Aſſyrium adducit contra Iſrael, qui fontem & venas ſiccabit, id eſt, Regem: & principes: eorum theſauros deripendo. 4. Re. 17. Gen. 35.

Duæ ſe offerunt difficultates. Altera, quod Paulus citans hunc textum Oſeæ, differentiſſimè citet. dicit enim ſicut ſcriptum eſt, Abſorpta eſt mors in victoria: vbi mors victoria tua? vbi ſtimulus tuus? Reſpondetur, Paulum citaſſe iuxta verſionem 70. qui illo modo verterunt. eodem tamen ſenſu. Si enim Deus eſt mortis mors, planè abſorpta eſt mors, in victoria Dei contra eam. vbi igitur eſt mortis cõtra Iſraelitas victoria? Planè iam non eſt, Deo velut Sãſon, prædam ab ea auferẽte. vbi nam eſt mortis ſtimulus, quo illos, velut pecora in ſepulchrum adigebat? planè ceſſauit ſtimulus, cũ Deus ſibi ceperit, quos mors ſepultos tenebat. ¶ Altera dubitatio eſt. quod ſenſus Apoſtoli, minimè qui-dr t cum 1. Cor. 15. 70. interpretes Iudic. 14. 1. Co. 15.

nuum noſtrarum,(5.)quia eius qui in te eſt miſereberis pupilli.

Prouocatur populus Iſraelis,vt ab idolis,& vitiis auerſus, ad Deum ſuũ conuertatur.& videtur mihi ita clamare Propheta Iſrael, non eſt res nimis ſumptuoſa ad Deum conuerti.Satis eſt ſi ex animo verba afferatis.Non à vobis petimus aurum,aut pretioſas margaritas:petimus verba,modo conuertamini ad Deum. quia ſi animus necdum ad Deum conuerſus eſt,eius verba quid proſunt? dicetur enim ei,Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.& item,Non omnis, qui dicit mihi Domine,Domine, intrabit in regnum cœlorum,&c.¶ Quæris forſan,quę verba accipi à pœnitentibus debeant? Certè , quæ ſequuntur. Primum dicite Deo,Domine omnẽ aufer inquitatem.Dele(inquit)iniquitatem meam.Nihil enim horribilius eſt animo pio,quam iniquitas.à peccato,inquit, meo munda me, quia iniquitatis horrorem ego cognoſco , & peccati teterrima facies coram me eſt ſemper.Nota verò,Aufer, inquit, iniquitatem , quia ſolus eam auferre poteſt.: Iuxta illud, Ego ſum , qui deleo iniquitates tuas. Nota etiam , Omnem aufer iniqui. Quia auferri vna iniquitas ſine alia non poteſt. Dicente Auguſtino , Impium eſt à Deo dimidiam veniam ſperare.verè enim Dauid dixit, Omnes iniquitates meas dele.Secundum verbũ pœnitentium eſt.2.Domine accipe bonũ.Id eſt,reiecto malo iræ quod contra peccantem parabas,accipe bonum gratiæ,quod penitenti largiaris.Iuxta illud,Accepiſti bona in hominib.quod Paulus gloſans dixit,Dedit bona hominib.Ita hoc loco,accipe bonũ gratiæ, quod tribuas ei,qui ipſam amiſit.Notabit lector, pœnitenti infundi bonũ quod inquam verè bonũ eſt.ſine quo nihil nobis eſt bonum,ſcilicet gratia,& virtutes.¶ Tertium verbum eſt.3.Reddemus vitulos lab.Deo ſit gloria,qui tam pauca à pœnitentibus exigit. Non quærit à pœnitente hecatumbas boum,& vitulorum:vitulos petit labiorum.iuxta illud. Immola Deo ſacrificium laudis , & redde altiſſimo vota tua, quia ſacrificium laudis honorificabit me. Innuitur porrò hoc loco,vt pœnitens labiis ſuis , certè labiis cordis decernat Deo ſatisfactionem pro peccatis:ſine qua non contingit remiſſio,vt Conſilium Tridẽrinum nos docuit.Nota verò præcipuum ſacrificium laudis , vbi vitulos labiorum immolamus,eſſe ſacrificium Miſſæ. ¶ Quartum verbum eſt, 4. Aſſur non ſaluabit nos. Ideſt in nulla re creata confidemus.non in Aſſyrio:non in equis & curribus(eſt.n.fallax e-

Matth.15. *Matth.7.* *Pſal.50.* *Eodem.* *Luc.7.* *Iſai.43.* *Auguſtin.* *Pſal.50.* *Pſal.67.* *Ephef.4.* *Pſal.40.* *Eodem.* *Concil. Tridentin. ſeſ.14.c.8.*

quus ad ſalutem) non in idolis, quæ ſunt artificum factu
Pſal.32. ra:opus manuũ hominũ: ſed in ſolo Dño, Deo noſtro, quia
non eſt ſaluator pręter eum. Nota in lege veteri prohiberi
Pſal.104. Regibus, ne equos ſibi multiplicent. Non enim in fortitudi
Oſee.13. ne equi voluntatem habet dominus. Et forſan nos multa
Deut. 17. amittimus bella, quia potius in equis, & armis, quã in Deo
Pſal.146. confidimus. ¶ Quintum verbum eſt.5.eius qui in te eſt.miſ.
pup. Quod eſt fiducia veniæ impetrandæ. lege Concilium
Conc.ſeſ. Trident. Nota verbum, pupilli, planè quia qui colit idola nõ
6.cap.8. habet Deum vt patrem. & idem ferè qui capitale crimen
Item.5. admiſit. Igitur pupillus eſt. Rectè igitur Ieremias, Pupilli
facti ſumus abſque patre. Nota rurſum, pupilli qui eſt in te.
Ioan. 14. Vbi tu expende verbum Domini, dicentis, In illa die vos co
gnoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego
Ioan.15. in vobis. & item, Manete in me, & ego in vobis. & item, Si-
cut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi man-
ſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis.

III. PARS.

SANABO *contritiones eorum.2. Diligam eos ſpontaneè: quia auerſus eſt furor meus ab eis.(3.) Ero quaſi ros Iſrael.(4.) Germinabit, ſicut lilium. (5.) & erumpet radix eius, vt Libani.(6.) Ibunt rami eius.7.& erit quaſi oliua gloria eius.(8.) & odor eius vt Libani.9. Conuertentur ſedentes in vmbra eius.10. Viuent tritico.(11.) germinabunt quaſi vinea.(12.) Memoriale eius ſicut vinum* Libani. Iudæus
contendet hęc applicare Iſraeli reuerſo ex captiuitate: quod
difficilè præſtabit. Cõtendam ego hæc accomodare Chriſto
Eſa.61. & eius Eccleſiæ, idque quadratiſs. ¶ Sanabo (inquit Meſ-
ſias) contritiones eorum, iuxta illud, ſpiritus Domini ſuper
me, eo quod vnxerit Dominus me: ad annunciandum man-
Pſal.146. ſuetis miſit me: vt mederer contritis corde. & illud, Qui ſa-
nat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Cum.n.
animus timore pœnarum, & dolore culparum conteritur,
ſolus Deus mederi dolori poteſt. dans auditui gaudium, &
lætitiam: vt exultent oſſa cõtrita & humiliata. ¶ 2. Diligam
Pſal. 50. eos ſpõtan. Paulus explicat hæc. Apparuit, inquit benignitas
Titum. 3. & humanitas Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſti-
tiæ quæ facimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſal-
uos nos fecit. hoc eſt, ſpontaneè, & abſq; noſtro merito nos
dilexiſſe. Nõ ſecundũ opera noſtra: ſed ſecundũ propoſitum
2.Tim. ſuũ, & gratiam. quæ cum minus eam merebamur, magis in
nobis

nobis effulſit, vt Paulus ad Roman. exponit. ¶ 3. Ero quaſi ros. Moſes dixit, Fluat, vt ros eloquium meum. at Chriſtus ipſe eſt, vt ros. Ipſe enim recipitur non ſolum in corporis aure: ſed maximè in intimis animæ. Ad eum inquit, veniemus ita enim imbibitur in anima vt pluuia in vellus, & vt ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. In pſalmo Hebræo dicitur, Ex vtero auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. ô felix anima tanto rore perfuſa. Quid inde ſperes, certe quartum. ſ. ¶ 4. Germinabit (ſupple Eccleſia) ſicut lilium. Quis tandem flos adeò pulcher eſt, ac album lilium, de quo eſt mentio hic? & quis eſt adeò germinans & fœcundus? Nam vt Plinius ait quinquanos ſæpè emittit bulbos. Et eodem teſte, nulli flori excelſitas maior. Notatur ergo candor eccleſiæ, fœcunditas, & celſitudo. ¶ 5. Erũpet radix. Hebræus habet, percutiet radices ſuas, vt thuris: Nam Libanus Hebraicè & Græcè eſt thus. Habet porrò Plinius, thuriferas arbores incidi, & percuti, vt thus reddat. Ergo percutietur Eccleſia, nonnunquam ferè ad radicem, vt magis odorem ſpiret. Irruunt. n. venti & flumina in Eccleſiæ fundamenta, ſed tunc illa ſuauius olet. Sumus. n. Chriſti bonus odor. Eſt ergo ſenſus verſionis noſtræ, erũpet thus ex radice, vt ſolet arbor thurifera facere. Nam Chriſtiani ſe percutiunt: at odor Deo ſacer, vt thus, inde prodit. ¶ 6. Ibunt rami eius. Intellige, vt illud, extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius. Rami Eccleſiæ, in quibus volucres cœli verſantur, ſunt proceres Eccleſiæ, qui ibunt per mundũ vniuerſum. Siquidem Chriſtus dominabitur à mari vſq; ad mare: & eius Euangelium prędicandum eſt in vniuerſo mundo. ¶ 7. Et erit quaſi oliua gloria eius, id eſt gloria Eccleſię eſt, vt ſit velut oliua. Nam arbor oliuæ profert oleum, quod opera miſericordiæ deſignat. Vt docet Eucherius lib. de formulis ſpirit. intell. At glora noſtræ Ecclſiæ eſt, quod operibus miſericordiæ incumbat. De his enim ſpeciatim reddemus in iudicio rationem. Si quidem hoc eſt præceptum meum (ait) vt diligatis inuicē. ¶ 8. Odor eius libani, id eſt, vt thuris. Paulus ait, Spiritu feruentes: orationi inſtantes. & Ioannes dicit. Phialas plenas odoramentorũ, quę ſunt orationes Sanctorum. Ergo thura Eccleſiæ noſtræ ſunt eius orationes Igitur quia Dominus dixit. Oportet ſemper orare, & nunquam deficere, ideò Eccleſia noſtra orat ſemper. vt ferè nihil illa aliud oleat, quàm orationem. Rectè igitur dictum eſt, Odor eius, vt thuris. ¶ 9. Conuertentur ſedentes. locus eſt difficilis. exponi poteſt

Rom. 4. *Deut. 38.* *Ioan. 14.* *Pſal. 77.* *Pſal. 109.* *Vide Oſee 6.* *Plin. lib. 31. c. 5.* *Lib. 12. ca. 14.* *2. Cor. 2.* *Eucher. li. de for. c. 7.* *Matt. 25.* *Ioan 15.* *Roma. 12.* *Apoc. 5.*

Eſai.31, teſt ita. Dictum eſt, Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit, id eſt, animum penè deficientem reduxit, & refocillauit. ita, qui ſederint ſub vmbra, & protectione Eccleſiæ, etiam deficientes reficientur. Item ſic exponi poteſt, Infideles poſiti iuxta Chriſtianam eccleſiam, in qua Chriſti præcepta ſeruantur, ad Deum conuertentur, vi-
Matth.6. dentes, ſcilicet, arboris pulchritudinem ¶ 10. Viuent tritico. ſine dubio viuent pane quotidiano, & ſuperſubſtantiali,
Ioan.6. quæ eſt Euchariſtia. Niſi enim manducaueritis carnē filij hominis, non habebitis vitam in vobis Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam. Alioqui non erat grande miraculum, quod corpus hoc noſtrum, triticum quo veſce-
Pſal. 77. retur, haberet. At miraculum eſt, quod panem cœli dederit
Eodem. nobis, & quod panem Angelorum homo manducet. hoc igitur triticum Oſeæ, eſt frumentum electorum Zachariæ.
Zach.9. ¶ 11. Germinabunt quaſi vinea Celſiſſimum myſterium hic
Ioa. 15. innuitur, quod ipſe Dominus explicauit. ſ. quod ipſe ſit vitis, nos verò palmites. vt idem ſpiritus ſit in palmitibus,
Rom. 12. qui in vite. Quæ eadem ſimilitudo eſt cum illa de corpore
1.Cor.12. & membris: quæ tantopere Paulo Apoſtolo placuit. ¶ 12. Memoriale eius ſicut vinum Libani. videtur Libanus generoſiſſimum tuliſſe vinum, cui ſimile eſt eccleſiæ memoriale. Et eſt ſermo prophetæ de Chriſto ſub ſpeciebus vi-
Oſee.12. ni, in Euchariſtia contento. Quod inde patet. Suprà Oſeas dixit, Deum fuiſſe memoriale Iſraëlis. Et ita verè, ſolus
Luc.10. Deus debet eſſe noſtrum memoriale. Diligi enim debet ex tota memoria. ergo ſi memoriale noſtrum eſt quaſi vinum, quid eſſe poteſt, niſi Deus ſub ſpecie vini? verè igitur Domi-
Pſal.51. nus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. & itē, Calix meus,
Pſal. 22. quàm præclarus eſt? & item, Calicem Salutaris (eſt Chriſtus
Pſal. 115. Salutare noſtrum) accipiam.

Ephraim, quid mihi vltra, idola? id eſt Qui pri⁹ idola colebāt dicent, quorſum nobis vltra idola? in æternum renunciamus eis. Vbi notatur animum pium nunquam in priora ſcelera relabi. Aut etiam ſenſus eſt, O Ephraim, quorſum coram me habebis idola?

Ego exaudiam, & dirigam eum vt abietem virētē. Ex me fructus
Pſal.30. *tuus inuentus eſt*, Quorſum Iſraël colit idola, ſi ego ex
Pſal. 33. intimo affectu oculos habeo coniectos in eum? (id enim Hebræa ſonant) Si ſunt aures meæ attentæ ad preces eius? Certè abies arbor perpetuò viret. faciam ego Iſraëlem, vt abietem perpetuò virētem. Et quia abies. fructibus caret:

Eg

Ego verò fructibus arborem carentem non fero, (omnem *Ioan. 19.*
ſiquidem palmitem non ferentem fructum abſcindet pater
meus? ideò faciam vt Iſrael ex mea virtute,& efficacia fru-
ctus ferat:vtque in eo fructus vitæ ſanctæ inueniatur.

¶ Notabis ex Plinio,abietem & laricem arbores eſſe cel- *Plin.libr*
ſiſſimas,& rectiſſimas.Promittit ergo Deus Iſraeli celſitudi- *16.ca.30.*
nem,& rectitudinem. Celſitudinem facit intenta in Deum
contemplatio. Rectitudinem facit vita inculpata. Vtrumque
promittit ſuæ Eccleſiæ Deus, vt ſit non ſolum Martha, ſed *Luc. 10.*
& Maria. Et quia vita Chriſtiana tota eſt in fructibus feren- *Matt. 7.*
dis , ideo ſpecialis de fructibus ex Deo inueniendis Deus
mentionem facit.

¶ Notabis item profunditatem verbi,ex me fructus ſcili
cet vt ex ſucco vitis,palmes fructum profetat.Inde igitur &
copia,& pulchritudo,& valor fructus dependet, vt fructus
ſit condignus vitæ æternæ,qui ex vita prodit æterna. ¶ No- *Matt.10.*
tabis demum multos huius textus interpretes ita vertiſſe.
Ego ero vt abies virens. at ſine dubio verſio noſtra integra
eſt. Nam verbum אשורנו aſſureno,ſignificat dirigam(vt
Kimhi dixit)vt ſit litera hæc, Dirigam eum ego,vt abietem
&c.Iam ſi legatur,ego ero,vt abies virens,planè quod Chri-
ſtus eſt, noſtro modo,nos eſſe facit.ipſe abies faciet nos a-
bietes.

Quis ſapiens & intelliget iſta? Intelligens,& ſciet hæc? Quia recta viæ Domini: & iuſti ambulabunt in eis.Præuaricatores verò corruent in eis: Videtur alluſio ad illud, Vtinam ſaperent,&intelligerēt, *Deut. 32.*
Ita Oſeas.O ſi Sapientes aliqui eſſent, vt hæc intelligerent,
quæ in hac prophetia ſcripta ſunt. O ſi aliqui eſſent acumi-
ne intelligentiæ valentes qui hæc cognoſcerent.Inuenirent
plene iudicia Domini recta eſſe, iuſtificata in ſe- *Pſal. 18*
metipſis,quæ vt iuſtis ſunt menſa,ex manna co-
medant : ita hæc menſa iniuſtis ſit in la-
queum, retributionem , & ſcandalum. *Pſal. 68.*
Certè lex Dei iuſtis eſt efficacia,
vt iuſtificentur adhuc:in iu- *Apo.22.*
ſtis occaſio , vt ſor
deſcant am-
plius.

IN IOELEM

CAPVT I.

THeodoritus in argumento ad hunc Prophetam, eum contemporaneum fuiſſe Oſeæ prophetæ aſſeuerat. Idem vult Hieron. initio Cõmentariorum in Ioelem. Ex quo loco ſumptũ eſt argumentum in hunc prophetam. quod in S. Bibliis circunfertur. Eadem eſt ſententia Rabinorum: vt loco dicto Hierony. adfert. Et ex neothericis idem vult Abulenſis ſuper 4. lib. Reg. & Dionyſius Carthu. At verò Rabi Salomon vult Ioëlem prophetaſſe tempore Iorã Regis Iſraël. fuit Iorã filius Achab, Regis Iſraël, & frater Ochoziç, item Regis. quam ſententiam ſequutus eſt Lyranus. & poſtea Vatablus. Volunt hi, quod 7. annis preſſerit fames Paleſtinam, iuxta oraculum Eliſæi viduã admonentis, vt famẽ declinaret, fugiẽs à Paleſtina. Primi anni famẽ aduexit eruca. Secundi locuſta. Tertij bruchus. Quarti rubigo. Trium ſequentiũ pluuiæ penuria. Iuxta hanc ſententiã planior eſt hic Propheta. Video quibuſdam Rabinis placuiſſe Ioëlem, Nahum, & Abacuc, ſub Manaſſe prophetaſſe. quâ verò id ratione, non conſtat. Porrò in quodam prologo qui huic Phrophetæ pręponitur ita legimus. Ioël de tribu Ruben, natus in agro Bethoron: & ibi ſepultus, in pace quieſcit. Is prologus Ioelis, ex Epiphanio de Prophetis ſumptus eſt.

Hoc Caput neceſſario eſt intelligendum de eruca, locuſta: brucho, & rubigine, quæ calamitatem genti Iudæorum dederunt. Conſtat id, quia præſens caput admonet ebrios, vt lugeant. quia ex ea calamitate perierat eis vinum. Propheta item dolet, quia periit fructus vineæ, & ficus. quos calamitas prædicta abſtulerat. Sacerdotes item plangere iubentur, quia eadem cauſa ſacrificium periiſſet, & libamẽ. agris, ſcilicet non reddentibus, quod Deo ſacraretur. Ergo credendum eſt famem illam 7. annorum ab Eliſæo prædictam à Ioele etiam pręnunciari. & quod eam famem fecerint eruca, locuſta, & bruchus, rubigo. Vide 4. Regum 4. & 8. & Amos. 4.

VErbum Domini, quod factum eſt ad Ioel, *filium Phanuel. Hæc* eſt inſcriptio & titulus libri huius. Vt q̃ legerit, ſtatim intelligat hæç quæ ſequũtur verba eſſe verè Diuina, quç Ioeli De⁹ ipſe

reue

reuelauis. Dictum eſt mihi hac de te,in principio primi ca. Oſeæ.Ergo nihil hic aut falſum eſt,aut dubium.

Audite hoc ſenes,& auribus percipite omnes habitatores terræ.Si factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum ſuper hoc filiis veſtris narrate:& filij veſtri filiis ſuis & filij eorum generationi alteræ. Id eſt,Audite vniuerſi rem nouam.quam nullæ narrant hiſtoriæ,nulli viderunt ſenes:nullus vidit orbis habitator.& rem tantam ne tradatis vnquam obliuioni, ſed velut per manus,priores narrent poſterioribus. Et profectò memor non ſum in aliqua hiſtoria me legiſſe,erucam feciſſe primo anno famem, ſecundo eam feciſſe locuſtam.tertio bruchum:quarto rubiginem:tribus ſequentibus pluuiæ penuriam.Quid eſt ô Propheta,quod iubes omnes attendere, & poſteris narrare?

Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus,& reſiduum bruchi comedit rubigo. Id eſt anno primo venit eruca, & terræ virentia comedit. quod ei ſuperfuit, anno ſequenti comedit locuſta.quod hæc reliquit non exeſum,tertio anno bruchus aſumpſit.Quod is non deſtruxit, anno quarto exuſsit rubigo. ¶ Notabis primum hæc viſa fuiſſe huic Prophetæ,per propheticum lumen.ac ideo loquitur de eis vt præteritis quæ in ſuo tempore erant futura. Ideo enim Pſalmi, & prophetæ multa de Chriſto prædixerunt, vt præterita, quę ventura erant tamen. videlicet, quia in reuelatione ea viderant.Nam ideo vocatur Propheta,videns. ¶ Nota 2.Eruca,vermis eſt foliis olerum,& arbotum adnaſcens & ea exſiccans,& vrens.vnde eruca,quaſi vruca. Bruchus habet modum muſcæ lucentis. præſens eſt malum vineis.Hiſpanis vocatur pulgon.Locuſta,notæ ſignificationis eſt.Rubigo eſt,cum teneræ fruges noxio rore funduntur,tunc enim ſpicę,& calami vertuntur in ruborem.vocatur vredo,de qua ita dicitur,Pharao vidit ſpicas percuſſas vredine.Hęc deſumpſi ex magno Abulenſ.c.7.ſuper prologo Hierony:ſeu potius epiſtola ad Paulinum. ¶ Notandum tertio quoſdam,vt refert Theodoritus. hoc loco, voluiſſe, quod Eruca figurauerit Teglat-Phale aſſarem. locuſta.Salman-aſſarem.bruchus Senacheribum.rubigo Nabuchodonoſorem.ab his enim ſenſim primum Iſrael,poſtea Iuda vaſtari ſunt.Sed hæc horum accommodatio non admodum quadrat.Nec enim Senacheribus apte vocetur bruchus,qui Iudā comedit.Cum potius ipſe cen.uum octuaginta quinque millia militum,in bello contra Iudæos amiſerit: & ſalutem

1.Reg. 9. Iſai.1.

Geneſ.41. Abulenſ. Theodoritus.

2.Par.32.

ſibi,

ſibi,fugiens quæſierit.¶ Rurſum alij quos ſequitur Remigius,& refert Hierony. hoc loco,voluerunt Erucam ſignificaſſe regnum Babyloniorum,ſiue Chaldęorum,quod nimis Iudæis incommodauit:Locuſtam verò ſignificaſſe regnum Perſarum:Sed Bruchum regnum Grecorum,à quo ſub Epiphane illuſtri, ingentia mala paſsi ſunt Iudęi. Rubiginem demum ſignificare Romanum imperium, à quo penitus ſunt deleti Iudęi. Volunt igitur Rabini Ioëlem de his 4. Regnis potiſsimè tractaſſe. Sed hæ ſunt Rabinorum fabulæ. Nam regnum Perſarum nihil incommodauit Iudæis. imò ſub Cyro primo Perſarum Rege, data ab eo facultate, in propria redeundi, redierunt in patrios fines,vt docet Eſdras.Idem eis conſsit Darius, in regno ſocius Cyri, vt habet Ioſephus.Sequutus Cambyſes.Darius poſt eum,& Xerxes Darij filius, qui nihil nocuère Iudæis. Nam periculum Iudęorum ſub Xerxe Eſtheris induſtria ſubmouit.Sequutus Artaxerxes Xerxis filius, qui facultatem conceſsit templi ædificandi.Succeſſerunt poſtea alij, ſub quibus fœliciter vixere Iudæi,vt Carion dicit. Tandem ſucceſſit Darius.quem Alexander regno priuauit.is Iudæis non nocuit.Non igitur rectè compares Perſas locuſtis. Neque admodum rectè conferas Græcos brucho.Nam licet Epiphanes nocere contenderit Iudæis, ab his tamen ſæpe victus, tandem animi deſperatione preſſus,occubuit.Idem Ioelis 2.dicitur, quod poſt has 4.plagas, Deus eſſet reparaturus omne damnum Iudæorum. Num ergo ſomniant Iudæi ſe iterum reparandos? Lege alia quædam apud Abulenſ. ſuper prologo Hierony.citato. ¶ Conſtat igitur, Ioeli propoſitum fuiſſe tractandi de corporalibus eruca, locuſta, brucho,rubigine; quę miſerè vaſtauerunt terram Iudæam.poterit tamen Gregorius aliquis has 4.plagas corporis ad vitia mentis referre.quod vide in Gloſa ordinaria. Hierony. retulit ad 4.paſſiones animi,ſcilicet gaudium,triſtitiam, timorem,cupiditatem. vide eum hoc loco. Dionyſ. retulit ad vicia quatuor cardinalibus virtutibus contraria, ſcilicet imprudentiam:iniuſtitiā, intemperantiam:formidinem.Tu verò facilius aptes viro ex pietate,in impietatē prolabenti.vbi ſiquid pręcedens vitium reliquit,ſpeciem habens virtutis,ſequens vitium abſumit. Sed hæc ſunt tropologica.

Hierony. Remigius in Ioel. 1.Macch.1 1.Eſd.1. lib.11.ant. c.4. Ioſeph.lib. 11.cap.5. Eſther vl. 1.Mach.1. 1.Mach.6. Abulen. Hierony Gregorius. Dionyſius.

Expergiſcimini ebrij,& flete:& vlulate omines,qui bibitis vinum in dulcedine.quoniam periit ab ore veſtro. Flete, inquit,qui delectamini vehementius, cum vina bibitis: quia bruchus,

&

& locuſta vinum vobis abſtulerunt. ¶ Nota Hæbreis eſſe. Vlulate omnes qui bibitis vinum, propter dulcem potum, qui eſt ablatus ab ore veſtro, Sed eſt idẽ omnino ſenſus: niſi quod eſt generalior. Dulcis enim potus ſolet fieri tum ex vino aromatibus condito: tũ ex pomis, & frugibus, hæc cũ agri plagis illis percuſſi, non darent, planè periit omnis dulcis potus, ab ore hominum, & ebriorum, & delicatorum. *Gens enim aſcendet ſuper terram meam: fortis, & innumerabilis. Dentes eius, vt dentes leonis, molares eius, vt catuli leonis.* : De locuſtis
intelligit, quæ egrediuntur per turmas ſuas vt in prouer- Proue. 30.
biis habetur. Et vt Magnus Albert' habet: locuſtis ſunt duo Albertus.
in ore additamenta dura: quæ vicem habent labiorum & dẽtium, de his dicit Ioel, eius dentes ſunt duri, vt ſunt dentes leonum, & ſuorũ in catulorum. Quã verò dura ſint, teſtatur ſtrages, quam in duris etiam arboribus faciunt. teſtatur etiã
quod Plinius dicit, ſ. omnia morſu erodunt: & fores quoque Plinius.
tectorũ. Qui etiã dicit, locuſtas in India, ternũ eſſe pedum, li. 11. c.
cruribus ſerrarum vſum præbentibus, cum inaruerint. 29.

Poſuit vineam meam in deſertum: & ficum meam decorticauit: nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius. Quam ſapienter Dominus vocat vineam meam. licet enim vineæ & ficus noſtræ ſint, maximè tamen Dei ſunt: vt à quo ſuccum recipiunt, & vitam. Ergò dum gens locuſtarum cadit in vineam, eã deſertam facit, fructu, foliis & ramis: ficum vbi attigit locuſtarum gens, decorticat, vt fiant albi rami, qui virides erant: & ficus exſiccetur, ac ita proiiciatur.

Plange, quaſi virgo accincta ſacco, ſuper viro pubertatis ſuæ. Periit ſacrificium, & libatio de domo Domini. Luxerunt Sacerdotes miniſtri Domini. Virgo deſponſata inueni gratioſo, ſi eum amittat, grauiſſimè dolet, plangit, & vlulat. Amiſit enim primum amorem, vt dici ſolet. Prouocatur ergo gens Iudæa ad ſimilem planctum: & vt ſacco ſe accingat, in ſignũ vehemẽtiſſimi doloris. Si eius planctus cauſam quæris: ea eſt. Quia periit ſacrificium de domo Domini. Nec enim terra Iudææ adeò vaſtata, armenta dabat, quæ in ſacrificium Domino offerentur. Luxerunt igitur propterea Sacerdotes, qui ſingu-
lis hebdomadis Domino miniſtrabant: & ex ſacrificiis con Leui. 10.
medebant. ¶ Tu lector vehementer obſerua, maximi planctus cauſam eſſe, quod Deo non ſacrificemus. Cum enim Pſal. 50.
ſacrificiis piorum, Dominus placatus plebi reddatur: ſi ſacrificia deſunt, Deus non placabitur. Quid igitur miſera plebs ſperare poterit ab irato Deo? Rectè enim Saul dixit

3.Reg.13. licet non rectè fecit, Nunc ait, deſcendent ad me Philiſtiim, & faciem Domini non placaui. Neceſſitate cōpulſus obtuli holocauſta Domino. Ergo qui hæretici Miſſam nobis auferunt', nos in maximum planctum coniiciunt.

Depopulata eſt regio: luxit humus: quoniam deuaſtatum eſt triticum confuſum eſt uiuum: elanguit oleum. confuſi ſunt agricolæ: vlulauerunt vinitores: ſuper frumento vino, & hordeo. quia perijt meſſis agri. Vinea confuſa eſt. & ficus elanguit, malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt. Quia, confuſum eſt gaudium à filiis hominum. pro confuſum eſt vinum, & confuſa eſt vinea, & confuſum eſt gaudium, Hebræi habent facilius, aruit vinum: ſiccata eſt vinea: ſiccatum eſt gaudium. Quanquam & litera noſtra pulchram habet proſopopeiam. Nam cum erubeſcimus, fugere ſolemus: & à conſpectu aliorū nos ſubtrahimus. Ergo quod ſe ſubtrahit, & fugit, confundi dicimus, & erubeſcere Igitur ſi vinea ſubtrahebat fructus ſuos, & gaudium fugiebant homines, & quos fructuum copia exhilarabat: in opia contriſtat, rectè dicuntur vinum vinea, gaudium confuſa.

Accingite vos, & plorate Sacerdotes: vlulate miniſtri altaris ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei mei. quoniam interijt de domo Dei veſtri ſacrificium, & libatio. Prouocauit Ioël ad planctum primum ebrios: mox diuites, & delicatos: tum vniuerſum populum. nunc prouocat ad eundem planctum Sacerdotes, Domini dicens ô Sacerdotes in ſignum vehementis luctus, accingimini ſaccis, (vt Vatablus & Muſterus adnotarunt.) Porrò ſaccis accingi erat grandis doloris indicatio, vt cum occiſus eſt Abner, domeſtici Dauidis ſaccis accinguntur. & rurſum Syri accingunt lumbos ſaccis. Et Achab cingit cilicio carnen. & dormit in ſacco, id eſt in lecto, non ſindonibus delicatis, ſed aſperis ſaccis ſtrato. & hoc dicit Propheta, Cubare in ſacco. ¶ Notabit lector, quid debeat Sacerdotem contriſtare: videlicet, quod non glorificetur Deus per Sacrificia noſtra. quodque non per ea placatus populo reddatur. Zelo inquit Elias zelatus ſum, quia altaria tua ſuffoderunt. &c.

Vatablus. *Muſterus.* *2. Reg.3.* *3.Reg.20.* *3.Reg.21.* *3.Reg.19.*

II. PARS.

Sanctificate ieiunium. Vocate cœtum. Congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri. Et clamate ad Dominum. A. a. a. diei. Quia propè eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à potēte veniet.

Prius

Prius dicẽda ſunt quædã de litera.quibus explicatis,textus clarus euadet. ¶ Sanctificate ieiunium.id eſt,Præcipite, vt omnes ſancto ieiunio ieiunent:ſanctumq́ue ieiunium Deo offerant.Quod verò ſit ſanctum ſacrumq́ue ieiunium,ſi intelligere placet,Iſaiam lege,& intelliges.¶ Vocate cœtum, *Iſai. 58.* Id eſt,precipite,vt vniuerſi ceſſent ab operibus ſecularibus, diéq́ue agant ſolẽnem, quo cũcti ad porticum tẽpli Deum oraturi,conueniant. Id enim indicat verbum עֲצָרָה azara,quod noſtra verſio dixit cœtũ.pro quo lib.4.Reg. vertit *4. Reg.* diẽ ſolennem.Sanctificate,inquit Iehu,diẽ ſolẽnem (azara) *12.* Baali.¶ Congregate ſenes,id eſt præcipite vt ſenes ad templum conueniant:vbi in terra ſedeant:nihil loquantur: cõſpergant cinere caput:ciliciiſq́ue accingantur. Ita enim eos feciſſe commemorat Ieremias:videlicet vt tali habitu,omnes videntes ad planctum prouocarent. Omnes habitatores terræ:id eſt,nõ ſolos ſenes vocate, vocate viros,iuuenes, *Thren. 2.* pueros,fœminas,ſeruos,ancillas,vt clament in fortitudine. Erit forſan inter tam multos,cuius vocem exaudiat Deus. *Ione.3.* ¶ A,a,a.diei. id eſt. Senes,& reliqui terram habitantes, clament ad dominum,dicentes. O miſerum, ô infauſtum, ô calamitoſum diem, qui tam propinquus eſt: & qui à Potentia Domini,quaſi vaſtitas abſumens omnia,venit.quaſi dicerent.Domine,en proxima eſt noſtra vaſtatio,quâ penitus abſumamur.Quid enim poſt calamitatem erucæ, locuſtæ bruti,rubiginis expectemus, niſi noſtram omnimodam vaſtitatem.¶ Notandum hoc loco eſt, quod licet dies Domini,vt plurimum ſumatur pro die iudicij,quo Deus ſuam *1. Cor. 3.* maieſtatem hominibus oſtendet, at nihilominus ſumitur pro quouis vltionis,ac vindictæ die, quo Deus potentiam ſuam in hoſtes effundet.Vbi iam Deus nõ patitur diſſimulando: ſed vim ſuam exerit vlciſcendo. ita accipitur Iſaiæ *Iſai.13.* 13 vbi Babyloniis dicit.Vlulate,quia propè eſt dies Domini. & ita eſſe accipiendum docet Hierony.ibi.Tu verò ne maiorem quæras interpretem.Idem habet Iſaias de Babylone *Hieron.* loquens,Dies inquit interfectionis Domino Deo exercituum.& item de Idumæa,Dies vltionis Domini,&c.¶ Notandum ſecundò,Sacerdotes habere poteſtatẽ cogendi populum ad ieiunium:item,ad ceſſandum ab operibus ſecularibus,vt dies Domino ſolẽnis agatur. item cogere poſſunt maiores, omnes, & minores, vt ad templum conueniant,vbi ad Dominum pro neceſſitatibus clament.Hoc in lege noſtra explicauit Dominus apertius, cum ait.Sicut *Eſai.22.* *Eſai.34.*

Ioa.20. miſit me Pater,mitto vos.id eſt,cum qua authoritate miſit me Pater erga plebem,mitto ego vos.in graduveſtro tamē. ¶ Notabis.3.qualis ſit oratio,quam Sacerdotes præcipiunt. ſcilicet,Ah,propè eſt interitus noſter. propè eſt,vt à Domino excindamur.Eſt igitur oratio,explicatio calamitatis, & anguſtiæ noſtræ coram oculis Dei Hoc eſt enim, effundite
Pſal.61. corá illo corda veſtra:quia ſi effundamus ita, Deus erit ad-
Pſal.41. iutor noſter in æternum.Idem habet Dauid,cū ait.Hæc recordatus ſum,& effudi in me animam meam.

Nunquid non coram oculis veſtris alimenta perierunt, de domo Dei noſtri? lætitia & exultatio? Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Demolita ſunt horrea. Diſſipatæ ſunt apothecæ. Quoniam confuſum eſt triticū. Quid? Ingemuit animal,mugierūt greges armenti,quia non eſt paſcua eis. Sed & greges pecorum diſperierunt. Hæc ſunt verba Sacerdotum prouocantium plebem ad dolorem, & plāctum: eo quod agris non reddentibus fructum, nec populus inferebat alimenta in templum Domini,ac ideò gaudium, & exultatio populi peribat. Quod vt intelligatur, re-
Tobie. 1. colendum eſt ex Tobia ,maximè verò ex Deuter. Iudæi
Deut. 14. quotannis offerebant in templum Domni decimas ex omnibus fructibus terræ,& anno tertio, aliam decimā,ex quibus decimis comedebat cum gaudio, is qui eas afferebat, coram Domino comedebat:item Leuites: peregrinus etiā, & vidua, atque pupillus. Gaudium verò quod comedentes habebant,innuitur rurſum in Deotero.Aiunt ergo nunc Sacerdotes.Nonne videris, has decimas, & hæc alimenta
Deut.12. defeciſſe,de domo Domini? ac ideò periiſſe gaudium,& veſtrum,& noſtrum?Num non intelligitis in proximo eſſe excidionem noſtram?¶ Sequitur,cōputrue.ium.in ſter.ſuo pro quibus verbis Hebræa litera dicit, Computruerunt ſemina ſub glebis ſuis,id eſt,ſemina in ſulcos iactata, & glebis adoperta,computruerunt,& mucida facta ſunt,ac vana. ac ideo horrea frumento caruerunt:videlicet terra frumētum non exhibente.Sed litera noſtra eundem ſenſum ferè habet. Senſus enim eſt iumenta præ pabuli, & frumenti ſterilitate in ſtabulis ſuis moriebantur, ibique defuncta in ſuo ſtercore putreſcebant, pigebat enim dominos eorum,eos è ſtabulis amouere..¶ Diſſipatæ ſunt apoth. id eſt non ſolum calamitas ſemina vaſtauit,vaſtauit & vineas,vt iam apothecis opus non eſſet. Si enim per 4.annos,vt minimum, ea miſeria terrā afflixit profectò ſenſim & horrea & apothecæ cadebant:vt ſolent ædificia, quorum nullus

eſt

eſt vſus. ¶ Illud verò, quoniam confu. eſt triti. dolentis potius eſt, quam cauſam reddentis. Quaſi dicat ah, nullum triticum protulit ager. ¶ Simile eſt quod ſequitur. Quid? ac ſi diceret. Quid dicam? Ingemuit iumentum: mugiere greges pabulum cupientes, nec habētes. Quam rem pulcherrimè deſcribit Ieremias, dicens, Cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba, & onagri ſteterūt in rupibus. &c. *Iere. 14.*

Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti: & flāma ſuccendit omnia ligna regionis. Sed & beſtiæ agri (quaſi area ſitiens imbrem) ſuſpexerunt ad te. Quoniam exiccati ſunt fontes aquarum. Et ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

Videtur hæc clauſula oratio prophetæ dolentis miſeriam, quam lumine prophetico videbat, ex pluuiæ defectu venire. Quia vero pluuiæ non cadebant, eximius æſtus adurebat amœna loca regionis, ſuccendebat arbores, ſiccabat fontes, & iumenta arentia ſiti, & in altum tollentia caput, velut Dei opem implorabant. *Iere. 14.*

CAPVT. II.

CAPVT hoc tres habet partes, in prima ſine dubio, prophetat Ioël venturum Aſſyrium, ab Aquilone contra Iudæos: & quomodo irruet in eorum ciuitates: quo ordine procedet in bello: quomodo aſcendet per muros vrbiū: quomodo intrabit per feneſtras domorum. Secunda parte prouocat Propheta Iudæos ad pœnitentiam, & orationem & prænunciat futurum, vt populus, maximè verò Sacerdotes, coram Domino orent in templo. Tertia parte prædicit, quid Dominus reſponderit oranti populo. Cuius reſponſio ſeptē continet partes, ſcilicet, reſpondet ſe ſuæ plebi daturū abundantiam frumenti. 2. ſe repulſurum Aſſyrios, in Aſſyriam, clade magna recepta. 3. ſe magnificaturum terram Iudæam. 4. ſe daturum paſtum iumentis fameſcentibus. 5. ſe miſſurum Chriſtum doctorem iuſtitiæ. 6. ſe miſſurum Spiritum ſanctum, ſuper omnem carnem. 7. ſed daturum ſigna, & prodigia ante diem Iudicij. ¶ Hæc ſi lector attentè conſideres videbis prænunciata, quæ geſta ſunt à tempore Ezechiæ, ſub quo venit contra Iudæam Aſſyrius, vſque ad diem Iudicij: traduntur enim vniuerſa illa maxima & ſumma, quæ in Eccleſia contigerunt, & contingent.

Prothetia. *4. Reg. 19. 2. paral. 32. Iſai. 30. 55. Luc. 21.*

CANITE tuba in Sion: Vlulate in monte ſancto meo: Conturbentur omnes habitatores terræ. Quia venit dies Domini. Quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis: dies nubis, & turbinis. Ex multis locis colliges, cum Iudæi iubebantur parari ad bellum tubarum clangoribus montem Sionis, ſeu arcem Ieroſolymę perſtrepuiſſe.. Clangebat enim claſſicum in vrbis arce cornea tuba. Ita apud Amos. Si clanget tuba in ciuitate, & po-
Amos. 3. pulus nō expaueſcet? Quod etiam factum in Gabaa docuit Oſee. dicēs, Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: &c.
Oſee. 5. Ergo, Ioel adueniente Sennacharibo, iubet clangere, in arce Sionis, monentes, vt omnes ad arma, aduerſus hoſtem concurrant. Et quia miſerrima res eſt bellum, ideò iubētur Iudæi ad templum Domini, hoſte imminente venire, & ibi vlulare. ſ. à Domino vlulatibus opem imploraturi. Demum iubentur omnes habitores Iudeæ turbari, & præparari: quia veniebant, & inſtabat dies, quo Dominus afferebat Aſſyrios
Ioelis 1. contra peccata Iudæorum. De die Domini dictum mihi eſt ſupra. Hunc verò diem, quo venit Aſſyrius vocat diem te-
Iſai. 37. nebrarum, caliginis & turbinis: quem Ezechias vocauit diē tribulationis, correptionis, blaſphemiæ & partus, cum non eſt virtus ad pariendum. Nam ſolemus, cum alioqui magna nos premit calamitas, feneſtras occludere, lucem fugere, tenebras & caliginem amare. Et equidem cum denſior nu-
Iſai. 5. bes Solis lætitiam auferr, triſtiſſimi reddimur. Ergo tempus
50. 58. calamitoſum, & infauſtum vocatur dies tenebrarum, & caliginis. Quæ phraſis S. literis eſt conſueta.

Quaſi mane expanſum ſuper montens, populus multus, & fortius. Similis ei non fuit à principio: & poſt eum non erit in annos generatio-
Iſai. 5. *nis & generationis.* Reddit Propheta cauſſam, quare aduentū Sennacheribi vocarit diem caliginis, & tenebrarum: certè quia eius exercitus cooperiebat terram, vt Solis mane exorientis radij ſolent montes cooperire.¶ Addit porrò populum Aſſyrium tam fuiſſe multum & fortem, vt à principio
Herodotus in Clio. mundi nullus ei fuerit ſimilis. fuerent enim Aſſyrij mundi monarchæ. Certè Herodotus ait eos Aſiam. tenuiſſe annis
Iuſtinus li. 1. quingentis viginti. at Iuſtinus aſſerit, eos imperium habuiſſe annis mille trecentis, Lucidus probat eos fuiſſe monar-
Lucidus li. 4. chas vſque ad Sardanapalum, annis 1483 porrò poſt Sardanapalum fuerunt Reges in Aſſyria potentiſſimi, ex quibus fuit Teglat, Phalaſſar, qui dilatauit imperium etiam inter Iſ-
4. Reg. 15. raelitas: & Salmamaſſar, qui Iſraelem deleuit: & Senacherib,

de-

de cuius exercitu hoc loco Ioëli mētio eſt Meritò igitur di- 4.Reg.
cit Ioël, nullum populum fuiſſe Aſſyriis æqualem. ¶ Quod 17.
autem ſubdit Propheta, nullum populum futurum ſimilem, 4.Reg.
Aſſyriis in annos gener. & gen. planam habet veritatem, ſi 18.
intelligatur, per multas generationes, ætates, & ſæcula non fuiſſe in orbe populum, qui tam latè, & tam diu ſuam monarchiam auxerit, & conſeruarit, vt populus Aſſyrius. Quod ſi vrgeas nos, volēs verbū illud, in annos gen. ſignificare, nullum vnquam populum fore Aſſyriis æqualem: adhuc afferam, forſan nullum vnquā populum nec ente, Ioëlem, nec poſt, eum, tandiu imperij fines protendiſſe, vt extendit populus Aſſyrius. In qua re ſi mihi diffidis lege Lu- Lucidus
cidum, is te docebit, reliquos monarchas longè mino- lib.4.
re tempore, quàm Aſſyrij ſuum ſeruaſſe principatum,

Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma. Quia ſi hortus voluptatis, terra coram eſt: poſt eum ſolitudo deſerti. Nec eſt qui effugiat eum. Iudicio meo ſenſus eſt. Exercitus immenſi (qualis fuit hic Aſſyrius) cùm è terra veniunt remotiſſima, præmittunt legiones, quæ commeatum præparent exercitui venienti. Nam ſæpius penuria, quàm pugna conſumit exercitum vt vegetius ait. Ergo exercitus Aſſyrius præ- Vegetius
mittebat milites, qui cuncta alimēta, omnemque annonam li.3.ca.3.
regionum præripiebant. ideò dixit Ioël, ante faciem huius exercitus, ignis cuncta vorabat, ſcilicet quia milites illi præcedentes exercitum omnia alimenta rapientes, velut ignis omnia vorans eſſe videbantur. Et ſimiliter, quia loci per quos exercitus tranſibat, ab eo vaſtabantur, & abſumebātur, ideò exercitus ille poſt ſe flammas relinquere dicebatur. Itaque omnis terra, quæ amœniſſima erat, ante Lege He-
eius exercitus aduentum, poſt eius diſceſſum, vt ſolitudo, & rodotum
de ſertū videbatur. Nam cum ignis omnia vaſtet, & deuo- de Xerxis
ret, exercitus ille vniuerſa vaſtans & deuórans, meritò exercitu.
ignis nominatur: cuius violentiam nullus euadere valebat.

Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum: & quaſi equites, ſic current. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient: ſicut ſonitus flammæ ignis deuorātis ſtipulam: velut populus fortis præparatus ad prædam: Pergit Propheta Aſſyrium exercitū deſcribens, & dicit. Si quis Aſſyrios venientes attentè conſideret, non videbuntur homines venientes, ſed equi perniciosiſſimè currentes. non videbuntur milites caſtrametantes, ſed equites ſuper equis volantes. Veniunt exilientes, & ſaltantes, ſuper capitibus montium, eum edentes

ſtrepitum, quem multæ quadrigæ ſimul venientes edere ſolent: & quem ſolent vehementiſſimæ flammæ ede-re, cum ingentes ſtipularum aceruos abſumunt: & quem ſolent milites fortiſſimi & animoſiſſimi cum conferunt cum hoſte manus. Si vis lector rem hanc ornatiſſimè dictam

Iſai. 5. videre, legere ne pigeat Iſaiam, hunc Aſſyriorum exercitum depingentem. Quod ſi vis horum cauſam cognoſcere, intellige, Deum hos Aſſyrios adduxiſſe contra Iudęos. qui igitur à tali manu trahebantur, nihil mirum ſi currerent ſi exilirent, ſi volarent. lege Domini verba dicentis, Ad gen-

Iſai. 10. tem fallacem mittam eum, &c.

A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Id eſt ſolus eorum aſpectus cruciatum aſpicientibus incutit: facitque vt vultus, quamuis candidi & rubentes pallorem, imò & nigrorem ollarum (quæ in culina verſantur) ſibi concilient. Iuxta illud Naum, Facies omnium eorum, ſicut

Naum. 2. nigredo ollæ.

Sicut fortes current. Quaſi viri bellatores aſcendent murum. Viri in viis ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis vnuſquiſque fratrem ſuum non coartabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt. Sed & per feneſtras cadent: & non demolientur. Vrbem ingredientur. In muro current. Domos conſcendent. Per feneſtras intrabunt: quaſi fur. Dei fauorem, quo hi Aſſyrij contra Iudam venientes vtebantur, Ioel Propheta deſcribit. Is Dei fauor præſtabat, vt Aſſyrij velociſſimi venirent: vt veterani, & fortiſſimi milites, murum conſcenderent: vt exercitatiſſimi in diſciplina militari, ordines ſuos ſeruarent: ita à ſuo ſigno, & vexillo non diſcederent, vt aliis militibus nullo modo eſſent impedimento. Et quod maius eſt, Dei fauor faciebat, vt Aſſyrij illi cum ciuitates Iudæ expugnant, per earum feneſtras irrumpant, & deorſum cadant: nec lędantur tamen. Reliqua textus patent

Iſai. 5. maximè ſi legas librum Regum quartum vbi explicatur,

4. Reg. 18. quomodo Sennacharib aſcenderit in omnes ciuitates Iudæ munitas, & cœperit eas. Lege etiam in Iſaia, quomodo cœpe-

Iſa. 10. rit Aiath, Magron Machmas Gabaa Rama, &c.

A facie eius contremuit terra: moti ſunt cœli: Sol & luna obtenebrati ſunt: Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus dedit vocem ſuam, ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra

Ioſephus de bello Iud. li. 7. ca. 12. *eius: quia, fortia, & facientia verbum eius. Magnus enim dies Domini: & terribilis valde. quis ſuſtinebit eum?* Docuit Ioſephus quanta prodigia, in cœlo, & in terra contigerint, antequam Titus Hieroſolymam excinderet. Deo videlicet Iudæos

calamita

calamitatis venturæ admonente. Ita nunc Ioël docet prodigia in cœlo, & terra contigiſſe, ante huius Sennacheribi aduentum: Deo per ea Iudæos ad pœnitentiam prouocante. præceſſit igitur tremor terræ, eclipſis Solis, & Lunæ: quędam obſcuritas ſtellarum. non quod ſplendorem amitterent ſed quod minorem ſolito demonſtrarent. Et quid mirum ſi tremuit terra, & Sol obſcuratus eſt ante aduentum Aſſyrij exercitus: ſi quidem Dominus eum exercitum ducebat: & ad eius vocem ac præceptum mouebatur? ſi Dominus eum exercitum velut ſuum adducebat (vt ſuprà docui ex Iſaia) num non neceſſario, caſtra illa erant & multa, & fortia, quæ faciebant eius verbum, ac imperium? Cum ergo tempus aduentus Aſſyrij fuerit tempus Domini, quo Dominus de peccatis Iudæorum ſumebat vitionem, num non tempus illud erat terribile: ac propterea, quis ipſum potuit ſuſtinere? *Iſa. 10. 38.*

II. PARS.

Nunc ergo, dicit Dominus, Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcindite corda veſtra: & non veſtimenta veſtra: & conuertimini ad dominũ Deum veſtrum. Quia benignus, & miſericors eſt patiens, & multæ miſericordiæ: & preſtabilis ſuper malitia. ¶ Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus: & relinquat poſt ſe benedictionem ſacrificium, & libamen Domino Deo veſtro? Proculdubio, Domini Dei noſtri eſt admiranda & adoranda natura. Ipſe prædicit mala futura, quæ ſibi noſtra peccata merentur: & ipſe prouocat nos ad peccatorum pœnitentiam, quæ ipſius miſericordia caſtigare recuſat. Ergo inquit, prædixi vobis Aſſyrij hoſtis aduentum: *Vide.* quem ego contra vos ſum adducturus: ſed pœniteat vos *Oſee. 11.* peccatorum veſtrorum, vt ego vos ab illius hoſtis truculentia ſeruem. ¶ Tu lector nota primum, hæc Domini verba, non fuiſſe ſolam exhortationem: ſed fuiſſe futurorum prophetiam. Nam ſub Ezechia, quando Aſſyrius venit, conuerſus eſt Ezechias, cum toto populo, ad Dominum, ex toto corde. ac ideo repulſus eſt hoſtis ab eo. ¶ 2. Nota, quam falsò dixerint Lutherani pœnitentiam ſolam eſſe vitæ mutationem, nihilque requirere dolorem, & lachrimas. imò verò requirit fletum, planctum, ieiunium, vt nos hoc loco ipſe Dominus docet. & Paulus cum dicit, quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. ¶ 3. Nota illud, in toto corde veſtro. Non ergo *4. Re. 18.* *Vide. Con. Trid.* *1. Cor. 7.*

pœnitentia erit,ſi vnum crimen auerſeris, aliud verò reſer-
ues.totum cor requirit Deus.non verò partem, quam me-
retrix illa in alieno filio requirebat , quem ideò Salomon
3. Reg. 3. totum ſuæ reddidit matri.Ego verè Auguſtinus , Impium
Auguſt. eſt dimidiam à Deo ſperare veniam. ¶ 4. Nota mo-
Nu. 14. rem antiquorum,ſcilicet in magno dolore ſcindere veſtes.
Ioſue. 7. Sciderunt Ioſue,& Caleb.Scidit iterum Ioſue. Scidit Iephte.
Iudic. 11. Scidit Dauid , & alij multi. Siquidem rabidus animus,
2. Re. 1.3. ſupra ſe veſtem minimè paritur. At cum ſit Deus ſpiritus,
non adeò veſtium,(quas & Caiphas ſcidit) vt cordis diſciſio-
Mat. 24. nem vult, & contritionem. ¶ Vehementer aduerte quam
pulchris coloribus Deus à Ioele pingatur.vocat eum beni-
gnum.quod vocabulum Hebræis eſt חנון chanum,ſignifi-
cans gratioſum,gratia plenum,clementem, non tetricũ non
bili ac furore percitum:ſed quem gratia,& facilitate refertũ
inuenies.Secundo vocat eum miſericordem , Hæbræis eſt
רחום rachum. quod deſcendit à רחם rechem , ſigni-
ficante vuluam & vterum.Quo ſignificatur,Deum ita erga
nos eſſe miſericordem,ac ſi ex vulua.vel vtero nos genuiſ-
ſet. Nam ita ipſe Dominus aſſeuerat. Audite me domus
Iſai. 46. Iacob,& omne reſiduum domus Iſrael,qui portamini à meo
vtero:qui geſtamini a mea vulua Tertio vocat eum patien-
tem. Hebræis eſt ארך אפים erech apaim. quaſi dicas,
tardus naribus. ſeu quod vulgata æditio aliquando dicit,
Iacob. 1. tardus ad iram.Nares enim pro ira accipit,tritum eſt. Igitur
Deus noſter non facile irritatur:non facilè concipit iras. tar-
dus eſt ad iraſcendum.Quartò vocat eum,multæ miſericor-
diæ רב חסד rab cheſed. quod Hebræi exponunt. Deum
noſtrum multum eſſe ad præſtanda beneficia,ſine ſpe retri-
butionis.Ergo multæ miſericordiæ , nimis beneficium de-
ſignat.Quinto vocat Dominum præſtabilem ſuper maliciã
נחם על הרעה nicham al haraach. Hebræi dolentem,
& pœnitentem ſuper malicia.Nam cum duo ſint in malicia,
culpa,& pœna,pro culpa dolet Dominus.(ſi liceat ita loqui)
pro pœna,quam malicia meretur,& Dominus illi decreuit,
pœnitet eum:cupit enim vt nos reiiciamus culpam , quam
admiſimus:vt ipſe reiiciat pœnam , quam decreuit. Ergo li-
cet Dominus pœnam culpis veſtris ô Iudæi decreuerit,
conuertimini ad eum , pœnitebit enim eum pœnæ , ſi vos
Iere. 26. pœnituerit culpę.Iuxta illud,Noli ſubtrahere verbum.ſi for-
te audiant,& conuertantur à via ſua mala: & pœniteat me
mali

mali,quod cogito facere eis & illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum,aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei.&c. *Ierem.18.* ¶ Reliquum eſt illud vltimum, Quis ſcit,ſi conuert. Vbi nota,non eſſe Prophetæ ſermonem de remiſſione culpæ. De hac enim certiſſimè omnes id ſcimus,ſi nos eius pœniteat,veniam conſequemur.Iuxta illud, Si egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ſuis,&c. vita viuet & non morietur. *Ezec.18.* Eſt igitur ſermo de remiſſione pœnæ:& ſpeciatim de liberatione ab ea calamitate,quam initio huius capitu.dixerat Ioel,ab Aſſyrio inferendam.vt ſit ſenſus.Prænuntiaui vobis hoſtium aduentum,potentiam,truculentiam *Ioelis. 2.* ſi eius manus libet euadere,conuertimini ad Deum. Ipſe eſt miſericors, forſan conuertetur à decreto ſuo,pœnitebitque eum veſtræ ruinæ.Et ita reuera factum eſt.Conuerſus enim fuit furor Domini tempore Ezechię, oppreſſit Aſſyrios,& liberauit Iudęos. *4.Re.18.* ¶Quod dicit,relinquat poſt ſe bene : ita intelligas, Finge Deum,ad modum boni paſtoris, ſuum gregem præcedere:&admodum Angeli,qui Iudęos pręcedebat, ante illum progredi. *Ioan. 10.* Igitur ait propheta, Quis ſcit,ſi Dominus nos præcedens relinquat poſt ſe, velut odorem beneficiorum,ac miſericordiarum ſuarum, ſcilicet abundantiam temporalium bonorum,vnde ſacrificia & libamina ei offeramus. *Exo.14.* Vbi nota,cum Deus noſtra ſacrificia pura ſuſcipit,velut obligatur ſua nobis beneficia refundere:ac ideò afficit nos beneficio cum ſacrificia petit à nobis,videlicet,daturus quod per ſacrificia ab eo flagitamus. Ideò inquit. Quis ſcit,ſi relinquat benedictionem,& dabit vnde ei ſacrificia litemus? ¶Premit nos dubium. Propheta ſciebat liberationem Iudæorum ab Aſſyria calamitate(vt ſtatim in 3.huius capitu.parte docebit)quomodo igitur dicit,Quis ſcit, ſi conuertatur?&c. *4.Re.18.* Reſpondetur,ſine dubio propheta ſit Deum à ſua ira conuertendum,ſi populus ageret pœnitentiam.Sed quia pœnitentia populi, ex eius libero pendebat arbitrio, hanc arbitrij libertatem Ioel notauit cum dixit, Quis ſcit. quaſi diceret. Quis ſcit,an vos pœnitentiam agetis, vnde Dei conuerſio pendet.

(1.)Canite tuba in Sion.(2.)Sanctificate ieiunium.(3.) Vocate cœtum.(4.)Congregate populum.(5.)Sanctificate Eccleſiam.(6.)Coadunate ſenes. (7.) Congregate paruulos, & ſugentes vbera. (8.)Egredietur ſpõſus de cubili ſuo:& ſponſa de thalamo ſuo.Inter veſtibulũ & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini. & dicent Parce

Do-

Domine, Parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium vt dominentur in eis nationes. Primum verbum huius periodi euincit, vt credamus, tubam cecini*ſ*ſe in arce Sion, non ſo-
Ioel.2. lum cum indicebatur bellum (vt ſupra initio huius cap. dixi) ſed etiam cum grauiſsima cauſa populus conuocabatur. Conuocabat enim eos tunc corneæ tubæ clangor, ex arce Sionis. Secundum, tertium & quartum verbum explicatum
Supra: cap.1. eſt à me ca.1. Quintũ verbum explicandum eſt ſ. Sanctificate eccleſiam. Id eſt, exterminate ab eccleſia cuncta, quæ ha-
4. Reg. 23. bet crimina. Ita fecit Ioſias, qui celebraturus phaſe Domino exterminauit prius cunctas idolorum ſordes. Ita ſanctificauit Eſdras Eccleſiam iubens vxores alienigenas à maritis
1. Eſd. 9. ſuis diuelli. Ergo ſanctificare Eccleſiam, eſt eam à peccatis liberam Deo ſuo ſacrare. Porrò ſextum, & ſeptimum verbum iubet ad templum conuenire ſenes, etiam ætate, & viribus defectos: tum & paruulos, ſugentes vbera matrum, vt hi & illi planctum cæterorum audientes, plangant & ipſi: ac
Ione,3. eo planctu Deum ad miſericordiam commoueat. Nam & iumẽtorum clamor Deum ad indulgentiam prouocauit. In 8. verbo notandum olim fuiſſe morem, vt in deſponſationi-
Iere.7.16. 25. bus multum gaudium, magnaque lætitia procuraretur. Colliges id ſi ligas Ieremiam attentius, Iubetur ergo in hoc octauo verbo hoc gaudium ceſſare, ſponſumque & ſponſam relictis ſponſa litiis feſtis, planctui indulgere. Nonum ver-
Exod. 26. & 36. bum iubet, vt Sacerdotes plorent, inter veſtibulum & altare. Vbi nota templum Salomonis multa habuit ædificia. ſacratiſſima templi pars dicebatur Sancta Sanctorum, vbi erat propitiatorium, & arca teſtamenti. Ante hanc partem, erat alia
Hebr. 9. pars maior, quæ dicebatur Sancta: vbi erat menſa propoſitionis: candelabrum, & altare thimiamatis. De hoc altari non eſt vt videtur Ioeli ſermo. Ante hanc, ſecundam partem erat alia pars, quę porticus Salomonis dicebatur. Ante quam erát, pars alia, quæ totum templum circundabat. dicebatur hæc atrium Sacerdotum. reſpondebatque huius atrij porta,
Zach. 8. 40. portæ templi, ſeu partis quæ Sancta dicebatur. Erátque porta atrij è regione portę templi. Inter quas duas portas, iuxta portam templi erat labrum ingens, aqua plenum, quod mare æneum dicebatur: vbi Sacerdotes Sancta ingreſſuri, ſordes eluebant. At iuſta portam atrij, antę labrum hoc, erat altare vbi holocauſta, & offerri, & comburi ſolebant. De hoc altari ſermo eſt. Iubet igitur Propheta vt inter portam atrij, quæ veſtibulum dicebatur, & altare holocauſti plorent Sacerdotes,

cerdotes,& dicát. Parce Domine, Parce populo, quia tuus eſt. quem ex omnibus gentibus tibi delegiſti. Ne permittas vt hæreditas tua opprobrium ſit, Id eſt, ne ſit opprobrium eſſe Iudæum, aut Iſraelitam. Iacit enim opprobrium in victum victor, quod ex victa gente procedat. Quem eſſe verum ſenſum indicant pſalmi, vbi conqueruntur Iudæi, ſe opprobrium factos aliorum. Demum ne permittas, vt dominentur *Pſal.* 43.
nobis fidelibus, & tibi ſacris, nationes infideles, & execrãdæ. 78.
Quæ cauſa erat, vt Iudæi nolent tributa Cæſari pendere. *Matt.* 22.
¶ Porrò iubentur ſacerdotes plorare inter veſtibulum & altare, vt populus, qui in ſequenti atrio conſiſtebat, videns plorare ſacerdotes, lachrymas cum illis miſceret.

Quare dicunt in populis, vbi eſt Deus eorum? Zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Ioel videns oculis propheticis clementiam, qua Dominus vti volebat in populum ſuum, velut admirabundus, & exultans, exilit & dicit, Cur gentes victrices contra Iudæos audent ore ſacrilego dicere, vbi nam eſt Deus, quem ſibi patronum iactant Iudæi? Quinam ſunt dij in vniuerſis diis terrarum, qui eruerint regio- 4. *Reg.* 18.
nem ſuam de manu noſtra? Vbi tandem habitat Deus veſter ô Iudæi? ad illi reſpondent. Deus noſter in cœlo, omnia quæ voluit fecit. Zelatus eſt Dominus terrã ſuam. vidéſq́, *Pſal.* 113.
hoſtes eam ſibi pręripere, zelo ſuo inſurrexit in eos: parcens populo ſuo.

III. PARS.

(1.) *Et reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum: & replebimini in eis.* Cogit me verbum illud, reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo, vt credam, reſponſum hoc fuiſſe per Iſaiam: cum roganti Ezechiæ, & Iſaiæ, & populo Dominus reſponſum dedit, fore, vt Sennacherib fugeret, obſeſſi verò Iudæi rerum abundantia fruerentur. Tertiò, inquit Iſaias, anno ſeminate, & 4. *Re.* 19.
metite: plantate vineas, comedite fructum earum: & quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicẽ deorſum, & faciet fructum ſurſum. Hoc eſt quod ait Dominus nunc, populo reſpondens. Ego mittã vobis fructus terrę: & non mittam malignè: ſed copioſè: replebimini; ait, in eis. Ergo ſenſus Ioelis eſt. Quando Sennacherib preſſerit Iudęos, illi fundent coram Domino preces & lachrymas, quibus Dominus

Dominus per Iſaiam reſpondebit dicens. Ego implebo vos bonis,quibus caretis.

(2.)Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus.Et eum qui ab Aquilone eſt,procul faciam à vobis. Et expellam eum in terram inuiam.& deſertam.Faciem eius contra mare orientale: & extremum eius vſque ad mare nouiſſimum.Et accendet fœtor eius: & aſcendet putredo eius quia ſuperbè egit. Primum verbum facilè eſt,& reſpondet petitioni Sacerdotum, qui ita rogabant Dominum, Ne des hæreditatem tuam in opprobrium. & tu intellige ſic, non dabit Deus vltra Iudæos in opprobium Aſſyriis. licet dederit Babyloniis.Secundum verbum intelliges, ſi aduertas Aſſyrium vocari in literis ſanctis, eum qui ab
Iudit. 16. Aquilone eſt. Nam reuera Aſſyria reſpectu Ieroſolymæ eſt
Iſai. 14. ferè ad Aquilonem.Ideò Iudit ait,Venit Aſſur ex montibus, ab Aquilone. Et Iſaias Aſſyrium vocat fumum ab Aquilo-
Iere.1. ne venientem.vide Ieremiam dicentem, Ab Aquilone pandetur omne malum.Ergo prophetat Ioel fore, vt Dominus longiſſimè eiiciat Sennacheribum à Iudęa. faciens, ſcilicet
Iſai. 37. vt in ſuam terram rediret.vt habetur apud Iſaiam, & in lib.
4.Re.19. 4.Regum. Tertium verbum ita intellige, quod Sennacherib.aufugerit è Paleſtina,per terras inuias, & deſertas in patriam rediens, & conſpectum hominum minimè ſuſtinens, tanto.ſc.licet exercitu amiſſo. Quartum verbum docet nos, quod neſciebamus, id verò eſt Angelus Domini ingreſſus media caſtra hoſtium, percuſsit centum octoginta quinque millia Aſſyriorum. Nam pars caſtrorum anterior (ait Ioel) fugit verſus mare orientale,id eſt,verſus mare mortuum,vbi
Gen. 19. olim Sodoma erat & Gomorra.& pars poſtrema exercitus fugit verſus mare nouiſsimum.id eſt mediterraneum.(nam Ieroſolyma ad orientem habet mare mortuum,.& ad occidentem,mediterraneum.)ſed tam ex mediis caſtris,quàm ex extremis hoſtes ab Angelo occiſi ſunt.Ex quorum cadaueribus putribus, & in ſepultis fœtor aſcendit. Hæc contigerunt Regi Aſſyrio,quia ſuperbè egit, ſuperbiſſima verba
4.Re.19. effuciens.ſcilicet quod nullus Deus poſſet Iudæos ex ipſius manu liberare.¶ Nota,licet credatur, Angelum Domini i-
Iſai.9. gnibus exuſiſſe exercitū Aſſyriorum(iuxta illud, Veſtimētum myſtum ſanguine erit in combuſtionem,& cibus ignis
Iſai. 37. ſine dubio tamen credendum eſt cadauera Aſſyriorum iacuiſſe in terra: vnde fœtor aſcendit,ita enim ait Iſaias, Surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. & in
4.Re.19. 4.Regum dicitur.Cū diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora

pora mortuorum:& recedens abiit.¶ Nota 2.vbi nos habemus,quia ſuperbè egit.Hebræi habẽt,quia magnificauit,vt faceret,id eſt,magnificauit cor ſuum,credẽs vires Dei, viribus eius cedere non poſſe, magnificauit igitur cor ſuum, vt Ieroſolymam aggrederetur.Hactenus ſecundum beneficium,quod Dominus Iudæorum orationi promiſit.

(3.) Noli timere terra: exulta, & lætare, quoniam magnificauit Dominus,vt faceret.(4.) Nolite timere animalia regionis: quoniam germinauerunt ſpecioſa deſerti:quia lignum attulit fructum ſuum: ficus,& vinea dederunt virtutem ſuam. Hoc eſt tertium, & quartum beneficium,quod Dominus promittit,dicens. O terra Iudææ,iam noli timere bruchos, aut locuſtas noli timere pluuiarum,aut æſtus iniurias,quia Domino placet,vt abſq; his calamitatibus omnium bonorum diuitiis abundes. Et vos ô animalia bruta, ne vltra timeatis. quia paſcua veſtra olim amœna,(bruchis,& locuſtis demolita)iam germinant vt paſcua inueniatis, arbores proferunt fructus, ſpeciatim ficus & vinea,opibus fructuum onuſta conſpiciuntur vt videantur agri tempore famis non admiſiſſe fructus ſuos:ſed reſeruaſſe vt eos poſteà diuite copia proferret.Ego verò nõ recolo me legiſſe, famem oppreſſiſſe Iudæos poſt Ezechiã, cuius tempore hæc contigerunt,vſque ad captiuitatem Babylonis.Impleta ergo eſt hæc prophetia.

(5.) Et filii Sion exultate,& lætamini in domino Deo veſtro:quia dedit vobis doctorem Iuſtitiæ: & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum,& ſerotinum,ſicut in principio. Et implebuntur, areæ frumento.& redundabunt torcularia vino, & oleo. Multa cogunt me vt textum hunc de ſolo Chriſto intelligam.Is enim eſt verus doctor iuſtitiæ,promiſſus per Iſaiam, cum ait. Erunt *Iſai.* 30.
oculi tui videntes præceptorem tuum:& aures tuæ audient *&* 55.
verbum,poſt tergum monentis,&c.aliquanto ſuperius,non faciet auolare vltra à te doctorem tuum. Fugiunt hoc loco Hebræi dicentes, hunc doctorem fuiſſe Ezechiam. at textus Ioelis habet articulum,ita enim dicit,dabit vobis illum doctorem,vt de vno aliquo certo ſit ſermo.id eſt; de Chriſto.Et equidem Ezechias nihil docuiſſe legitur, vt doctor dici potuerit,nec omnino iuſtus fuit,vt doctor iuſtitiæ dici
meruerit.Nam eleuatum eſt cor eius,& facta eſt contra eum *2.Par.*37.
ira,& contra Ieruſalem.Iam eicit Ioel,poſt hunc doctorem iuſtitiæ,non confundentur Iudæi in ſempiternum, id verò nullus niſi Chriſtus præſtitit.Si quidem poſt Ezechiã cõfuſi ſunt Iudæi ſub Manaſſe,Ioachim, Sedechia. Meritiſſimè

igitur

oleum effuſum,planè mundus Chriſto plenus, plenus eſt frumento,vino,& oleo.Rurſum,ſi Chriſtus ſua prędicatione implebat terram,iuxta illud,Plena eſt omnis terra ſcientia Domini,& doctrina Chriſti , cum ſuo ſperitu , eſt frumentum,vinum,oleum, lac,aqua,ignis , vnctio , planè per Chriſtum omnia ſunt plana frumēto,oleo,&vino.Demum fideles dicuntur,frumētum erga ſe:per mortificationem.vinum,erga Deū per ſpiritus feruorē:oleum erga proximos, per animi compaſſionem. Si igitur per Chriſtum multi ſunt facti fideles,planè per ipſum, areę redundant frumento,vino atque oleo.Sed iudicio meo ſpecialis mentio fit de torcularibus,vbi redundabat vinum & oleum,vt veniant nobis in mentem martyres Chriſti,qui in tormetis vinum erant per feruorem,& oleum per miſericordiam,vt Stephani mors explacauit. *Can.1.* *Iſai. 11.* *Actio 7.*

Et reddam vobis annos quos comedit locuſta,bruchus , rubigo, & eruca Fortitudo mea magna. quam miſi in vos. EX Adę peccato,vbi hominum innocentia profligata eſt,vſque ad Chriſti prędicationem , per quam eſt reparata , fluxerunt ferè 4. mille anni.in quibus quatuor vitia.(quatuor virtutibus cardinalibus contraria,ſignificata per quatuor illas peſtes, ſcilicet locuſtam, bruchum , rubiginem,& erucam) ita in ſanctitatem,& iuſtitiam deſæuierunt,vt nullum ſanctitatis iam fere veſtigium appareret.At Chriſto prædicante, ita ſanctitas,pietas & iuſtitia rediit , vt nullum vitium præceſſiſſe crederes,maximè ſi ſpectes feruorem,quo turbæ Chriſtum & audiebant,& ſequebantur.Hoc igitur modo Chriſtus recompenſauit demna , quę vitia intulerant mundo. Qua ratione oſtenſa eſt fortitudo,& potētia Domini maxima,quam in nobis exeruit. *Rom.5.* *Ioa.6.8.11.*

Et comedetis veſcentes:& ſaturabimini , & laudabitis vt nomen Dei veſtri,qui fecit mirabilia vobiſcum:&.non confundetur populus meus in ſumptorum Primum ; & ſernandum verbum libentiſſimè ad ſacram Euchariſtiam refero. De qua dictum eſt , edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum: quia rem adeò mirabilem fecit, ſeipſum nobis in ſpecie cibi & potus concedens.Et quia qui manducat hunc panē,viuet in ęternum,rectè dicitur,nō confundetur populus (ſcilicet hunc panē edens) in æternum , Referri etiam poteſt hic locus ad dulcedinem ſpiritualem,quę à viris perfectis etiā in hoc mundo ſentitur,de qua dicitur,Beatus populus qui ſcit iubilationem,Hanc ſancti quleiſſimè eddunt, *Pſal.21.* *Epheſ.4.* *Ioan.6.* *Pſal.88.*

&cum lætitia in enarrabili,laudantes Deum , qui tam mirabile manna hominibus dedit.Neque verò confundentur ſeu pudefient,cum loquentur inimicis ſuis in porta.

Pſal.126. *Et ſcietis,quia in medio Iſrael ego ſum. Et ego Dominus Deus veſter,& non eſt amplius.Et non confundetur populus meus in æternum.*Ex quo Chriſtus nobiſcum eſt, vſque ad conſummationem ſæculi, planè in medio noſtri Deus eſt.iuxta illud.

Matt.vlt. Exulta,& lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael:ſiquidem,ſpecialiori modo Deus nos nunc

Iſai.12. reſpicit,diligit,& tractat,quàm olim, ac ideò rectè ſubiungitur,Scietis,quod ego Dominus Deus veſter,qui per Chriſtum,vos vt amicos,vt filios,& vt quoſdam chriſtos habeo.

2.Tim.4 Et non eſt,inquit , amplius alius Deus Criſtianis:nec eſt quod alium,vltra eum,aut contra eum,colant,aut diligant. Id verò nō gratis illi facient, bonum primium eos propter ea manet: ſiquidem non confundentur in æternum,Et hactenus quintum beneficium , quod Deus populo ſuo , ſub Ezechia in anguſtia deprecanti promiſit. ſcilicet fore vt Chriſtus doctor iuſtitiæ inter homines verſaretur,eoſque viuidè doceret,.

(1) ET erit poſt hæc,Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.(2.) Et prophetabunt filij veſtri,& filiæ veſtra (3.).Senes veſtri ſomniabunt,& iuuenes veſtri viſiones videbūt.(4.) Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis, effundam ſpiritū meum, Non contentus Deus promiſiſſe Chriſtum doctorem, non bellatorem:& eum eo diuitias , & theſauros bonorum ſpiritualium,pergit nunc ſextò promittere aduentum ſpiritus ſancti,benigniſſimè ſe hominibus inſinuātis. Ait ergo,poſt hæc,ideſt,poſt Chriſti aduentum , prædicationem , & copiam gratiæ quam dabat. Effundam de Spiritu meo ſuper

Act.2. omnem carnem,Quod factum ſcimus in die Pentecoſtes. Sed nota prius conſultiſſimè dictum. effundam de ſpiritu. Nam (ſi fas eſt dicere) ſuper Chriſtum totus ſpiritus effuſus eſt, ſcilicet quantum ad omnem effectum ſpiritus,at ſuper nos effunditur,velut pars ſpiritus,id eſt ad particulares effectus. Vide verbum Chriſti ,ſpiritus Domini ſuper

Iſai.61. me,&c.Nota rurſum non eſſe Domini verbum anguſtum, vt intelligatur de ſola Spiritus ſancti effuſione in die Pentecoſtes,ſed eſſe latiſſimum : vt intelligatur , quod à die

Matt.24 Pentecoſtes,vſque ad ſæculi finem , effundet de ſpiritu ſuo ſuper omnem carnem. Si enim prædicabitur Euangeliū in vniuerſo mūdo , erunt etiam pij in vniuerſa carne:ac ideò

in

in omnem carnem ſpiritus effundetur. ô Dei manum largiſſimam. Quanta verò ſit dignitas animæ, in quam Spiritus ſanctus venit, nemo verbis conſequi poteſt ¶ Sed audi quid dicat Ioel Spiritum ſanctum in anima facere. Primum certè, vt prophetent filij, & filiæ Nam ex tempore Apoſtolorum (quando erant multi prophetæ, inter quos Agabus, & alij, vt in Actis Apoſtolorum habetur) vſque ad tempora noſtra multi fuere Spiritu propheriæ ditati. legimus enim multos Sanctos noſtros, fuiſſe prophetas. Secundò Spiritus facit, vt ſenes pij ſomnia cœleſtia, & diuiniſſima ſomnient: & vt viſiones ac reuelationes diuinas videant. Quorum vtrumque norunt Confeſſores, qui ſenes pios, ac pios iuuenes in confeſſionibus audiunt. Tertio, neque Spiritus ſolum afflat homines mundi honoratos, afflat etiam ſeruulos, & ancillulas. ac vilia plerumque mancipia. vt afflauit Oneſimum, Philemonis ſeruum: & huiuſcemodi afflatus quotidie videmus. Nam infirma mũdi eligit Deus, & ea quæ nõ ſunt & quę ſunt deſtrueret, Iam tu lector ob oculos cõſtitue vas illud terreũ, in quod inſpirauit Deus ſpiraculũ vitæ, & factus eſt homo in animã viuentẽ. vide quid erat homo ante ſpiraculum, ſcilicet terra, quid poſt ſpiraculum, ſcilicet homo viuens, Ita vide hominem, ante aduentum Spiritus ſancti in eum. eſt equidem homo terrenus at poſtquam Sſpiritu afflatus eſt Adam cœleſtis efficitur, hæc ſatis de 6. beneficio promiſſo. Quia verò hoc beneficium durat (vt dixi) vſque ad finem ſæculi, ideò Dominus 7. beneficium promittit proximum diei iudicij, dicens: *Actor. 13.11.23.* *Ad Phile monem.* *1. Cor. 1.* *Geneſ. 2.* *1. Cor. 15.*

(7.) *Et dabo prodigia in cœlo, & in terra: Sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.* ¶ *Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit,* ¶ *Quia in monte Sion, & in Ieruſalem erit ſaluatio* (*ſicut dixit* Dominus) *& in reſiduis quos Dominus vocauerit.* Videns Deus multos nullum commodum recipere ex Chriſti aduentu, nec ex Sſpiritus ſancti effuſione, ex alia verò parte volens omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ad hanc ſalutem, & agnitionem prope diem iudicij vocabit, non iam blanditiis Chriſti, & Sſpiritus ſancti: ſed prodigiis horrendis & terroribus maximis. quod eſt ſeptimum beneficium hoc loco à Deo hominibus promiſſum. quod licet omnibus Deũ inuocantibus commodum erit, maximè tamen Iudæis, qui illo tempore viuent. Ergo ante diem iudicij erit primum ſignũ, *1. Tim. 2.* *Rom. 11.*

vt Paulus prænuntiauit, quod Ioel etiam prædicit dicens, in Sion, & Ieruſalem, & reſiduis ex Iudæis, quos Dominus vocauerit, erit ſaluatio. Id eſt Iudæi Ieroſolymitani, qui habitabunt propè Ieroſolymam, & alij. Iudæi ſeruabuntur. non tamen omnes. ſed quos Diuina prædeſtinatio ad fidem Chriſti vocatit, ſcilicet ſcripti in vita, vt ait Iſaias, *Rom. 11* *Iſai. 4.*

CAPVT III.

QVia in calce cap. præcedentis cœpit agere Propheta de die iudicij, docens, quæ ſigna eſſent eum diem præuentura, hoc cap. proſequitur de die iudicij agere. docens, Deum congregaturum omnes gentes in valle Ioſaphat, ad iudicium: quodque eas de quinque criminibus ſit accuſaturus. Speciatim verò quod accuſabit Tyrũ Sidonẽ, & Philiſtæos, de tribus ſceleribus. ¶ Iam ironicè prouocat Dominus gentes, vt cõtra fideles bella gerant, ſcilicet, quia tandem in valle Ioſaphat iudicabuntur. ¶ Tertiò multa ſpecialia de Iudicio tradit. ¶ Quartò quædã de gloria paradyſi declarat. ¶ Quintò pauca docet de dãnatis, ſub nomine Aegypti, & Idumeæ. *Protheoria.*

Q*Via ecce in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda, & Ieruſalem, congregabo omnes gentes: & deducam eas in vallem Ioſaphat.* Dixerat in fine cap. præcedentis futurum, vt Iudæi ante diem iudicij eſſent ad fidem, & pietatem vocandi, nũc addit, in diebus illis, cum ego captiuos Iudæos ad fidem Chriſti conuertero, tunc congregabo omnes gentes, deducens eas in vallem Ioſaphat. Quod ita intelliges. Chriſtus Dominus ſedebit iudicaturus in nubibus cœli, ſuper Ieroſolyma. vt vbi ſuſcepit ignominiam paſſionis, infinitatẽ gloriæ, iudicando demonſtret. Ideò infra Ioel * dicit, Dñs Chriſtus de Sion, & Ieruſalem rugiet contra damnandos: & dabit vocem ſuauitatis glorificandis. Ergo ſi Chriſtus ſuper templo Ieroſolymæ, ſuper Sion, & totam Ieroſolymam ſedem ſuam iudicaturus habebit, neceſſariò in valle Ioſaphat ſub Chriſti conſpectum, omnes iudicandi conſiſtent. Audi Saligniacum, vt quæ diximus credas. Is ita: propè locum vbi Chriſtus orando ſanguinem fudit, ſepulchrũ eſt Ioſaphat, Regis Iuda, pulchra pyramide inſignitum, è regione templi Salomonis. & inde vallis ſortita eſt no- *Ioel. 2.* *Ioelis. 3.* *Matt. 25.* *Saligni. ot. 9. c. 2.*

men illud famoſum, vt dicatur in Scripturis, & hiſtoriis, vallis Ioſaphat, in qua generale iudicium creditur futurum, hactenus ille. Eſt ergo vallis è regione templi, ac ideò, in ea valle ſtatuentur iudicandi, vt iudicem conſpiciant,
1. Theſ. 4. Verùm pij in aëre ſuper vallem conſtent: iniqui in ipſa valle grâues conſtituentur. Docuit igitur ſanctus Ioël, quo loco Dominus iudicaturus ſit, ſcilicet ſuper Siō & templo, & Ieroſolyma: vt reſpōdeat gloria Iudicij iniuriæ paſſionis. & Iudæi in patria ſua videant triumphantem, quem viderant crucifixū. ¶ Porrò videtur hoc loco innui, Iudęos propè tempus iudicij fore captiuos. Ait enim, cum conuertero captiuitatem Iuda &c.

Et diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo & hæreditate mea Iſrael quos diſperſerunt in nationibus: & terram meam diuiſerunt: & ſuper populum meū miſerūt ſortem: & poſuerunt puerum in proſtibulo: & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Ante omnia id ſtatuēdum eſt populum Dei, ſuam hæreditatem, ſuoſque Iſraëlitas, non ſolùm eſſe eos, qui ex Abraham originem duxerunt, ſecundū carnem: ſed eos maximè, qui ſectantur veſti-
Rom. 4. gia fidei Patriarchæ Abrahæ. Nec enim qui in manifeſto, Iudæus eſt, nec quæ in manifeſto in carne, eſt circūcīſio: ſed
Rom. 3. qui in abſcondito, Iudæus eſt, & circoncifio cordis in ſpiri-
Rom. 9. tu, non litera. Et non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Ergo omnes fide-
Iſa. 54. les, & pij dicuntur populus Dei, atque eius hæreditas: ſi-
60. ue ſint ſecundum carnem Iudæi, ſiue Gentiles. Nunc Ioël myſterium nobis reuelat, ſcilicet, quod Chriſtus Iudex diſceptabit in die iudicij cum gentibus impiis, & infidelibus: accuſans eas de quinque criminibus. Primum, quia pios, fi-
Actio. 8. delesque diſperſerūt inter nationes, ſcilicet eos è patrio ſo-
Tob. 1 lo eiicientes: in alieno exulare cogentes. vbi mores & ſectas eorum imbibebant: tanto eorum & periculo, & damno. Ita coëgerunt olim Iudæos, vt inter Babylonios exularent: ſub
4. Re. vlt. Nabuchodōnoſor, & Iſraëlitas, vt exularent inter Medos
4. Re. 17. ſub Salmanaſſar. Ita & Chriſtiani cœperunt diſpergi in prima perſequutione, cum lapidatus eſt Stephanus. Se-
Act. 8. cundum crimen diuiſerunt inquit, terram meam. id eſt, poſtquam pios è patriis finibus impij eiecerunt, eorum terram ſibi diſtribuerunt. Ita fecit Salmanaſſar, qui Iſraëlitas ex auito ſolo deiecit, in quorum locum, multos ex gentibus in terram Iſraëlis adduxit, qui in ea terra habitauerunt. Tertium crimen de quo Chriſtus impios

impios accuſabit,eſt, quod populum Dei ſortiti ſibi ſunt: vt ſolent victores, cum captiuos ſibi ſorte diſtribuunt. Quartum crimen, quod pueris fidelium abutebantur nefando ſcelere.Ita enim habet Machabeorum hiſtoria. Auſus eſt inquit,Iaſon ſub ipſa arce,gymnaſium conſtituere: & optimos quoſque Epheborem, in lupanaribus ponere. Quintum crimen erat,tam vili pretio æſtimare fideles virgines,vt pro vino eas cõmutarẽt.Notandum hoc loco eſt. Nõ ſola hæc crimina quinq; fore in die iudicij accuſanda: ſed hæc,vt generalia,& quæ magnũ Dei,& naturæ cõtemptũ prę ſe ferant,erunt generaliter,& prius accuſanda.Tum accuſabuntur,quæ aliquorum particularia ſunt. *2.Mac.4.*

II. PARS.

Verum quid mihi & vobis Tyrus,& Sydon, & omnis terminus Paleſtinorum? Nunquid vltionem vos reddetis mihi? Et ſi vleiſcimini vos contra me,cito velociter reddam viciſsitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Argentum enim meum, & aurum tuliſtis, & deſiderabilia mea,& pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra. Et filios Iuda & Ieruſalem, vendidiſtis filiis Græcorum: vt longè faceretis eos de finibus ſuis.Ecce ego ſuſcitabo eos de loco,in quo vendidiſtis eos:& conuertam retributionem veſtram:in caput veſtrum: & vendam filios veſtros,& filias veſtras in manibus filiorũ Iuda:& venundabunt eos Sabæis, genti longinquæ. Quia Dominus loquutus eſt. Clamate hoc in gentibus:Sanctificate bellum: Suſcitate robuſtos: Aſcendant omnes viri bellatores: Concidite aratra veſtra in gladios: & ligones veſtros in lanceas:Infirmus dicat quia fortis ego ſum. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos. Dictum eſt, fore vt Dominus omnes gentes in vallem Ioſaphat adducat,vt eas ibi iudicet.Nunc pulchrã facit Apoſtrophen,conuertens ſe ad hoſtes populi Iudaici.quorum primi ad Aquilonem erant Tyrij,& Sydonij.qui habitabant ad Libanum.tum ad occidẽtem erant ij,qui propriè Palæſtini dicebantur,quos Iudæi è terra promiſſionis minimè eiecerunt, & habitabant in 5. præcipuis vrbibus ſcilicet, Gaza,Heth,Aſcalon,Azoro,Accaron.Tertij hoſtes erant Idumęi ad meridiẽ.Inde per circuitum Paleſtinę erant Amalechitæ,quos olim Saul aboleuerat.inde Moabitę. demũ Ammonitę, quos Macabęi ſubiugauerunt.Hos omnes Iudæorum acerrimos hoſtes,perpetuò eorum & nomen,& religionem delere cupiẽtẽs nũc *Vide Zieglerum,& tabulas terræ ſanctæ.* *Ioſue 11.d* *1.Reg.15.* *1.Mac. 5.* *Pſal.28.*

alloquitur Dominus, dicens. Vos ô Tirij Sidonij, & reliqui Iudæis contermini, & limitanei, quid contra me odij habetis? Cur Iudæorum quam ego inſtitui religionem deſtruere conamini? Num quia ego per Iudæos Palæſtinas gentes deleui, vos contra me armamini, & vltionẽ ſumere
Ioſ. 15. adornatis? Si vlciſci vultis, ego citius vltionem de vobis ſumam, tum in die iudicij tum ante iudicium, quod licet vobis videatur differri, cum venerit tamen, citò venire vide-
2.Pet. 3. bitur ſunt enim mille anni, velut vnꝰ dies. Pretioſa quæque & pulcherrima, quæ in Iudæa inueniſtis in odium mei, in templa idolorum veſtrorum intuliſtis. & filios Iudæorum captiuaſtis, & vendidiſtis mercatoribus Græcis, vt pueros abſtraheretis à ſua religione. ab ea, ſ. longè diſtantes. (Nec enim parũ Græcia à Paleſtina diſtat.) Ego verò odiũ hoc veſtrum in caput veſtrum reiiciam. Nã quos Iudæos Græcis vendidiſtis reducam in patriam ſuam. ſubigéntque vos Iudæi, qui filios veſtros vẽdent Sabæis (vnde regina Saba venit) genti adeò diſtanti.

Eia igitur hoſtes nominis mei, clamate voce præconis: indicite bellum cõtra fideles meos: deligite viros robuſtos, militiæ aſſuetos, qui militum duces ſint: veniant multi bellatores. Si tantæ multitudini deſunt arma, concidite vomeres, & ligones, vt inde arma fiant. animamini, induite viros prorumpite. aggredimini. At ego vos tandem in valle Ioſaphat occumbere faciam, non debiles modo, ſed robuſtiſſimos. Erit verò, ô quam miſerrimus veſter occubitus. Hic literę ſenſus. Nunc quędam, minutiora ſunt audiẽda. ¶ Primum, hoc loco Dominus loquitur non ſolum cum Tyriis & Sydoniis, & iis, qui propriè Paleſtini dicebantur: ſed cum Idumæis etiam, Amalechitis, Moabitis, Ammonitis. Ait enim. Quid mihi & vobis Tyrus & Sydõ, & omnes termini Palęſtinæ. At omnes gentes dictę habitabant in terminis Palęſtinę, vt in eius tabulis eſt videre. Odium verò Tyriorũ
Pſal. 82. cõtra Iudęos habes in pſal. cũ dicitur. Aduerſum te teſtamẽtum diſpoſuerunt alienigenę, cum habitantibus Tyrum: i-
Amos.1. tem Amalech, Moab & Ammon. vide etiam in Amos, ex quibus locis lucidior noſter hic textus euadit. ¶ Quod verò deſiderabilia Dei eius hoſtes in ſua intulerint delubra,
1.Reg. 5. cognoſces, ſi in memoriam reuocaueris arcam Dei à Philiſteis captam, & in templum Dagonis illatam. ¶ Iam quod Tyrij & Philiſtæi vendiderint filios Iudæorum Gręcis, id planè faciebant de more victorum, qui victos quibus

volunt

volunt diuendunt & cum Græci mercatores, in Tyro facerent mercaturam,vt eſt apud Ezechielem,facilè erat Tyriis, Iudæos vendere Græcis.¶ Quartò quòd Dominus reduxerit Iudæos venditos,& quod Iudęi vendiderint hoſtes ſuo, Sabęis genti tam remotæ,credo factum ſub Machabæis:hi enim victoriis ducti facilè hoſtes vendere poſſent,etiam Sabęis.nam & hi in Tyrum veniebant,ad mercimonia (vt eſt in Ezechiele loco citato) ac ideò venire poterant in Palaſtinam ad ſeruos emendos. Vocatur porrò Saba terra longinqua:Nam Chriſtus dicit Reginam Saba veniſſe à finibus terræ,vt audiret ſapientiam Salomonis.¶ Quintò nota, hęc quę diximus omnia ita Iudęis contigiſſe, ad verbum contingunt heu & nobis, quos Deus loco Iudæorum delegit. Ergo eadem eſt apoſtrophe Dei contra hoſtes noſtros,quia ſui hoſtes ſunt,quę dicta eſt cōtra hoſtes Iudęorum: qui non tam hoſtes eorum erant, quàm Dei Habent verò antiqui Iudęorum hoſtes noſtrorum hoſtiū figuram. Omnia enim Iudęis in noſtri figuram contingebant.

Ezec.21. *Ezech. 27.* *Mat.12.* *1.Cor.10.*

III. PARS.

Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat: Quia ibi ſedebo,vt iudicem omnes gentes in circuitu. ¶ 2.Mittite falces,quoniam maturauit meſſis.Venite,& deſcendite:quia plenum eſt torcular. exuberant torcularia. Quia multiplicata eſt malitia eorum. ¶ 3.Populi, Populi in valle conciſionis: quia iuxta eſt dies Domini,in valle conciſionis. ¶ 4.Sol,& luna obtenebrati ſunt:& ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.

Tradit Ioel, quę futura ſunt ſtatim ante iudiciū.Primū, futurū eſt, Deus iubebit Angelis,vt eorum miniſterio omnes gentes ſurgant, veniántque in vallē Ioſaphat.Ita dominus. mittet Angelos ſuos cū tuba, & voce magna,& congregabunt electos,&c.Omnes, inquit Paulus, Reſurgemus,licet non omēs immutabimur.Reſurgemus porrò in momento: in ictu oculi:ad clangorem nouiſſimę tubę.Clangent enim tubę, &cęt. Nam dominus in iuſſu & voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo:& mortui,quę in Chriſto ſunt reſurgent primi. Admonet nos porrò Dominus, prius quidem, quod ſedendo iudicabit: ait enim, quia ibi ſedebo.ita & ipſe dicit, Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, venientem cum nubibus cœli.Rectè igitur in authentica de iudicibus dicitur, Sedebunt iudices

1.Cor.15. *1.Teſſ.4.* *Mat.14.* *Auth.de Iudicibus.*

iudicaturi. Secundò admonemur, Chriſtum iudicaturum gentes in circuitu. Cum enim tribunal Chriſti fuerit ſuper Ieroſolyma collocatum, omnes gentes conſtituntur in circuitu tribunalis, vt à Iudice, & Apoſtolis aſſeſſoribus iudicentur. ¶ 2. Pergit Dominus præcipere Angelis, dicens. Mittite falces, qui à matu.me. Venite, ſcilicet è cœlo. Hanc rem
Matth.13. Dominus dignatus eſt ſuo ore docere, dicens. Meſſis eſt conſummatio ſæculi. meſſores autem Angeli ſunt. & infra,
Eodem. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Quia verò non poſſunt Angeli ſua poteſtate mortuos ſuſcitare, ideò datur cuique falx, id eſt poteſtas, primum ad necandos omnes, qui tunc viui inuenientur: tum ad excitandos omnes mortuos: tum demum ad ferendos eos in vallem Ioſaphat, ideò in Apocaly. An-
Apoc.14. gelus dicit Chriſto, Mitte falcem tuam. & mete, quia venit hora, vt metatur. quoniam aruit meſſis terræ. Ergo poteſtas ad occidendos viuos, eſt falx, qua homines è terrá, & è vita detrahũtur. Exponit porrò Dominus, cur Angelis præcipiat vt homines occidant. ſ. quia iam maturuit meſſis: quia iam plenum eſt torcular: quia redundant torcularia. & horum cauſſam dicit eſſe, quia multiplicata eſt malicia mortalium. quod ita intellige. Æſtus qui maturat fruges eſt tribulatio, ſiue perſecutio, vt Dominus ipſe in parabola ſementis ex-
Matt.13. poſuit, ergò quia propè diem iudicij impij pios maximè perſequentur (vt Dominus prædixit) ideò tunc matura
Matt.24. nimis meſſis erit. & quia tunc ſanguis Martyrum maximopere fundetur, velut muſtum ex vuis, in torculari compreſſis, ideò inquit, tunc plenum eſt torcular &, exuberant torcularia martyrũ ſanguine, ſcilicet quia multiplicata erit
Matt.24. tunc infidelium fideles torquentium malitia. Erit enim tribulatio tunc magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſq; modo, neque fiet. ¶ 3. Videns Ioel, angelorum miniſterio mortales omnes in vallẽ Ioſaphat cõuectos, admirabundus clamat. Populi, populi: id eſt, ô quã ſunt innumerabiles populi in valle Ioſaphat, expectantes aduentum Chriſti in ea valle iudicaturi? Verè Propheta, meritiſſimè clamãs. quis enim non ſtupeat videns in ea camporum planicie, & in aëre omnes, quotquot fuerunt, & quot futuri ſunt homines?
Vide Herodotum. Si exercitus Xerxis erat admiranda ni[illegible]is, quàm erit admirandus exercitus ille Dei? ¶ Porrò vallis Ioſaphat vocatur vallis conciſionis. Conſilio Hebræis eſt חרוץ charuz. quod ſignificat. ſententiam conciſam, ac breuem.

Non

Non igitur erit in allegandis iuribus mora, ſententia breuis in ea valle contra impios,& pro piis feretur, quę qualis futura ſit, apud Matthæum inuenies. ¶ 4. Porrò quia *Mat. 25.* Chriſtus veniet, infinitate lucis reſplendens, quæ lux lucem *Marc. 13.* Solis, Lunæ,& Stellarũ velut extinguet, ideò Chriſto deſcendente ad iudicium, dicit Propheta, Solem obtenebrandum, & Lunam,&c. Vbi nota, non loqui Prophetam hoc loco de obtenebratione Solis, & Lunæ priore.ea enim Iudicium pręcedet.ſed loquitur de poſteriore obtenebratione, *Marc. 13.* quæ poſt excitatos homines ad iudicium ex Chriſti venientis luce & gloria procedet.

¶ 5. *Et Dominus de Sion rugiet: & de Ieruſalem dabit vocem ſuam, & mouebuntur cæli & terra. Et Dominus ſpes populi ſui: & fortitudo filiorum Iſrael.* Docet Propheta quomodo, & vbi Chriſtus iudicabit. Nam iudicabit voce vehementi, ad modum rugitus, id vero maximè, quia vox eius erit tam grandis, vt ab omnibus hominibus ſit audienda. Igitur diſceptatio tam cum gentibus (quam Ioel hoc capite dixit) quàm *Matt. 18.* cum Iudęis, (quam Chriſtus apud Matthæum pronunciauit) voce vehementiſſima, id eſt, quæ longiſſimè audiatur, fiet. Eam vocem dabit Chriſtus, de Sion,& de Ieſuralem. quia vt hoc capite dictum eſt, tribunal Chriſti conſtituetur ſuper Sion & tota Ieroſolyma, vt, vbi Chriſtus coram omnibus paſſus eſt, coram omnibus Iudicis officium exerceat. Porrò ad eam Chriſti vocem cœli mouendi ſunt & terra, Cœli trement,& terra, Chriſti maieſtatem expaueſcentia. *Pſal. 67.* Nam etiam cum Deus tranſiret in deſerto, terra mota eſt,& cœli diſti.lauerunt. Quid igitur facient, cum Deus dabit illam vocem ſuam? ideo dictum eſt, Virtutes cœlorum mo- *Mat. 24.* uebuntur Sed in tanto cœlorum,& terra tremore,& pauore pij fiduciam in animo ſentient, ſpem concipient, fortitudinem inuenient, hi qui filij ſunt Iſrael. non qui ſolum ex eius carne deſcendunt, ſed qui eorum fidem & innocentiam ha- *Suprà initio huius cap.* buerunt. Tacitè hoc loco docemur, ſi Sancti tunc confident, ò quàm ſunt impij deſperaturi. Si cœli & terra quæ non ſentiunt pauebunt Iudicis iram, quam pauebunt corda impiorum, qui totam tragediam ſibi imminere conſpicient.

IIII. PARS.

ET ſcietis quia ego Dominus Deus veſter (2) habitans in Sion, in monte ſancto meo. (3.) Et erit Ieruſalem ſancta: & alieni nõ tranſibunt.

bunt per eam amplius.(4.)*Et erit in die illa ſtillabunt montes dulcedinem,& colles fluent lacte,& per omnes riuos Iuda,ibunt aquæ* (5.) *Et fons de domo Dauid egredietur,& irrigabit torrentem ſpinarum.* Poſtquàm Chriſtus ſecum,in gloriæ æternitatem pios adduxerit inquit,Scietis,quod ego Dominus,At hæc eſt vita æ-
Ioan, 17. terna,vt cognoſcant te. Quam ergo ſapienter beatitudinis precipuum colorem depinxit,cum dixit,Et ſcietis, quia ego Dominus?id eſt cognoſceris perfectiſſima cognitione Dominum Deum,ingreſſi in abyſſum,in infinitatem, in theſauros illos Diuinitatis.Addit ſecundum colorem, ſcietis, quia
Ioan. 16. ego Deus veſter,id eſt,quod ego ſum æterna poſſeſſio veſtra gaudium enim illud nemo tollet à vobis.At quid non poſſidet,qui poſſidentẽ omnia poſſidet?Omnia veſtra ſunt inquit
1.Cor..3 Paulus,&vos Dei,adde,& Deus eſt veſter.merces veſtra ma-
Geneſ. 15. gnanimis, Addit Ioel tertium.ſcietis quod ego Dominus habitãs in Sion monte ſancto meo.habitãs in gloria perenni,in palaciis pulcherrimis:in aulis æternitatis.Videbunt Regem in decore ſuo,id eſt,videbunt maieſtatem domus eius, quæ
Iſa.33. tantopere vincit domum Salomonis,quam Regina Saba vi-
3.Re.10. dens ita miratur.Addit quartum.Erit Ieruſalm ſancta,& alieni non tranſibunt per eam. Poſuit enim ciuitatem illam glorioſam,vt altiſſimum refugium.non accedet illuc malum
Pſal. 90. nec flagellum illo appropinquabit.Nulla ibi erit aut culpa,
Apo.21. aut pœna. Abſterget enim Deus ibi omnem lachrymam. mors vltra non erit,neque,luctus,neque clamor, neque do-
Eodem. lor erit vltra Sanè quia non intrabit in eam aliquid coinquinatum,aut abominationem faciens,& mendacium.¶ Dictu rus quòd è textu reliquum eſt,ſtatuo primum excommuni Eccleſiæ conſenſione,in cœleſti patria, quatuor futuros ex hominibus ordines ſanctorum:primi ſunt Martyres. qui ſunt
Vt Cypria illuſtrior portio gregis Chriſti:ac ideo montium nomine
nus dicit. nuncupati. Et quia per eorum vulnera, ſeu cicatrices, aureolæ velut ſtillat & promicat ſplendor,quem videntes ſuauiſſima voluptate perfunduntur,ideo martyres in patria dicuntur montes ſtillantes dulcedinem.¶ Secundus ordo eſt
Vt Au- virginum.qui colles dicuntur, id eſt excelſi quidem, at non
ſtin. dicit. tantopere.vt martyres.hi fluent lacte,lacteo enim & niueo candore fulgebunt.¶ Tertius ordo Doctorum eſt, qui riui dicuntur,nam eorum doctrina Eccleſia irrigata eſt.Eſt enim Sapientia à qua ſalutaris, qua animæ humectatæ verſus cœleſtia fructus producunt.At hi Doctores in patria, implebuntur ſcientia meliore. riui igitur aquis replebuntur.

id eſt

id eſt, Doctores ſcientia humanitus parta fluentes, in cœlo ſciētia Diuinitus infuſa, ex ipſo ſapiētiæ fonte accepta exundabunt. ¶ Quartus ordo continet reliquum confeſſorum, & pœnitentium vulgus, hos in hac vita fluentes, contritos ac pœnitentes fons de Christi corpore natus, irrigabit, refrigerabit, exhilarabit. Ergo fons Chriſti irrigabit vallem ſpinarum: id eſt vallem ſeu infimum locum pœnitentium, qui latinis ſpinæ, Hebræis vocantur ſitim. Quia in ſitim Iudæi boni vidētes alios Iudæos peccantes, ante fores tabernaculi flebant, ac ideo pœnitentium vocem gerebant ¶ Tu verò lector interim crede Ioelem, cum hæc cecinit, vidiſſe montes vineis conſitos: ac ideo velut dulcedinem vini diſtillantes. vidit colles armentis conſertos, ac ideo lacte redundantes. vidit riuos plenos aquis, ad ideò hortos amœniſſimos facientes. vidit fluuium è templo Dei egredientem adeò æſtuantem; vt ripas excedens etiam terminos Moab, vſque ſitim peruaderet. ac ideo fertiliſſimum annum promitteret Sunt vero dulcedo vini, copia lactis, amœnitas fructuum, abundantia frugum omnia bona terræ, ac ideò omnia bona cœli ſignificantia, quæ explicari grandioris ingenij opus erit. *Num. 25.*

V. PARS.

Aegyptus in deſolationem erit: & Idumea in deſertum perditionis: pro eo quod inique egerunt in filios Iuda: & effuderunt ſanguinem innocentem in terra ſua. Tradit Propheta pauca de damnatis, quia loquutus hactenus fuerat de beatis. Damnatos verò ſignificari per Idumæam, nemo neſcit. Eſt enim Aedom, *Malac. 1.* Eſau, de quo dictum eſt, Iſrael dilexi, Eſau verò odio habui. *Rom. 9.* Odio porrò haberi, eſt damnatum eſſe. Rurſum certum eſt etiam Aegyptum ſignificare damnatos. vocatur enim Aegyptus Miſraim, qui fuit filius Chanaan. De quo dictum eſt, Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus *Geneſ. 10.* ſuis. Tu vero ne quæras peiorem maledictionem. quā damnatorum. Igitur damandati fidei noſtri hoſtes, erunt in de- *Gene. 9.* *Matt. 25.* ſolationem, & in deſertum perditionis: id eſt in pelagus omnium malorum, in carentiam omnium bonorum. Ne quæras mala maiora. Subdit cauſā cur in abſentiā omnis boni deciderint, certè quia licet nullum aliud crimen admiſerint id vnum ſatis eſt, quod iniuriis affecerint fideles, & bella

con-

continua contra eos gerentes,eorum ſanguinem effuderint,licet id zelo ſuæ ſectæ perfecerint.

Et Iudæa in æternum habitabitur: & Ieruſalem in generatione & generationem.(2.)*Et mundabo ſanguinem eorum,quem non emūdaueram.*(3.)*Et Dominus commemorabitur in Sion.* Non eſt ſermo de Iudæa,ac Ieroſolyma corporalibus,hæc enim à mille quingentis annis à fidelibus non habitatur, ſed à Mauris infidelibus.Sermo igitur eſt de Iudæa,& Ieroſolyma cœleſtibus. Dequibus in calce prophetiæ voluit Propheta habere ſermonem, dicens. Patriam illam perpetuò habitandam:nec enim ex ea,aut hoſtium violentia,aut iniuriæ cœ-

Pſal. 56. li ſuos ciues eiicient.¶ Pulchrum verò eſt ſecundum quod ſubdit. Mundabo inquit ſanguinem, vbi id nota,ignis ille

2.Pet.vlt. qui è Chriſti throno in die Iudicij prorumpet, omnia elementa,imò & ipſos cœlos exuret.vt nos Petrus docuit.Exuret verò velut emundans ſcelera hominum,quos elementa conſtituerunt,cœli fecerūt,&nutriuerūt·At ex uſtis cœlis & elementis mundatus erit omnis omnium hominum ſan-

2.Pet.3. guis,ſeu fœditas culparum, qui vſque ad id tempus mundatus non erat.Erunt igitur tunc cœli noui, nouaque terra.

Apoc. 21. ¶Per verba extrema Ioel iudicauit finem extremum orbis terræ. Senſus enim eſt, Iam non neceſſe habebit Deus habitare inter nos in vrbibus noſtris:nec in templis terræ: nec in Sacramento Euchariſtię. ceſtabunt hęc omnia. Habitabit do minus in ſumma illa cœlorum arce & ſpecula cum omnibus Sanctis ſuis, terrarum tumultibus derelictis.

* * *

IN AMOS

IN AMOS.

CAPVT I.

ADMONET Propheta finitimas Iudęis nationes, calamitatis ſuper eas venturę. Præcipuè verò Iſraelem admonet eius vaſtitatis, quam ei Rex intulit Salmanaſſar. Cuius etiam admonuit huius Prophetę coæuus Oſeas. vt ita admonitus Iſrael à peccatis reſiliat, vt Deus pœnam peccatis promiſſam minimè inferat. *Argumentum.*

VErba Amos qui fuit in paſtoribus Tecue, quæ vidit ſuper Iſrael, in diebus Oziæ Regis Iuda: & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael, ante duos annos terræ motus. Docuit nos Hieronymus hunc Amos *Hieron.*
non fuiſſe illum Amos, qui fuit pater Iſaię, licet enim in ſermone Latino, eodem modo vterque nominetur, atqui apud Hebręos differentibus literis ſcribuntur, & diuersè proferuntur, & diuerſa ſignificant. Hic enim noſter populum auulſum ſignificat, ille verò fortem. ¶ Porrò noſter Amos non fuit olim Propheta, aut filius Prophetæ, id *Amos 7.*
eſt, non fuit ex collegio religioſorum, Prophetæ, & filij Prophetarum nominabantur. Erant enim tunc collegia, ſeu monaſteria hominum piorum, qui erant Prophetę, aut ita dicebantur, vt in multis locis librorum Regum, eſt vide- *4. Reg. 2.*
re. Non erat ex his noſter Amos: ſed natus, & educatus fue- *4. 6.*
rat inter eos, qui pecora paſcebant in regione Tecuę. Eſt *2. Par. 11*
autem Tecua nomen vrbis, quam Roboã filius Salamonis ædificauit. diſtãs à Bethlehẽ ſex milliaribus, vt habet Hieron. & à Ieroſolyma nouem milliaribus, vt Zieglerus do- *Hieron.*
cet, & Calixtus. Porrò Tecuæ adiacet grandis ſolitudo, quę *Zieger.*
ideò deſertum Tecuæ in literis ſanctis nominatur. vt legere eſt in lib. Paralypom. & Macchab. Hoc deſertum com- *2. Par. 20.*
modiſſimum eſt paſcendis armentis. ac ideò plenum pa- *1. Mach.*
ſtoribus eſt. Inter quos erat Amos vnus, ſua paſcens armen- *9.*
ta. Inde afflatus ſpiritu Prophetico Propheta factus eſt.

¶ Ait igitur. Hęc verba quę ſequuntur, vidit Amos, qui fuit paſtor. Dices, quomodo verba videri poſſunt? audiuntur enim non verò videntur, Atqui, Amos vult docere ſe vidiſſe Deũ, hęc ſuę prophetię verba loquẽtẽ. vt ſit ſenſus. Verba, q̃ Amos vidit à Deo dici. Quâ ratione conciliauit ſuis dictis canonicã auctoritatẽ. Accipe & illud. Lumẽ Propheticũ non

ſolum

ſolum oſtendit verba:ſed & multa prætereà facta,quæ compræheduntur ſub nomine verbi: vt ſit ſenſus, verba & res, quas Amos lumine prophetico vidit.

3.Re. 14. & 15. ¶ Mirari interim libet, quam increbuerint prophetę tempore horum Regum. ſcilicet Ozie & Ieroboam. videlicet quia hi victoriis multis inclareſcebant. Ergo conſilium Dei erat,vt verba prophetarum frenarent, quos victoriæ faciebant effrenes.adde, volebat Dominus Iſraelem,& finitimas nationes propter ſcelera punire. ideò prophetas illis mittebat frequentiores. ¶Præmittam caligo, quã terræ motus hic(de quo tradit Amos)nos offuſcat.ſ.Quis fuerit hic terrę motus,&quando contigerit?Cauebis lector duos hic errores Rabinorum,& Latinorum,qui parum hæc examinantes,nimis Rabinorum veſtigiis adhærent. Prior eſt. Dicunt Rabini hunc terræ motũ eodẽ eſſe cum terrę motu.de quo inquit Iſaias, quod commota ſunt ſuper luminaria domus Domini. adduntque eo die, quo terræ motus ille contigit, fuiſſe Iſaiam ad functionem propheticam electum. Hoc ſecundum credo falſum:at primum eſt impoſſibile. Nam terræ motus de quo Iſaias, contigit anno ipſo quo Ozias mortuus eſt:vt ipſe Iſaias teſtatur: atqui, eo anno non potuit contingere terremotus, de quo noſter Amos, quod inde probatur.Anno quo electus eſt Amos propheta, viuebat Ozias,& Ieroboam.vt ipſe ait,cum dicit,verba Amos,quæ vidit in diebus Oziæ & Ieroboam. biennio verò poſt electionem Amos contigit terræ motus ipſius. at poſt Ieroboam vixit Ozias,non ſolo biennio,ſed quatuordecim, aut quindecim annis.(Siquidẽ anno.8.Ozie moritur Ieroboam. ſuperuixit verò Ozias, vſque ad quinquageſimum ſecũdum ſui regni annum: vt tradit hiſtoria Regum.) Ergo vt minimum terræ motus Iſaiæ eſt poſterior terrę motu Amos 14. annis:per quos fuit poſterior Ozias, quàm Ieroboam,Hæc attento Lectori ſunt euidentia.

Rabini. *Iſai.6.* *Eodem.* *Amos 1.* *Eodem.* *4.Reg.*

2.Para. 26. Pergunt Hebræi, inter quos Ioſephus: poſt quem Latini ferè omnes,dicẽtes,Hunc terræ motum,de quo tradit Amos tunc contigiſſe,cum Rex Ozias voluit,incenſum in altari adolere,cui Sacerdotes 80.reſtiterũt,&Regis culpam Deus ea pœna vindicauit, vt leproſus Rex eſſet ſimulque tremor terram cõcuteret,terræ motu de quo tractat Amos.Sed hoc eſt impoſsibile. Nam vt ipſe Ioſephus tradit, Ozias poſt quàm percuſſus eſt lepra, paulò poſt mœrore animi confectus occubuit:cum regnaſſet annis 52.& Abulenſis vult.quatuor aut

Ioſephus lib.9.ant. cap.11. *Abulen. 4.Reg.c. 5.q.5.*

tuor aut quinque annis vixiſſe leproſum. Ergo culpa Ozie
contigit.48.regni ſui anno,plus minus:ædificatis iam mul-
tis ciuitatibus:partis iam multis victorijs:ſtructis iam turri-
bus Ieruſalem:cõſtructis turribus munitiſsimis in ſolitudi- *Eodem.*
ne.tunc inſolens factus,& eleuato eius corde in interitum
ſuum(vt ait S.Scriptura)adoleuit incenſum.at verò terremo- *2.Par.26.*
tus noſtri Amos contigit antea multo.Nam electio Amoſi(vt
nunc dicebam) facta fuit viuente Ieroboam Rege Iſraelis.
poſt eam electionem, biennio contigit terræ motus: finge
tunc mortuum Ieroboam, præceſsit igitur terremotus A-
moſi oblationem audacem Ozie per octo annos, vt mini-
mum. ¶ Ergo rem ita accipe.Regnant ſimul Ozias in Iuda, *4.Reg.15.*
& Ieroboam in Iſrael. Ozie verò anno 20. plus minus pro-
phetant Oſee,Ioel,Amos,Iſaias, Ionas.vt Hieronymus ex *Hieron.*
Euſebio auctor eſt in Chronicis.Anno igitur Ozie 22. plus *Euſeb.*
minus contigit terremotus noſtri Prophetæ. vt ipſe teſtatur.
Porrò anno Ozie 38. moritur Ieroboam. vt libri Regum
docent.Anno Ozie 48.plus minus adolet incenſum ipſe, vt *Amos 1.*
Abulenſis probat Anno eius 52.terremotus Iſaiæ contigit: *4.Reg.15.*
&Ozias mortuus eſt.vt Iſaias aſſeuerat. iam vides, quan- *Abulenſ.*
tum præceſſerit terremotus Amoſi, terremotum Iſaiæ. *Iſai.6.*
¶ Non ego tamen,quin contingere potuerit alius terromo-
tus, Ozia incenſum adolẽte.ſed erit alius ab eo,quem tradit
Amos.

Notandum verò,Amoſum,vel hanc prophetiam.ſcripſiſ-
ſe poſt terremotum.vel ſi ſimul ac propheta factus eſt,ſuam
propheriam ſcripſit,prænunciauit,futurum poſt duos annos
terromotum.Porrò fuit terremotus hic maximè horrendus
fugerunt enim Iudæi tunc è ſuis ciuitatibus in agros, vt te-
ſtatur Zaccharias dicens fugietis, ſicut fugiſtis à facie terre- *Zacha.*
motus in diebus Ozie Regis Iuda. *14.*

Et dixit, Dominus de Sion rugiet:& de Ieruſalem dabit vocem ſuam:& luxerunt ſpecioſa paſtorum:& exſiccatus eſt vertex Carmeli.
Et dixit,ſupple,Amos,Dominus de Sion rugiet.Reuelatum
eſt noſtro Prophetæ,fore vt Deus è Sion, rugiturus eſſet.id
eſt,quod eſſet ęditurus vocem terribilem, atque nimis hor-
rendam:admodum quo rugit leo:cuius diuinæ vocis hor-
ror marceſſere,& laſſari fecit herbas, eius deſerti in quo e-
rat Amos,& exſiccauit verticem Carmeli virentem: vbi pa-
ſcebat Propheta. ¶ Dicitur Dominus è Sion rugire,& è Iero-
ſolyma,ſcilicet è templo,quod Sioni adiacebat. Quia dice- *Pſal.10.*
batur Deus in templo illo ſedere.ac ideò vocẽ ſuã dare.Tri-

tum enim illud eſt. Dominus in templo ſancto ſuo, Domi-
Abac.2 nus in cœlo ſedes eius. Et item. Dominus de templo ſancto
ſuo: ſileat à facie eius omnis terra. Ac ideò dicebatur Deus
Pſal.47 habitare in Siō, & Ieroſolyma iuxta illud. Magnus Dominus
& lau. nimis: in ciuitate Dei noſtri, in mōte ſancto eius: & itē.
Pſal.73 Mons Siō, in quo habitaſti in eo. Cū enim in Sion, eſſet tem
2.Reg.5 plum & Regia Regum Iudæ, ibi ſpecialiter dicebatur Deus
habitare. ¶ Porrò noſter Amos, de ſpecioſis paſtorum, ipſe
Hieron. paſtor tractat, vt Hieronymus elegantiſſimè tradit. loquitur
enim quiuis facilè, de functione, quam manibus verſat. Tra-
1.Reg.25 ctat item Amos de Carmelo, ſ. de eo monte, vbi Nabal pa-
ſcebat pecora ſua. in ſexto lapide Chebronis. vt Zieglerus
habet. Is mons non longè diſtat à Tecua. nam alius mons
3.Reg.18 Carmeli, vbi Elias, poſt ſacrificium, occidit Prophetas Baal,
eſt in tribu Zabulonis, longiſſimè à Tecua diſtans. ¶ Fuit
verò tam horriſonus Dei è Sione rugitus, vt Amos videret
loca deſerti amœna triſtari, & verticem Carmeli ſiccari. vide-
licet, quia rugitus domini prænuntiabat væ, calamitatem, &
vaſtitatem, non ſolum finitimis nationibus: ſed etiam Iudæ,
& Iſraeli. Nam rugitus Domini fuit. ſuper tribus ſcelerib.
Damaſci, & ſuper quartum non conuertam, &c.

HAEC dicit Dominus ſuper tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum. eo quod triturauerit in plauſtris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Benadad. Et conteram vectem Damaſci: & diſperdam habitatorem de campo idoli: & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenem, dicit Dominus. Damaſcus lo-
Geneſ.4 cus eſt, vbi dicitur occiſus Abel à fratre ſuo Cain. qua cau-
ſa locus dictus eſt Damaſcus, id eſt ſanguinem bibēs. Hęc
Hieron. in Ezech.27 Hieron. in Ezechielem. Damaſcum ædificauit Chore filius
Ædom, vt idem Hiero. habet in c.4. Threnorum. Vocatur
Hieron. in c.4. Threnorum. in S. literis Aram Syriæ, cuius caput Damaſcus eſt, vt habet
Iſaias, & idem Hieron. in c.17. Iſaiæ. Erat porrò tempore A-
Iſai.17 mos, ciuitas longè clariſſima. Ideo de eo prima mentio facta
Strabo. eſt. Audi quid de ea dicat Strabo. Damaſcus vrbs eſt inſignis,
omnium ferè nobiliſſima, quæ ſunt in ea regione Perciæ vi-
cina. ¶ Plauſtra ferrea, non debent intelligi rotæ currus,
ſed inſtrumenta quædam lignea dentes ferreos ſubtus ha-
bentia quibus frumenta agricolæ triturant: & comminuunt.
Huiuſmodi raſtris, ſeu tribulis crudeliſſimus Hazael miſe-
ros Galaaditas: & diſcerpſit, & contriuit: itaque homines,
vt faſces ſubdebat, tribulos verò ſuper homines inducebat,

ac ita eos comminuebat.ò credeliſsimæ feræ truculentiam. forſan & ferrea plauſtra Hazael, ſuper Galaaditas imponebat, vt eos ita contereret. Nam Dauid carpenta ferrea impoſuit ſuper Amonitas. ¶ De Galaad dictū eſt in Oſea. Quis fuerit Azael, habetur 4. libr. Regum 8. erat enim ſeruus Benadam Regis Syriæ, & Damaſci. ſed Dominum ſuum decumbētem occidit, & eius regnum inuaſit: vt ei Eliſæus prænunciauerat. regno igitur vſurpato, Iſraelem percuſsit, vaſtauitque omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manaſſem. Sed ſpeciatim ſæuiit in Galaaditas, eos ac ſi paleæ eſſent, immaniter triturans. vt hoc loco dicit Amos. Nihilominus afflixit Iſraelem omnibus diebus, quibus Ioachaz in Iſraele regnauit. Sequitur dicendum, quis fuerit Benadad. Duo fuerunt eo nomine Syriæ Reges. Prior fuit Dominus Azaelis, quem vt diximus nunc, occidit Azael. Is vt ego exiſtimo, conſtruxit palacia, & magnificā domum in Damaſco. Poſterior fuit filius Azaelis, vocatus etiam Benadad. forſan & is etiam regiam Regum Damaſci auxit, & ornauit. Eius igitur domum & palacia igni abſumenda prædicit Amos. Iam dicendum, quid ſit vectis Damaſci. Fateor alicubi dici, viſitabo ſuper Leuiatham ſerpentem vectem. Sed hoc loco ſignificari arbitror per vectem fortitudinem portarum & ferreorum, quibus claudebantur vectium. Siquidem olim magna pars munitionis vrbium vectes erant. lege Deutero. Vrbes, inquit erant munitæ muris altiſsimis, portis & vectibus, & apud Ieremiam loquentem de Cedar. Non oſtia, inquit, nec vectes eis. ¶ Quod verò dicit, Diſpergam habitatorem de campo idoli. mihi ſit verò ſimillimùm templum aliquod fuiſſe in campo Damaſceno, in quo fuerit idolum celebratiſſimum. In cuius templi circuitu, multi habitatores eſſent. qui ideò vocabantur habitatores de campo idoli: & credo hoc fuiſſe templum, cuius altare cùm vidit Achaz, Rex Iuda, iuſſit Vriæ pontifici, vt ſimilem in templo Ieroſolymæ ædificaret ¶ Demum ſceptrum tenens in domo voluptatis, credo ſignificare Regem Damaſci, qui haberet aliquam ciuitatem, vbi voluptates ille ſuas, ac delicias haberet. quam ciuitatem domum voluptatis vocat Amos. Nam Rex Iſrael habebat talem ciuitatem, quæ Therſa vocabatur: de qua lege lib. Regum. Ergo cum ait Dominus, conteram vectem Dama. prænunciat, vrbis fortitudinem deſtruendam. Cum verò dicit, diſperdam habita. de campo Ido, prænunciat, religionem Damaſcenorum perdendam. Cum

[Margin: 2. Reg.10; Oſee 6; 4. Reg.8; 4. Reg.10; 4. Reg.13; 4. Reg.13; Iſa.27; Deut.3; Ierem.49; 4. Reg.16; Cant.1; 4. Reg.15]

demum ait, Sceptrum tenen.de do.volup. ſignificat omnes delicias regni amœniſſimi, & delicioſiſſimi perituras.

His ita conſtitutis tādē accedamus ad difficillimum textum. Dixit Amos, Deum è Sion rugiiſſe. verba rugitus hæc ſunt. Tria ſcelera admittet Damaſcus. quæ ego caſtigo: blandè tamen & clementer. nam permittam eos in ſuo loco manere: & in ſuum regnum reuerti. At verò quartum ſcelus admittent, propter quod non conuertam, nec reducam eos in regnum ſuum: ſed inde migrare eos faciam in Cyrenem. Hunc eſſe legitimum literæ ſenſum ipſa teſtis eſt ſibi. Nam declaras quid ſit, non conuertam eum, ita dicit, conteram vectem Damaſci: perdam eius habitatores. interficiam regem, & tandem transferam Damaſcum in Cyrenem. Id verò eſt, non eum in locum & regnum ſuū conuertam. ¶ Scio quoſdam velle, non hunc eſſe huius literæ ſenſum: ſed hunc, Propter tria ſcelera Damaſci eum non conuertam: imò & propter quartū non conuertam. Sed hic ſenſus nec literæ congruit, nec miſerationibus Dei. nec communi doctorum ſenſui. ideò in pręcedente ſenſu perſiſto. Licet videam litem hunc ſenſum habere. Si Damaſceni tribus ſceleribus prioribus quartum non adiunxiſſent, conuerterem eos quia tamē quartū addiderunt, propter tria priora & quartum poſterius non eos conuertam, nec in patriā reducam. ¶ Tria ſunt nunc exponenda. Primum, quę ſint tria illa ſcelera Damaſci. alterum, quod fuit quartum eius ſcelus. tertium, quomodo hęc prophetia ſuā veritatem habuerit. Ad primum Rabini reſpondent, Si peccarit quis eodē genere peccati ſemel, iterū, ac tertiò, peccatum remiſſibile eſt: non erit tamen, ſi quartò peccauerit. Lege Lyranū, & Dionyſium Cartuſium. Sed hęc eſt fabella. etiam ſi dicti authores ei mederi velint dicentes, peccatum nullum eſſe irremiſſibile omnino: ſed Rabinos voluiſſe peccatum, quod quater admittitur eſſe difficilis remiſſionis. at verò nos non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dicimus peccata remitti. Ergo ad rē, Tria ſcelera Damaſci, ſunt tria bella, quæ Iſraeli & Iudę ſine cauſa intulere Damaſceni. Primum bellum inſtituit Benadad rex Syrię, cum 32. regibus. de quo habetur libr. 3. regem. lege locum, & videbis Syri inſolentiam. videbis etiam, quomodo Diuino fauore, eius exercitus infinitus victus ſit. & quomodo etiam reuerſus eſt rex in Syriam ſuam. Secundum bellum idem Benadad inſtituit anno ſequenti. vt in eodem libro, & capite

Rabini. *Lyranus.* *Dionyſius.* *Carthu.* *Matt.18.* *3.Reg.20.*

pite

pite habetur. Victus eſt rex tamen, ſed in patriam & regnum conuerſus. Nam Regis Iſraëlis clementia (licet malo ſuo) licuit Syro in propria reddire. Tertium bellum fuit anno tertio ſequenti. Nam cum iniuſtè Syrus poſſideret Ramoth Galaad, quæ Hebræis iure cõueniebat, Rex Iſrael, & Iuda venerunt erepturi eam à Syris, ſeu Damaſcenis. at hi in ſuo ſcelere perſiſtentes, vicerunt Iſraelitas. En tria ſcelera, & prçuaricationes Damaſci, quibus Syri prçuaricati ſunt contra Iſraelẽ, cui ſubditi fuerant tempore Dauidis, & Salomonis. Dictum enim eſt. Facta eſt Syria Damaſci ſeruiens ſub tributo. id ſub Dauide. ſub Salomone verò dictum eſt. Ipſe obtinebat omnem regionem trans flumen &cæt. ita primo dubio reſponſum eſto ¶ Iam quartum ſcelus fuit Hazaelis, qui regi Benadad ſucceſſit. Is percuſſit Iſraelem vehementiſſimè, deſtruens terram Galaad, tribum Gad, tribum Rubem, tribum Manaſſe. idque crudeliſſimè, vt Amos dixit. bellúmque continenter contra Iſraelem geſſit, tempore Ioachaz Regis Iſrael. Quia igitur in raſtris ferreis Azael triturauit Galaaditas tam truculenter, ait Dominus. Ego mittam ignem in palatia Azaelis, & Benadad. peribítq; fortitudo, religio, & deliciosa Damaſci voluptas. & Damaſceni in Cyrenem tranſferentur. lege Iſaiam dicentem. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas: & erit ſicut aceruus lapidũ. lege idem in Ieremia dicente. Diſſoluta eſt damaſcus, verſa eſt in fugam. & infra. Succendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadad. Hoc igne deuorata ſunt palacia Hazaëlis, & Benadad, de quibus eſt ſermo. Hæc ad ſecundum. ¶ Iam ad tertium reſpondetur, hanc prophetiam impletam fuiſſe à Teglath Phalaſſar, Rege Aſſyrio, de quo dicitur in hiſtoria Regum, quod venerit auxiliaturus Regi Achaz, venit verò in Damaſcum, & vaſtauit eam (ſcilicet eam ignibus tradens cõburendã). & tranſtulit habitatores eius in Cyrenẽ. ¶ Hoc loco nota, Damaſcenos, qui idem Syri ſunt, veniſſe olim ex Cyrene, in Damaſcũ, ſeu Syriã, vt nos docebit Amos infra c. Quâ cauſa Teglath Phalaſſar in Cyrenem, vnde venerant, eos reduxit, Porrò Cyrene multiplex eſt, quędam eſt in Cypro, cõdita à Rege Cyro, vt dicitur. alia eſt Aphtica inclyta ciuitas: vna ſcilicet ex quinque Aphticæ ciuitatib. alia in Syria, vt Vatabl⁹ inquit. alia in regione Moabitide, quam literæ Sacræ Kirtham vocant. demum alia in Aſſyria, quam dicunt Kirnam vocitari, dubium eſt, ad quam

Eodem. *3.Re.vlt.* *2.Reg. 8.* *1.Reg.4.* *3.Reg.10.* *Amos.1.* *3.Reg.13.* *Iſai. 17.* *Ierem.49* *4.Re.16.* *Amos.9.* *Vatablus*

harum Aſſyrius tranſtulit Damaſcenos? Ego proculdubio credo tranſlatos in Cyrenem,ſeu Kir Aſſyriæ.videlicet Rex Aſſyrius tráſtulit victos in Aſſyriam. vt tranſtulit Salmanaſſar Aſſyrius deuictos Iſraelitas,in regionem ſubditam Aſſyriæ.¶ Vnde fit Damaſcenos veniſſe ex Cyrene,ſiue Kir Aſſyriæ,ad habitandum in Damaſco:vt Amos,9.dicitur. Et quia

Amos.9. Meſopotamia,quæ iuxta Aſſyriam eſt,vocatur Aram fluuiorum,ideo Syri inde venientes,regioni Damaſcenæ Aran dedere nomen.vocatáque eſt regio Damaſcena Syria: ſicut Meſopotamia, dicitur Syria fluuiorum. ¶ Antequam hinc diſcedam notare liber,vbi nos habemus, habentem ſceptrum de domo voluptaris. Hebræis eſt,de domo Heden:eſt autem Heden proprium nomen eius loci,in quo paradyſus conſitus erat. Ita enim Moſes. Plantauit. Dominus Deus hortum in Heden,ab Oriente. Videant docti,an proderit

Geneſ. 2. hic locus noſtri Prophetæ ad ſubodorandum, vbi erat paradyſus?¶Notandum etiam vbi textus noſter habet de campo idoli Hebræis eſt,de campo, ſeu valle Auen. vnde colligitur idem idolum à Damaſcenis adoratum (ſcilicet vitu-

3.Reg.12. lum)fuiſſe adoratum ab Iſraelis, ita iubente Ieroboam, & collocante vitulum aureum in Bethel,quæ poſtea domus Auen,propter vitulum ibi conſtirutum,vocata eſt.Eundem vitulum adorabant Aegyptij,vocantes eum Apin,vnde coniectura fit,corrupto vocabulo Hebræos, Apin vocaſſe Auen. Nam Hebræi non proferunt literam,p. durè. ſed blandè, vt dixit Lyranus. & Saraceni non proferunt p. ſed pro p, di-

Lyranus. cunt b.¶ Iam Chriſtiane Lector aduerte, alia crimina velut diſſimulat Deus,ſed contra ſcelus crudelitatis in proximum excandeſcit,crudelem è ſuo loco deponens. verè igitur qui diligit proximum totam legem impleuit.vt Paulus ait.

Rom. 13. *Hæc dicit Dominus:Super tribus ſceleribus Gazæ & ſuper quatuor non conuertam eum. Eo quod tranſtulerint captiuitatem perfectam:vt concluderent eam in Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ,& deuorabit ædes eius,& diſperdam habitatorem de Azoto: & tenentem ſceptrum de Aſcalone: & conuertam manum meam ſuper Accaron: & peribunt reliqui Philiſtinorum. dicit Do-*

Ioſue. 11. *minus.*Cum Dominus dediſſet Iudæis terram Paleſtinam,nō

Stephanus eiecerunt ab ea Philiſtinos,ſeu Philiſtæos,antiquos eius ter-

de vrbibus. ræ habitatores.Manſerunt illi igitur in 5.præcipuis ciuitati-

Raphael. bus,ſcilicet,Gaza,Gerh,Aſcalon,Azoto, Accaron. ¶ Gazam

Volater, vocat Stephanus Azam.vocabulo Hebræo retento. Idem

lib.11. dicit,conditam ab Azono,Herculis filio. licet Volaterranus dicat,

dicat, quoſdam aſſerere, eam à Ioue conditam. Ideo erat in
ea Cretæi Iouis templum Dicta fuit olim Io à virgine, Io
nominata, quam eo loco Iupiter transformauit in vaccam.
Dicta etiam Minoia, à Minoe, qui eam vrbem aliquando
poſſedit. ¶ Geth, ſeu Gath in colle ſita, & olim Anthedon di-
cta vt idem Volater anus ait. Erat porrò nobiliſſima ciuitas. *Volaterra.*
adeò, vt in Philiſtæa comparetur Calane Babylonis, & E-
math Syriæ, quæ Antiochia eſt, clariſſimis ciuitatibus. vt in-
fra dicetur. Dicitur fuiſſe Iſraeli fidelis amica, ideo non eſt *Amos 6.*
hoc loco de ea mẽtio, ¶ Aſcalon condita dicitur ab Aſcalon,
Himenæi filio, Tãtali fratre, Aciami Lydorum Regis duce, *Volaterra*
ita Xanthus in hiſtoria Lydorum, vt Volaterr. ait. In Aſcalo- *Xanthus.*
ne (vt Diodor. habet) erat laicus, vbi templum in quo idolum
Dagonis. quem Dercion dicunt. ab vmbilico ſurſum ſpecie *Diodorus.*
virginis: deorſum piſcis. Cuius filiam dicunt Syri fuiſſe Se-
miramidem. à columbis educatam. ideo columba Syris erat
in veneratione, & in vexillis afferebatur. ¶ Azotum dixit
Stephanus, conditam à quodam è mari rubro profugo: & *Stephanus*
nomine vxoris ſuę, quæ dicebatur Azes. quæ capellam ſigni-
ficat: erat olim clariſſima inter vrbes Philiſtinorum. Erat e-
nim ibi regia, vt Mela cognouit. Licet hoc loco dicat Amos *Pompo.*
ſceptrum in Aſcalone fuiſſe. fieri enim potuit, vt tempore *Mela.*
Melæ tranſlatum fuerit ſceptrum in Azotum. ¶ De Acaron
dicit Abulenſ. ſuper cap. 15. Ioſue, ipſam & Geth fuiſſe duas
metropoles Philiſtinorum. quodq́ue nunc Acre dicatur. ac *Abulenſ.*
ideo milites qui ibi olim viuebant, ad cuſtodiam terræ *Ioſ. 15.*
ſanctæ, vocabantur milites S. Ioannis de Acre. & minera co-
loris cœleſtis qui ibi foditur. vocatur azul de Acre. ¶ Has
quinque ciuitates Plin. vult eſſe in regione Idumææ. Vnde. *Plin. li. 5.*
veriſſimile ſit, Philiſtæos fidem & amicitiam cum Idumæis *ca. 12. 13.*
ſeruaſſe, & à Iudæis abſtuliſſe. De Idumæa, ſuo loco.

Explicandum nunc venit. quæ fuerint tria ſcelera Gazæ,
& aliarum ciuitatum Paleſtinarum. quod etiam fuerit quar-
tum ſcelus earum. Et equidem primum ſcelus longe gra-
uiſſimũ fuit, quod Hebræis victis, arcam Dei captiuam du- *1. Re. 4. 5.*
xerunt, non veriti oculis impuris videre, & prophanis ma-
nibus contingere arcam illam, quæ à ſolis Sacerdotibus, &
leuitis videnda, & attrectanda erat. Neque veriti arcam Dei
captiuare, ac ſi Deum ipſum captiuum effeciſſent. Secun- *1. Reg. 31.*
dum crimen erat, Saulem à Samuele, ex Dei oraculo, in re-
gem electũ, & oleo ſancto delibutũ, ſimul cum cũ eius filio,

Ionatha interficere, & eorum capita in muro Bethſan ſu-
2.Reg. 5. ſpendere. Tertium crimen fuit, Dauidem recens electum
in Rege,& diuina electione,& vnctione ſacratum, adoriri
in feſtis animis,ideſt,cupientibus legem Dei, eiuſque reli-
gionem omnino delere. Fuere porrò hæc crimina grauiora
Ioſue. 15. quia Philiſtæi erant Iſraeli ſubiecti. Siquidem eos Ioſue o-
lim ſubiugauerat.¶ Hæc ſcelera ferè diſſimulauit Deus, ſi-
quidem in patriam ſuam Philiſtæis redire licuit. At quar-
tum ſcelus fuit quod ipſi ſe diffuderunt per vrbes campe-
2.Par.28. ſtres,ad meridiem Iudæi, & cœperunt Bethſames, Aialon
Gaderoth,Socho,Thamná, & Ganzo, Hebræorum vrbes
cum vinculis ſuis,& habitauerũt in eis,ſcilicet captiuos du-
centes earum vrbium habitatores. Nec contenti eos feciſ-
2.Par.25. ſe captiuos, adduxerunt eos in vicinam Idumæam,eoſque
Idumæis tradiderunt. Erant verò Idumæi acerrimi Hebręo-
rum inimici.nam paulò ante Amaſias Rex eos vicerat, &
eorum decem millia,ex præruptis petrarum præcipitauerat.
Inde,maximo in Hebræo odio concepto, quid non credu-
litatis exercuerunt in hoſtes captiuos, quos in id facinus
Philiſtæi Idumæis tradiderunt?

¶ Ergo tu lector ne crede,Hebræos fugiſſe ad Philiſtęos
& fugitiuos à Philiſtęis in Idumæam adductos: vt multi
Sanctes. credidere,Sed crede literę ita dicenti,Philiſtęi captiuos du-
xerunt Hebræos,ſcilicet ex prœlio,quos Idumæis tradidere
Ita enim Sanctes tranſtulit, dicens eo quod captiuam du-
xerint captiuitatem perfectam.¶ Porrò vocatur captiuitas
perfecta,quando victi è patrio ſolo adducuntur: & in alie-
num adducuntur:ſublata omni ſpe regrediendi in patriam
Ezech.25. & nec vno in ea relicto. Lege Ezechielem dicentem,Pro eò
quod fecerunt Palæſtini in vindictam, & vlti ſe ſunt toto
animo,interficientes,& implentes inimicitias veteres, pro-
pterea hæc dicit dominus Deus,Ecce ego extendam ma-
num meam ſuper Palęſtinos,&c.

Iere. 47. Supereſt dicere,quãdo miſit Dominus ignem in Gazam,
& reliquos Philiſtęos. Fateor apud Ieremiam dici, quòd
Pharao percuſſit Gazam,Exiſtimo tamen,non eſſe noſtro
prophetæ.de hac percuſſione tractatũ. ſed de ea,quam eo-
dem loco ſubdit.Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone,& erũt
Ibid. quaſi torrens inundans,& operient terram, &c. Quod abſ-
que dubio non de Ægypti Rege(is enim non erat ab Aqui-
lone,ſed ab auſtro)ſed de Rege Nabuchodonoſor,qui omnẽ
Syriam & Palæſtinam vaſtauit, intelligendum eſt Forſan
tem-

tempore Nabuchodonoſoris,deſtructa Gaza iam erat ,& ab eo ſunt reliquæ ciuitates Palæſtine delete:omnibus earum habitatoribus occiſis. Lege Iſaiam dicentem Tharram à Sargon(ſis dicitur Nabuchodonoſor) miſſum , Azotum cœpiſſe.& crede Azotum, & reliquas vrbes Palæſtinorum ſuis habitatoribus deleris,fuiſſe vacuatas. Ergo per Pharaonem Necao,qui fuit tempore Ioſiæ,& Ieremię,ignis Gazam abſumpſit,per Tharram Azotus eſt depopulata : Rex Aſcalonis occiſus,& tota Palæſtina veſtata. *Iſai.20.* *4.Re.23.* *Eſai. 20.*

Hæc dicit Dominus:ſuper tribus ſceleribus Tiri,& ſuper quatuor nō conuertam eum.Eo quod concluſerit captiuitatem perfectam in Idumæa.& non ſunt recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri : & deuorabit ædes eius. Quænam fuerit Tyrus dicere non libet.Illuſtrior enim fuit,quàm à me illuſtrari poſſit. Si placet de ea ſcire, lege mirabilia eius.Eſa.c.23. & Ezech. 27.De ſcelerib. Tyri pauca admodum tradit Scriptura. Sed ex ea ſubodorabimur ſcelera eius , Primum fuit ſuperbia Regis Tyri,dicentis, Deus ego ſum. imò & ſuperbia eiuſdem Tyri dicentis , Perfecti decoris ego ſum ,& in corde maris ſita. Itaque nunquam ſe vinci ab vllo poſſe putabat. Secundum peccatum erat,fornicari cum omnibus gentib. ſiue quia vigebat in ea fornicatio, ſiue quia vigebant fraudes negotiationis,quas fornicationes vocat Iſaias.Tertium peccatum erat odium inteſtinum,& bella multa contra Iudæos.præcipuè bellum contra Ioſaphat.de quo pſal. commemorat,optabant enim illi Iudęorū & gentem,& religionem deleri,& contra ipſum Deū armabantur vt dictum nobis eſt ſuper Ioele,apud quem dn̄s dicit. Quod mihi & vobis eſt Tyrus & Sidon?nunquid vltionē vos redditis mihi? quod & pſalmus dicit,Contra te teſtamentum diſpoſuerūt alienigenæ(id eſt Philiſtęi)cū habitantib.Tyrū &c.Quartū verò peccatū,propter quod Deus nō conuertet Tyrum,fuit bellum,quod contra Iudæos tunc geſſerunt, cum Palæſtini tempore Achaz,ſe in campeſtria Hebræorum diffuderunt & eorum vrbes cœperunt, & in eis habitauerunt , captiuis earum in Idumæam abductis,vt nunc in 4. Paleſtinæ peccato dicebam. Id nos docet Amos,dū ait,Eo quod concluſerit captiuitatem perfectam in Idumęam.Ergo Palæſtinam cum Tyriis Iudęos debellauerunt,& eos captiuos Idumęis hoſtibus tradiderunt,eodem peccato ambo peccantes,Nec recordanti ſunt Tyrij fœderis fratrum. id eſt , non ſunt recordati,quod natura fœdus fecerat inter Hebræos,& Idu- *Ezech.28.* *Ezech.27* *Eſai. 23.* *Pſal. 82.* *Ioel.3.* *2.Par.28.*

cũPhilitæi,& Tyrij victos Iudæo Idumæis excarnificãdos
tradidiſſent?vt præſenti c.in 4.ſcelere Philiſtiim,& Tyri dixi
mus(ipſi Idumęi violata miſericordia,quam in Iudęos,quo
rum fratres erant(id eſt)à duobus fratribus orti(rabie ferina
gladios ſuos in Iudæorum viſcera concluſerunt. nullum
modum ſuo furori ponentes,& indignationem,quam prius
contra Iudæos conceperant, vſque ad finem, ardentem
ſeruantes. At verò Deus noluit olim,dumæos ab Hebræis
bello infeſtari:quia fratres erant,& verba domini aliàs ſunt. *Num,20.*
Non abominaberis Idumæũ quia frater tuus eſt. *Iſai.21.*

Vaſtationem portò Idumeę habes prædictam in Iſaia.& *Ierem.49*
copioſius in Ieremia.Nã vaſtatio, quã prædixit Ezechiel,
iudicio meo non eſt eadem huic,quam tradit Amos.illa *Ezech.25*
enim Ezechielis facta eſt per Machabæos.Hæc porrò no- *1.Mach.5*
ſtri Amos facta eſt per Nabuchodoſor,à quo totus ille ter
rarum;tractus vaſtatus eſt. Quod dicitur apud Iſaiam.his
verbis.Ecce Dominus diſſipabit terram,&c.Et Ieremias mit *Ier.27.*
tit catenas ad reges Ammon,Tyri,Sidonis, Moab,Aedom,
prænuntians eos fore Nabuchodonoſoris captiuos.

Hæc dicit:Dominus ſuper tribus ſceleribus filiorum Ammon:& ſuper quatuor non conuertam eum.Eo quod diſſecuerit prægnãtes Galaad,ad dilatandum terminum ſuum.Et ſuccendam ignem in muro Rabbath,& deuorabit ædes eius,in vllulatu, in die belli,& in turbine in die commotionis. Et ibit Melchon in captiuitatem:ipſe, & principes eius ſimul. dicit Dominus. Notiſſima hiſtoria eſt:Loth-
ebrius cognouit duas filias ſuas,ex maiore natus eſt Moab:
ex minore Ammon.à quo deſcendunt Ammonitæ,qui di- *Gen.19.*
cta ratione filij Ammõ nominantur.Habitabãt hi in prouin
cia vicina tribui Manaſſe.. ¶Galaad prouincia erat in mõ-
tibus Galaad ferè ſita,ad Thraconos montes, Poſſidebat
ciuitates multas, ſcilicet Boſor,Alimis, Caſphor,Mageth,
Catnaim, Chasbon.vt in lib.1. Machab.habetur.Erat etiam *1.Mach.5*
in ea Ramoth Galaad,vbi vnctus eſt Iehu.Erat & Iabes,cui *2.Reg.11.*
Saul,recens rex præſidio fuit.contra Ammonitas, ¶Rabbat
(quæ magnã ſignificat)iuxta nomẽ ſuũ,illuſtris, ciuitas fuit.
Erat hæc regia Ammonitarũ, vocabatur item ciuitas aqua- *2.Reg.12.*
rum. ad quam capiendã vocatus eſt Dauid vt celeberrimæ
verbis victoria ei,nõ eius ducib.tribueretur hæc in li.2.Reg.
ſunt in ea fontes fluuij Iaboc,vt ait Zieglerus.Stephan⁹ vult
eam olim vocatã Ammana.ſ. Ammonitarum,poſteà verò à *Ziegler.*
Ptolemęo Philadelpho,Philadelphia vocata,vt Volaterran⁹ *Stephanus*
atteſtatur.¶Melchõ, licet Hebręis poſſit ſignificare Regem *Volaterranus.*
eorum

derent. Audi quomodo hæc explicet Ierem. Ad filios Ammon(ait.) Nunquid non filij ſunt Iſraeli?aut hæres non eſt ei? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchon Gad?& populus eius in vrbibus eius haſtitauit?En quomodo penitus deletis Galaaditis,& viciniis Gaditis,in eorum vrbibus habitarunt Ammonitæ,imperij dilatandi ratione? *Iere. 49.*

Huius crudeliſſimi ſceleris,contra in ſontes admiſſi (nulla alia cauſa,niſi vt prorogarent ſui imperij limites) pœna fuit quod Rabba frequentiſſima ciuitas flammis voranda daretur:quodq; eius palatia ignibus abſumerentur:& ciues vlulatibus omnia complerent, videntes ſe victos, & hoſtes velut tempeſtatem, & turbinem, in vniuerſa deſæuientes. Qui non continenti in homines dæſæuiiſſe, manus iniecerunt in idolum,ſcilicet multis gemmis & auro coronatum, ipſumque eiuſque ſacerdotes, & principes in captiuitatem ducentes. Ieremias dixit. Hæc Ammonis vaſtatio per Nabuchodonoſorem facta eſt. Nam per Ieremiam catenæ mittuntur Regi Ammon,in ſignum,eum fore Nabuchodonoſoris captiuum. ¶Aduerte aliam multo eſſe prophetiam Ezechielis contra Ammon,ab hac,quam tradit Amos:illa enim impleta eſt poſt excidium, quod Nabuchodonoſor peregit in Ammone,temporibus multis.¶ Aduerte ſecundò in omnibus his prophetiis,non eſſe Diuinum ſermonem de culpæ remiſſione: ſed de pœnæ exequutione. Id eſt, quod propter ſcelera illa Deus decreuerat non reducere Damaſcenos, Paleſtinos,& reliquos in patriam ſuam. ſed illis deletis, hæc ab extraneis poſſideri. *Iere. 49.* *Iere. 27.* *Ezec. 5.*

CAPVT II.

HAEC dicit Dominus ſuper tribus ſceleribus Moab & ſuper quatuor non conuertam eum. Eo quod incenderit oſſa Regis Idumææ, vſque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab & deuorabit ædes Carioth. & morietur in ſonitu Moab, in clangore tubæ. Et diſperdam Iudicem de medio eius, & omnes principes eius, interſiciam cum eo. Dicit Dominus ¶Vt ſupra in fine cap. præcedentis dixi *Gene. 19.*
Loth ſuſcepit filium ex ſua filia maiore, quem vocauit Moab. Ipſe fuit pater Moabitarum. Longè latéque patebat regio Moabitis. Cuius ciuitates ſi libet agnoſcere, indicabit eas tibi Ieremias copioſè. Inter quas erat Nabo, Cariathaim *Iere. 48.*
Helon, Iaſa, Mephat, Dibon, & cuius hoc loco mentio ſpecialis

cialis habetur Carioth. qua idẽ Ieremias refert, velut fortiſſima, ait enim, Capta eſt Carioth: & munitiones comprehenſæ ſunt.ac ſi Carioth (quæ pluralis numeri eſt)eſſet munitiones.id eſt,fortiſſimæ turres. ¶ Cupis noſcere quæ fuerint ſcelera Moabitarũ rex.Et equidẽ multa commemorat Ieremias loco citato,ſcilicet quod ſe contra Deũ erexerint.quod Iſraëlem deriſerint.quod ſuperbiſſimi eſſent.Nos tamen proſequemur clariora.Primum ſcelus fuit,quod cibũ,& potum negauerint Iſraelitis,qui ex Ægypto egrediebantur.qua cauſa iuſſit Dominus,ne in eius domum Moabitæ reciperentur, etiam poſt 10. generationem. Maximè quia Iſraelitas allexerunt,vt peccarẽt cum Moabitis,& ſacrificarent Priapo.qui vocabatur Beel phegor.Secundũ ſcelus fuit,ꝙ Eglon Rex Moab iũxit ſibi Amalechitas,& Ammonitas,& bello victos Iſraelitas,per 18.annos,ſuos ſeruos effecit.vt in lib.Iudiciũ legimus.Tertium ſcelus fuit, quod Moab,& Agareni,Amalec, & alienigenæ contra miſeros Iſraelitas conuenerunt,vt in pſalmo dicitur.Id quod Rabini dicunt contigiſſe ſub Rege Ioſaphat.vt in lib.Paralypo. legimus.Vbi de Moabitis expreſſa mentio eſt.¶ Quartum ſcelus ipſe nobis Amos indicauit. Quod Moabitæ cõbuſſerint oſſa Regis Idumææ:Quam rem quidam referunt ad hiſtoriã quæ in lib.4.Regum ſcribitur. Sed equidem multa ſunt,quæ probare videntur, non eſſe eandem hiſtoriam illã noſtris Amos,& hãc lib. 4.Regum.Hæc enim dicit Regem Moab ſuum primo genitum arripuiſſe, & in holocauſtum obtuliſſe.non verò dicit, quòd Rex Moab combuſſerit oſſa Regis Idumææ. Secundò dicit Regem Moab ſuũ primogenitum,qui nondum Rex, ſed regnaturus erat pro eo,cremauerit.Amos porrò dicit,oſſa Regis in Idumæa regnantis,fuiſſe exuſta. & Amos non dicit Regem exuſtum, ſed eius tantum oſſa.Adde quod in hiſtoria libri Regum dicitur,poſt exuſtum primogenitum Moab,Moabitas in ſuo loco manſiſſe.at Amos dicit,ꝓpter hoc ſcelus Moabitas delendos,& non reducẽdos,Placet igitur quod retulit D.Hieronymy ex Hebræis,ſ.Moabitas maximũ odiũ concepiſſe contra Regem Ædom, ductu enim huius illi victi fuere ex odio igitur inteſtino oſſa Regis Ædom iã defuncti exhumarunt,& cinerẽ redegerunt,quod fuiſſe nephas hoc loco docet Amos.Placuit hæc ſentẽtia Remigio,Gloſæ ordinariæ, Nicolao,Dionyſio.videlicet ex Hieronymo ſumpta. Et reuera, licet nulli placuiſſet verba prophetæ apertè indicant Moabi-

Eodem. *Eodem.* *Deut. 23.* *Num. 25.* *Iudic. 3.* *Pſal. 82.* *2. Pſa. 20.* *Rabini.* *4. Reg. 3.* *4. Reg. 3.* *Hieron.* *Remigius.* *Gloſa.ord.* *Nicolaus.* *Dionyſius.* *Hierony.*

Mo bitas combuſſiſſe oſſa Reg. Idumææ. Quid clarius? At verò, vt non habetur in S. Scriptura, pregnãtes ab Amonitis fuiſſe diſſectas, ſed id nos docet Amos: ita nec habetur in ea, oſſa Regis Idumææ à Moabitis exuſta: ſed id Propheta nobis aperuit.

Propter hoc ſcelus, dicit Dominus, veniet Nabuchodonoſor, in vehentiſſimo equorum & curruũ ſtrepitu, in clangore tubarum, & exuretur igne Moab: peribũtque Iudices, & principes eius. Hanc vaſtationem breui futuram ſcripſit ſuo tempore Ieremias dicens, Prope eſt interitus Moab, vt veniat. futuram verò à Nabuchodonoſor idem prædixit, *Iere. 48. c.* quem aquilam vocat. *Iere. 48. f.*

Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quatuor non conuertam eum. Eo quod abiecerit legem Domini: & mandata eius non cuſtodierit. Deceperũt enim eos Idola ſua, poſt quæ abierunt patres eorum. Et mittam Ignem in iudam, & deuorabit ædes Ieruſalem. ¶ In cap. 1. Oſeæ Prophetæ admonui, quid vocetur Iuda, & quid Iſtael: nam Iuda vocabatur regnum fidelium. colentium Deum in templo Ieroſolymæ. quorũ Rex erat, ex ſemine Dauid, & comprehendebat tribum Iudæ, & Beniamin. Iſrael verò claudebat. 10. tribus reliquas, idola colentes. ¶ Porrô tribus Iuda poſſidebat innumeras ciuitates, quas habes apud Ioſue. ¶ Ieruſalem erat clariſſima vrbium orientis. vt Plinius habet. ex quo, & Ioſepho licebit, qualis illa fuerit agnoſcere. *Oſee. 8.* *Ioſue. 15.* *Plin. li. 5. cap. 14.*

Dicturus iam tria ſcelera Regni Iudæ, rogatos vellem huius loci lectores, nihil dãnent, niſi prius expẽderint. ego enim hanc rem diu nimis expendi. ante omnia ſtatuo ſermonem Amos eſſe de regno Iudæ, iam diuiſo à regno Iſraelis, id eſt, ſermo eſt de ſceleribus, quæ admiſit regnum Iudæ à tempore Roboam filij Salomonis (cuius tempore fuerunt hæc regna diuiſa) vſque ad Oziam Regem Iudæ, cuius tempore ſcripſit Amos. quòd fuit ſpacium 180. annorum, plus minus. Statuendum 2. eſt, Tria hæc ſcelera, non fuiſſe idololatriam. nam idololatia in quarto peccato à noſtro Propheta cõprehenditur. vt in textu, quem exponimus habemus. Ergo perquirenda ſunt peccata in Regibus Iudæ, qui tẽpore dicto regnauerũt, prætermiſſo idololatriæ ſcelere vt tria hæc ſcelera inueniamus. Et eqdẽ præter cultũ idolorũ nõ inuenitur ſcel⁹ in Roboã, nec in eius filio Abia. Iã Aſſa, Abie filius vir bonus pręd icatur, & cuius tẽpore De⁹ Iudam *Ioſep. li. 6. de bello iu. cap. 6.* *2. Par. 10* *Amos. 1* *2. Par. 12.* *2. Par. 13.*

2. Par. 16. Iudam non puniunt. Item laudatur Ioſaphat filius Aſſa: ne-
2. Par. 20. que ſuo tempore, regno Iudæ aliquid contigit mali. Huic
ſuccedit eius filius Ioram, hic admiſit primum ſcelus in Iu-
2. Par. 21 da. occidit enim ſeptem fratres ſuos filios Ioſaphat,& multos principes regni. quod grauiſſimè, per epiſtolam Elias
Eodem. reprehendit Et Deus, per Philiſtæos regnum Iudæ acerrimè caſtigauit. Huic ſuccedit filius Ochozias, qui vno quo regnauit anno, ſcelus non admiſit præter idololatriam, Suc-
2. Par. 22 cedit eius filius Ioas. qui ſecundum grauiſsimum ſcelus ad-
2. Par. 24 miſit Nam delinitus obſequis Principum Iuda, Zachariam
Matt. 23 filium Ioiade, ſeu Barachie, occidit inter templum,& altare: qua cauſa à modica Syrorum copia, infinita Iudæ multitu-
2. Par. 25. do victa,& vaſtata eſt Succedit Amaſias, qui in ſuperbiam erectus, ob victoriam contra Idumæos, prouocauit ad bellum Regem Iſrael. à quo etiam admonitus, non ceſſauit. ea ratione grauiſsimam calamitatem paſſum eſt regnum Iudę à Rege Iſrael. Amaſie ſucceſsit Ozias. vir bonus, ſub quo fœlix fuit regnum Iudę. Habes lector tria ſcelera Iudæ.

Quartum ſcelus nō eget noſtra inquiſitione. ipſe declarat Amos. fuit enim quod regnum Iudæ, à tempore Roboam, fuit ad idola propenſiſſimum: ac ideò legem Dei ſui relinquebat: mandata Dei non cuſtodiebat, confidens in idolis, quę patres ſui in deſerto ſub Moſe: in regno Iuda ſub Iudicibus:& poſtea ſub Salomone colebant.

Mittant ideò, inquit, ignem in Iudam, ſcilicet per Nabuchodonoſorem, qui Iudam deleuit, Ieroſolymam terræ coæquauit, templum excuſſit: vt prius Iſaias, Ieremias, Oſeas,& Ioel prænunciauerunt. ¶ Antequàm hinc diſcedam notabis non admodum meditatò exponere noſtrum Prophetam eos interpretes, qui idolorum cultum comprehendunt in primis tribus ſceleribus. Non videntes à propheta non claudi in tribus, ſed in quarto.

Hæc dicit Dominus, ſuper tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum. Pro eo quod vendiderit pro argento iuſtum, & pauperum pro calceamentis. Qui conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant. Et filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum. Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum
3. Reg. 12. *damnatorum bibebant in domo Dei ſui.* Tria ſcelera Iſraelis hæc ſunt, defectio à domo Dauid,& à Rege Iuda: qui erat
Pſal. 77. ex ſemine Dauid. Cum tamen Dominus non elegerit tribum Ioſeph. ſed elegerit tribum Iuda: inde enim ſuſtulit

Dauid

Dauid de gregibus ouium, &c. & inde carnem ſumpturus
erat. De qua re dictum mihi eſt ſuper Oſeæ. Secundum *Oſee. 10.*
fuit, defectio à cultu Dei, ad cultum idolorum: Auctor defe-
ctionis fuit Ieroboam, filius Nabath: in ea tamen omnes Re- *3. Re. 12.*
ges Iſrael, qui ei ſucceſſerunt, perſeuerarunt. Tertium ſcelus *4. Re. 17.*
fuit defectio à lege Moyſi: quæ lex Dei erat cuius legitima
abiecerunt Iſraelitæ: & pactum, quod pepigit cum patribus *Eodem.*
eorum: & teſtificationes, quibus teſtificatus eſt eis. vt eodem
loco ſcriptum vides. At Iſraelitæ non his ſceleribus contenti,
adiecerunt quartum, ſcilicet defectionem à lege naturæ, *Pſal. 4.*
quæ eſt lumen vultus Dei, ſignatum ſuper cordibus noſtris
quod reliquiſſe extremi periculi eſt. At vero reliquit Iſrael,
vt hic enumerat noſter Amos. Nam primum, iuſtitiam ni-
hili pendebat, vendebatur ius eius, qui iuſtitiam habebat,
pro argento. & ſi is cuius erat iuſtitia pauper erat, eam ven-
debant iudex, tabellio, & teſtis pro ſuarum vxorum calcea-
mentis. Itaque iuris cuſtodes, ius venale proponebant, & pro
viliſſimo pretio vendebant. Secundo tam impunè graſſaba-
tur iniquitas, vt potentes obuium in viis pauperem, ad ter-
ram deiicerent, calcibus conculcarent, caput puluere con-
ſperſum obtunderent, ac ideo tenues, ac pauperes eam iniu-
riam timentes, à viis publicis declinabant: & per ſemitas, ac
compendia iter faciebant. Tertio, tam effrænis erat in Iſrae-
le libido, vt pater, ac filius cum eadem puella coirent. Quod
monſtrum horrendum eſſe naturę, ita declarat Paulus Om-
nino auditur inter vos fornicatio, quales nec inter gentes: i- *1. Cor. 5*
ta vt vxorem patris ſui aliquis habeat, Cedebat hoc ſcelus
in dedecus Dei. putabant enim gentes finitimæ, quòd Iſrael
admittebat, lege Dei fuiſſe præceptum. ac ideo blaſpheme- *Rom. 2.*
batur nomen Dei inter gentes. Quartò, contra ius naturæ,
vtebantur Iſraelitæ veſtibus, quas in pignus acceperant. idq;
in ſordido vſu. Nam ſternebant ea veſtimenta in pauimentis
templorum, & lucorum: & ſuper ipſa accumbebant: ſuper eis
comedentes, & pedibus proterentes. Id verò vſuræ, aut fur- *ff. de fur-*
ti fœditatem non euadebat. vide. ff. de furtis. & Silueſtrum *tis. l. ſi pi-*
verbo pignus §. 7. Quintò rem fœdiſſimam Iſraelitæ admit- *gnore.*
tebant. Nam cum præceptum Salomonis eſſet, Date ſiceram
mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo: credere
par eſt, in quauis Republica vini copiam ſeruatam, vt inde,
dānatis vinū tribueretur. vt lætitia ex vino cōcepta mœrorē *Prou. vlt.*
ex damnatione temperaret. Nam Christo Domino noſtro
ad crucem damnato vinū myrrhatū datum eſt. At Iſraelitæ *Matt. 27*

ſtaudabant damnatos hoc vino,id ſibi ſumẽtes,ac in Deorum templis bibentes. Num non erat truculentia, vno illo extremo beneficio,quod damnatis offerebatur,vt ſuum minus ſentirent dolorem, defraudare? En quomodo illi legem naturæ violabant ¶ Obſerua,gentes, quæ legem Diuinam per Moyſen datam nõ profitebantur,de violatione legis naturæ,id eſt,de proximorum iniuriis accuſari,& propter eas extrema mala pati: At ſolum regnum Iudæ, quod legẽ Diuinam profeſſum erat,de ei⁹ violatione accerſitur.

*Ego autẽ exterminaui Amorrhæum à facie eorum cuius altitudo, cedrorum altitudo eius: & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius deſuper,& radices eius ſubter.¶ Ego ſum,qui aſcendere vos feci de terra Aegypti, & duxi vos in deſerto 40. annis, vt poſſideretis terram Amorrhæi. ¶ Et ſuſcitaui de filiis veſtris,in Prophetas & de iuuenibus veſtris Nazaræos? Nunquid non ita eſt? dicit Dominus.¶ Et propinabatis Nazaræis vinum:& prophetis mandabatis,dicentes. Ne propheteus.*Quatuor beneficia,quę Deus Iſraeli

Num.21. cõtulit,cõmemorat,& eius ſcelus amplificat. Primũ, exterminium Amorrhæi, cum Iſrael ingrediebatur terram pro-

Deut. 2. miſſionis. Porrò fit memoria Amorrhæi, quia dilatabatur hic per ingentia terrarum ſpacia.Habitabat enim in montanis Pharam,inter Sina, & Cades barneam, qui fuit primus ferè Iſraelis introitus,cum ex Ægypto egrediebatur. Item habitabat in montanis Galaad,inter Arnon,& Iaboc

Zieglerus fluuios. Demum habitabat in Libano monte,à tergo Phœ

Deut.1. nicis.hæc ex Zieglero. Et equidẽ Seõ Rex Amorrhæus habitabat in Heſebon,quæ eſt iuxta fluuium Arnon.Inde verò eum occupaſſe, vſque ad montes Galaad, habent libri

Iud.1. Iudicum.Imò verò Reges Hieruſalem,Hebron,Ierimoth, Lachis,Eglon,vniuerſi vocantur Amorrhæi,vt in Ioſue⁻ le-

Ioſue. 10. gere eſt Sed ad rem,mentio prima fit de Amorrhæo, quia primum bellum,quod Iſraeli,iam poſt quadraginta annos ingredi volenti terram promiſſionis,contigit,fuit cũ Seon

Deut.2. Rege Heſebon Amorrhæo.hiſtoria ſcribitur in Deuteron. Et quia victor Iſrael interfecit Amorrhæos viros, mulie-

Eodem. res,paruulos,nihil ex eis relinquens,ideò dicit.Amos.Contriui fructum eorum,& radices,ſcilicet paruulos, qui ſunt

Num,13. fructus. viros & fœminas,qui ſunt radices. Quod verò Amorrhæi illi eſſent vt cedri, aſſerunt exploratores quos

Deut.1. Moyſes miſit, qui dicunt, videmus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganto, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur. ¶ Secundum beneficium Iſraeli cola-

ſi collatum erat;quod eductus de Aegypto, ex fornace.ſi-
gnis,& ergaſtulo ferreo,ductus ſit,& paſtus in deſerto. 40. *Exod 6.*
annis;pane Angelorum. ¶ Tertium, quod ſuſcitarit ex Iſ- *Pſal. 77.*
raelitis prophetas. Quod beneficium non poteſt non fuiſſe *104.*
illuſtriſſimum.Admonitus enim populus à Prophetis,quic-
quid agebat,ſi volebat,ex Dei præſcripto agebat,certus de *4.Reg.17*
rerum euétibus.lege libros Reg.& Paralip.& certè magno-
pere fides noſtra oraculis Prophetarum innititur.Quartum *Ierem.25.*
beneficium,inſtituiſſe Nazaræos,qui erant religioſi illorum
temporum.non ab hominibus inſtituti, ſed ab ipſo Deo. *2.Pet.I.*
Non Eſſeos,Phariſæos,Sadducæos,poſteriorum temporum
religioſos; non Deus per Moyſen inſtituit, ſed homines *Num. 6.*
inuenerunt,ſunt porrò religioſi in Republ.quod oſſa in cor- *Ioſephus.*
pore, vt ab oſſibus corpus,.ita Reſpublica ferè pendet à re-
ligioſis ¶ At contra hæc beneficia ingens Iſraelitæ admiſe-
re peccatum,hoc,ſcilicet,quartum. Nam prophanauerunt
Nazaræos vino,quod eis erat,ex ſua religione interdictum, *Num. 6.*
vt in Numer.habetur, & prohibuerunt prophetas, ne pro-
phetarent.Extendit enim Ieroboam manum,vt apprehen- *3.Re. 13.*
deret prophetam : à quo increpabatur. Contendit Iezabel
occidere Eliam.vocauit Ochozias Eliam ad mortem.Vide *3.Reg.I*
quo ſe porrigat humana malicia, videlicet, vt Deum per
Prophetam loquentem, procuret ne loquatur. ¶ Obſerua *4.Reg.I*
Antiochus nitebatur prophanare Iudæos eſu carnis ſuillæ,
in contemptum Dei: Iſraelitæ nitebantur prophanare Na- *2. Mach. 6*
zaræos potu vini,in eiuſdem deriſum.

*Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fæ-
no. Et peribit fuga à veloce: & fortis non obtinebit virtutem ſuam: &
robuſtus non ſaluabit animam ſuam: & tenens arcum non ſtabit: &
velox pedibus ſuis non ſaluabitur & aſcenſor equi non ſaluabit animā
ſuā: & robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in nulla die, dicit* Dñs.

Poſt quartum aliarum gentium peccatum, ſequuta eſt ea-
rum calamitas,& internecio,ita poſt Iſraelis,hæc quarto lo- *4.Re.17.*
co memorata crimina, ſequuta eſt per Salmanaſſarem va-
ſtatio,atque perpetua captiuitas,ait igitur Dominus. Cum
plauſtrum fert onus mediocre,non ſtridet, aut gemit, ſed ſi
põderi ſuperpõdium maximum adiiciatur,ſtridet,frangitur
caditque onus ita ego tribus ſceleribus veſtris preſſus, ve-
lut non gemebam,atqui quarto adiecto,ſtrideo,conqueror
ruptaque (ſi ita phas eſt loqui) patina onus iniquitatum
veſtrarum cadit, caditque ſuper vos: ita vt nulla veſtra
velocitas,fortitudo corporis,audacia, animi equorum per-

nic itas. arcuum ſagittæ vos eripere poſſint à calamitate quæ vos per Salmanaſſarem oppreſſura eſt. ¶Obſerua tunc

Pſal. 43. victorem vincere, cum Deus vult, vt vincat tunc verò omnes artes, vniuerſa arma, omnes corporis & animi vires corruere, cum Deus eis non vult ad victoriam concurrere.

¶O vos Christiani tanto maioribus beneficiis aucti, tāto grauioribus criminibus irretiti, quanto vos manent pœnæ maiores.

CAPVT III.

Protheria PRimò reddit Dominus cauſam, cur ita acriter Iſraëlem caſtigare decernit. Secundò, certam fore caſtigationē denunciat. Tertiò, qualis futura ſit caſtigatio demōſtrat.

AVDITE verbum, quod loquutus eſt Dominus ſuper vos, filij Iſrael: ſuper omnem cognotionem, quam eduxi de terra AEgypti, dicens. Tantummodo vos cognoui, ex omnibus cognationibus terræ idcirco viſitabo ſuper omnes vos omnes iniquitates veſtras. Id eſt, ô

Ex. 12. 13 regnum Iſrael, & ô regnum Iuda, (ô vos quos eduxi de terra Aegypti, è tantis, ſcilicet miſeriis, & ex tanta tyrannide) audite verbum hoc. Cum omnes mundi nationes, eſſent coram oculis meis, & omnium eſſet mihi cura. in vos duntaxat amoris oculos conieci: vosque ſolos in meum cultum adduxi, & in vos infinita beneficia contuli. Quantum verò

Eccle. 24. maiorem vobis amorem demonſtraui, tantum vos grauius, & vehementius me offendiſtis, Idcirco ego viſitabo contra vos omnes veſtras iniquitates, eo modo, quo vobis meus Amos propheta ſupra prædixit. ¶Cum ait, tātummodo vos cognoui, ſermo eſt de cognitione amori coniuncta. vt illud.

2. Tim. 2. Nouit Dominus, qui ſunt eius. & illud, Hæc eſt vita æterna,

Ioan. 15. vt cognoſcant, te, & illud: Non noui. vos, recedite à me &

Math. 7. huiuſmodi alia multa. ¶Porrò quod Deus ex omnibus nationibus ſolos delegerit Iudæos, ex quibus ſ. carnem ſumeret, habetur egregiè in Cantico Moyſi, quando diuidebat

Deut. 32. Altiſſimus gentes, & ſeparabat filios Adam, conſtituit ter-

Eccle. 24. minos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius habetur etiam elegantiſſimè in ea oratione, quā ſe Sapientia laudauit, dicens, in omni populo, & in omni gente primatum habuit, in his omnibus requiem quæſiui: ſed in taberna-culo eius morabor. Tūc præcepit & dixit mihi (ſupple Pater

in

n Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare,&c. Id verò eſt Iſraëlem ſolum cognoſcere.

II. PARS.

NVNQVID ambulabunt duo pariter,niſi conuenerit eis? (2.) Nunquid rugiet leo in ſaltu,niſi habuerit prædam? (3.) Nunquid dabit catulus leonis vocem,de cubili ſuo,niſi aliquid apprehenderit? (4.) Nunquid cadit auis in laqueum terræ,ſine aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra,antequam,quid ceperit? (5.) Si clanget tuba in ciuitate,& populus non expaueſcet? (6.) Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Quia non faciet Dominus verbum,niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas, Leo rugiet,quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt,quis non prophetabit? Hæc omnia ſunt verba Amos Prophetæ, quibus indicat certiſſimum ſuę prophetiæ euentum, quia videlicet verba eius ſunt verba Dei:qui certò faciet, quod certò pronunciari iuſſit. Ait ergo;ſolent qui volunt iter facere ſimul,prius ſecum de eo itinere conuenire:ita Deus, & ego prænuntiaturi hanc prophetiam,conuenimus ambo:ille,vt in me loqueretur,ego,vt quę ille intus loquebatur,exterius proferrem. Non igitur ſolus loquòr,ſed quod inter Deum, & me conuentum eſt,id loquor.(2.) Solet leo in ſaltu ad boues venire,& tūc rugire,vt ita reliquis exterritis,vnum arripiat. Non igitur rugiet,niſi habuerit prædam præſentem. Ita nec dominus Deus de Sione rugitū dabit, cōtra Iſraelitas,niſi vltionē velut prędam præſentem iam adornans.(3.) & ſolet catulus leonis ſuum patrem ad venationem adducere,quē in media via,qua progreſſi ſunt, reliquit,tunc toto animo ipſi in prędam incumbit,quam vbi appræhenderit,generoſo & contentiſsimo rugitu edito, parentem ad conuiuium inuitat. At non edit rugitū,niſi præda apprehēſa. Nec Deus rugitum prophetię edet, niſi quia proximam pœnam,velut præda appræhenſam,agnoſcit.(4) Equidem non cadit auis in laqueum, ſine aucupe. is enim laqueum prępárauit:ita planè nec vos in rete Aſſyrij & Chaldæi cadetis,ſine Deo Ipſe enim contra vos parat hoſtes. At ſicut auceps non aufert laqueum, quem præparauit, niſi aue cadente:ita nec Deus hoſtes veſtros auferet,donec in eorū rete cadatis.(5.) Cum in areo Sionis clangit tuba, ad claſſicum vocans,nemo veſtrū eſt, qui non expaueſcat,videns bellū certò futurū. Cur igitur non expaueſcitis dū prophetiæ tuba clāgit, & tantam calamitatē prænuntiat? cū ſit illa certiſſimè futu-

2. Pet. 1.

Ita gelia nus lib. 2. cap. 1.

Amos 1.

Ita Aliā lib. 2. c. 6.

Amos 1.

4. Reg. 17. vu.

Iſai 5.

ra? 6 Nonne Deus poteſt, & ſolet mala pœnæ vobis infligere? an verò mala, quę hactenus paſſi eſtis, & quæ ille futura prædixit, non effecit ipſe? Dubitatis ne de eius potentia, quam toties experti eſtis? Ergò certiſſimum vobis hoc ſit, nullum malum decernet Deus vobis infligere, niſi id reuelet Prophetis, vt qui ſerui eius ſunt. Si igitur per prophetas Dominus rugit, mala, & miſerias vobis prænuncians, quis non timere, tremere, & expaueſcere debeat? Nam cum loquitur ipſe in nobis, quis noſtrum erit, qui non prophetet, qui non clamet, qui non dolens admoneat? Igitur me prophetante, Deum loquentem audite: & ipſo vltionem de vobis prædicente, eam certiſſime venturam expectate. ¶ Illud non eſt malum in ciuitate, planum eſt intelligi non de malo culpæ, & criminum: ſed de punitione pœnaq; ſcelerum. ¶ Et illud, Non faciet Deus verbum, ita intellige, non faciet Deus, quicquam de his punitionibus populorum, & Ierem. 25. gentium, quin reuelet Prophetis: vt ipſi prenunciantes eas punitiones populum alliciant ad pœnitentiam, ac ita pu-Hier. 114. nitionem euadant. alioqui multa particularia fiunt in cœlo, & in terra, minime reuelata.

... III. PARS ...

AVDITVM facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti, & dicite, Congregamini ſuper montes Samariæ: & videte inſanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. Et neſcierunt facere rectum dicit Dominus: theſaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædibus ſuis. Refricat Dominus mala Iſraelis, vt omnes videant, quam iuſtè de eis vltionem accipiat. Porrò non aduocat Dominus omnes Azotios, nec item omnes Aegyptios, vt teſtes ſint, & Iudices, quã ſit Iſrael facinoroſus: ſed aduocat (vt ego exiſtimo) Iudices, qui in palatiis Azoti & Aegypti commorabantur. Nam inquit auditum facite, & diuulgate in palatiis Azoti, & Aegypti. videlicet, vbi Iudices habitabant, hi verò vocantur, velut qui famam habebant, eos dectos, iudices eſſe: ac ita iuſtè Iſraelem iudicare. At non vocantur Ammonitę, Moabitę, Idumęi, qui circumſtabant Iſraelem: Erant enim Iſraeli ſan-Malac. 1. guine iuncti, ac ideo in eius cauſa eſſent ſuſpecti. nam I-Geneſ. 19. dumæus erat ex Iſaac. Ammon, & Moab ex Loth. Igitur ad Philiſteos, & Aegyptios dicit Dominus. Congregamini & aſcendite ſuper montes Samariæ. ¶ Samaria circumplectebatur montem, ab imo ad ſummum domibus priuatorum

rum habitatum, ait Zieglerus, ad modum pinus in ſupino montis dorſo erat regia ſuperbiſſima Vrbi, ad munitionem voluptatem: & magnificentiam nihil deerat. Super hunc montem iubentur Iudices illi collocari, & inde oculis gentem colluſtrare: videbunt igitur inſanientem populum, id eſt in munitus ced...s tumultuantem, & debachantem. videbunt multos calumniam patientes i. à potentioribus minus potentes oppreſſos. Videbunt populum, qui neſciat vnquam facere rectum: vt qui legem (quæ rectum docet) abiecerit. Videbunt ferè vniuerſos potentes iure, vel iniuria per vim, & rapinā theſauros ſibi cōgerere, intra palatia ſua Num Deus, qui tantopere proximos diligi vult, hæc æquo animo ferat.

Zieglerus.

Vide Micheę. 2. 3.

Vide infra ca. 4.

Propterea hæc dicit Dominus Deus. Tribulabitur, & circumuietur terra; & detrahetur ex te fortitudo tua: & diripientur ædes tuæ. Id eſt hoſtis veniet, is in circuitu toto caſtra metabitur, ne ſit cuiquam ex te fugiendi locus detrahet ex te opes tuas, & fortes tuos. & palatia diruet. Ruent palatia, quæ opes iniquas ſeruabant, cadent fortes, qui tenues opprimebant, vaſtabitur ciuitas, quę tot facinora claudebat.

Matt. 22.

4. Re. 17.

Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic eruentur filij Iſrael. qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damaſci grabato. Damaſcus hoc loco non ſignificat vrbem Damaſci, ſed ſignificat angulum, ſeu partem grabati. Siquidem Damaſcus דמשק demeſſeq, cum puncto dextro vrbem, cum ſiniſtro דמשק demeſeq, partem lecti ſignificat. Ergo inquit, cum leo rapuerit ouem eam deuorat. ſi quid relinquit, relinquit duas tibias ouis. aut extremum auriculæ. illa videlicet, quę non ſunt eius guſtui idonea. Ita Leo ille Salmaſar totum Iſraelem deuorabit. Si aliquos relinquerit, relinquet pauperes aliquot, & infirmos iacentes, nō in lectis integris (hos enim militum auaritia diripiet) ſed in deſtructis lectis, & grabatis, quę vix id nomen mereri poſſunt, pars lecti, ſeu angulus grabati potius nominentur.

4. Re. 17.

Audite & conteſtamini in domo, Iacob, dicit Dominus Deus exercituum. Quia in die cum viſitare cœpero præuaricationes Iſrael, ſuper eum viſitabo: & ſuper altaria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram: & percutiam domum hiemalem, cum domo æſtiua, & peribunt domus eburneæ: & diſſipabuntur ædes multæ, dicit Dominus. Dominus ait. Audite me vniuerſi, & teſtes mihi eſtote in domo Iacob. id eſt inter Iſraelitas, me hæc tanto ante præmonuiſſe. Hactenus eorum peccata

diſſimulaui.ſed cum cœpero ea viſitare, primum quidem
2.Reg.23. deſtruam Regem,principes, & populum Iſraelis. ſecundò
deſtruam altaria quæ in templo Bethelis ſunt ędific:ta,ma-
ximè verò deſtruam cornua altaris maioris, vbi Ieroboam
vitulum aureum collocauit.cadentque in terram cornua il-
la.Tertiò deſtruã domos,& palatia regia,tã quę hiemi,quã
Eodem. quæ æſtati dicata erant.Quartò deſtruam domos eburneas.
Iudicũ.3. Quorſum enim tanta ſuperbia?deinum deſtruam ędes mul-
tas,illas ſcilicet,quæ magnifico fuerint,atque ſuperbæ. No-
cet enim etiam domibus miſera ſuperbia. ¶ Hæc omnia
impleuit Dominus tempore Oſee Regis Iſrael per manus
4.Reg.17 Salmannaſſaris Aſſyrij,vt regere eſt.4. Regum ¶ Betel.quæ
& 18. eadem eſt dicta Bethauem,locus erat ſacerrimus,propè tri-
bum Beniamin.ibi viſa eſt à Iacob ſcala, ad cœlum pertin-
Gene. 28. gens. & ibi lapis ab eo pro altari vnctus eſt. & locus ab eo-
dem appellatus Bethel. id eſt domus Dei. Poſtea infœlix
Ieroboam in eo loco, vitulum aureum collocauit, ideò di-
3.Reg.12. ctus eſt Bethauem.id eſt domus Apis,ſeu iniquitatis. Quia
Vide igitur hic ab omnia Iſrael idolum colebatur, ideò hæc do-
Oſee.4.5. mus maximè deſtruitur.¶ Cornua altaris Bethel vocatur ei⁹
10. extremitates ſeu anguli vt magnus Abulenſis vult, in c.29.
Abulen. Exodi.Tu verò ſine dubio crede,hoc altare fuiſſe ſuperbiſ-
Exod.26. ſimum,& eius angelos fuiſſe excelſos, nec enim immeri-
tò dicit Amos, cornua illa amutanda, & in terram deiici-
enda.¶ Domos hiemales,& æſtiuas habuerunt Reges Pa-
leſtinæ.Nam cum loci illi æſtate nimis caleant:Reges quæ-
rebant domos amœnas,vbi æſtatis iniurias euaderent. for-
ſan in Therſa erat domus æſtiua Regum Iſrael. erat quippe
4.Reg.15 pe illa amœniſſima.¶ Iam Regibus illis domos fuiſſe ebur-
neas,ſi nihil aliud,certè pſalmus docebit, cum ait, Mirrha
Pſal.44. & gutta & caſia à veſtimentis è domibus eburneis,&c. Vide
quo ſe proferat vanitas humana. ¶ Hæc verò omnia exciſa
ſunt in Samaria,& vt dicit Zieglerus,nulla ciuitas in Palę-
Zieglerus. ſtina oſtentat ruinas æquè memorabiles,vt Samaria.

CAPVT IIII.

Protheoria. Dominus iurat ſe puniturum extremæ vindicta ſcele-
ra Iſraelitarum.Secundò loco docet, quàm iuſtè erit
puniturus.ſiquidem tentauerat Dominus omnia remedia,
eorum conuerſioni accomoda: nec illi ſunt reuerſi tamen
ab idolorum cultura.

AVDITE verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. quæ dicitis dominis veſtris, afferte, & bibemus. Iurauit Dominus in ſancto ſuo. Quia ecce dies venient ſuper vos: & leuabunt vos in contis & reliquias veſtras in ollis feruentibus: & per aperturas exibitis, altera contra alteram: & proiiciemini in Armon, dicit Dominus.

Multi volunt per vaccas pingues intelligere fœminas Samariæ, diuitiis pingues. Sed iudicio meo, non mulieres per vaccas ſunt intelligendæ: ſed viri. Nam ſubditur in textu, ecce dies veniens ſuper vos, & leuabunt vos. Illud pronomen vos apud Hebræos non eſt fœminini generis, ſed maſculini. ad viros igitur non ad fœminas eſt referendum. Eſt igitur ſermo Domini ad diuites, & principes viros qui vaccæ dicuntur. vt Iſaias vocauit viros Segor, vitulam conſternantem, ſeu triennem. & Ieremias, Ægyptum vitulam e- *Iſai.15.*
legantem, & formoſam. Et Oſeæ vocauit Ephraim vitulam doctam diligere trituram. Ea enim phraſi loquendi, & Iu- *Iere. 46.*
das virgo vocatur, vt Ierem. Virgo filia populi mei. & Chri- *Oſee.10.*
ſtus quinque virgines prudentes, & quinque fatuas dicit. Et meritò principes illi Samaritani vocantur vaccæ, paſtui *Ierem.14.*
& ſoboli. vt vaccæ: nō vt boues dedicati, & item, quia cole- *Matt.25.*
bant vitulum, at ille cultus fornicatio ſæpè vocatur. ¶ Et rectè quidem dicit, eos habitare in monte Samariæ, quia *Oſe:.1.2.3*
vt ſupra dixi, Samaria ambit montem, ab imo ad ſummum habitatum in modum pinus. vt ex Zieglero docuimus. *Amos 3.*

¶ Hi principes opprimebant, & comminuebant paupe- *Zieglerus.*
res. De quibus in pſal. dicitur, Tibi derelictus eſt pauper, or- *Amos 3.*
phano tu eris adiutor. Et item: Eripite pauperem, & ege- *Pſal.9.*
num de manu peccatoris. ¶ At hi Samariæ principes contra faciebant: inuitabant enim principes villarum, & oppidorum (quos amicitiæ cauſſa dominos ſuos nominabant) vt ex ſudore pauperem ſibi ſubditorum iniquè auferrent, quod lautè comederent & biberent. Et hic eſt ſenſus verbi illius, quæ dicitis dominis veſtris (id eſt, quos dominos veſtros vocatis) afferte, ex pauperibus, qui vobis ſubiiciuntur, quod edamus, atque bibamus. Vbi nota Hebræam literam pro dominis veſtris legere, dominis eorum, ſcilicet pauperum. vt litera noſtra debeat intelligi ita dominis veſtris, ſcilicet amicis. ¶ Propter hanc tyrannicam pauperum op- *Hebr.6.*
preſſionem, iurat Dominus per ſanctitatē ſuam, nihil enim maius habet, per quod iuret. Et equidem non iurat per ſuam

miſericordiam, quæ noſtra peccata diſſimularet ſed per ſuam ſanctitatem, quæ ſcelera noſtra caſtiga. Iuramentum verò
3. Reg. 17 eſt. Ecce dies proximè venient, ſcilicet ſub Salmanaſſar, & Aſſyrij leuabunt vos in lanceis ſuis, ſicut leuari ſolent vaccarum carnes in verubus ad aſſandum. Id facere ſolent in bello victores, confoſſos enim victos, lanceis attollunt in ſublime. Nec contenti vos lanceis confodiſſe, filiqs veſtros, & vxores leuabunt in ollis, vt ſolent vaccarum carnes leuari in ollis, vt coquantur: ita vos & veſtri filij, & filiæ leuabimini captiui in ventre triremium, velut in olla calore feruenti, præ multitudine eorum. ¶ Pro ferpentibus ollis, Hæbræus habet ollis piſcis: quo indicatur, ita Samaritanos conijciendos captiuos ex Samaria, in naues Aſſyriorum, vt conijciuntur multi piſces abducti è mari in nauiculas piſcatorum. ¶ Verbum vltimum, ſcilicet per rupturas, eſt obſcuriſſimum; quia neſcimus, quæ fuerint illæ rupturæ, & quid ſit Arnon. Qui ſenſus magis quadrare videtur, eſt hic. Non erit neceſſe, vos iam captiuos exire per Samariæ portas. Nam tormenta bellica inimicorum facient in muris vrbis rupturas: per quas vincti exibitis, alterum poſt alterum (vt ſolent ſerui ad dominum vincti adferri.) exibitis igitur alter poſt alterum, & proijciemini coram Aſſyrio hoſte, in palatio, vbi victor ille conſiſtebat. Nam arno palacium ſignificat, ac ideò ſignificat Samaritanos recens captiuos, adducendos per diſiectorum murorum aperturas, vt in palatio Regis Aſſyrij, in terram proiecti eum adorent, ſcilicet Dominum nouum.

Venite ad Bethel: & impiè agite. Ad Galgalam: & multiplicate præuaricationem. Et afferte mane victimas veſtras: tribus diebus decimas veſtras. Sacrificate de fermento laudem: & vocate voluntarias oblationes. Et annuntiate: ſic enim voluiſtis filij Iſrael, dicit Dominus Deus. Dum hæc ſcribo offerunt ſe memoriæ meæ verba illa Eliæ, quibus ſacerdotes Baal ridebat dicens,
3. Reg. 18 Clamate voce maiore: ſupple inuocantes veſtrum Baal. Deus enim eſt, & forſan loquitur, &c. Ita & nunc Dominus ait. Vos lanceis confodiemini: veſtri, captiui ducentur: ite nunc ad veſtrum Bethel, vbi vitulus eſt aureus
3. Reg. 12 (quem iubente Ieroboamo colitis) in templo illo veſtro, idolum veſtrum impiè inuocate. Ite etiam ad Galgalam,
Oſee 4 qui olim locus ſacerrimus erat: à vobis prophanatus tamen, idolorum cultura: ibi etiam multiplicate orationes veſtras. ¶ Afferte mane victimas. Hic illud obſerua, licet Samaræi alium Deum ſibi confecerint, ſcilicet vitulum, hunc tamen
his

his cæremoniis colebāt, quibus Hieroſolymitani Deum verum venerabātur. at hi, ex lege Moyſi, quotidie mane agnū Deo offerebant, Ironicè igitur Samaritani iubentur, eumdem agnum offerre: vt vitulus eos in ea tribulatione ſeruaret. *Exod. 29*

¶ Tribus diebus decim. v. Lex Moyſi iubebat, vt decimæ darentur hoc ordine, anno primò & ſecundò dabantur Leuitis: anno verò tertio dabatur vna earum pars Leuitis, altera pauperibus. Quod habetur Tobie. 1. offerebat, inquit, decimas fideliter ita, vt tertio anno proſelytis, & aduenis miniſtraret omnē decimationem. Quod igitur Hieroſolymitani per tres annos faciebant, iubentur ridiculè in ſua anguſtia, in tribus diebus facere Samaritani, vt decimas ſuis ſacerdotibus, ſuis proſelytis, ſuis pauperibus per tres dies afferrent. *Deut. 14 & 26.* *Tob. 1.*

¶ Pergit eos ridens Dominus. Sacrificate de fer. l. Nam lex Moyſi iubebat, vt ſimul cum hoſtia (quæ offerebatur pro gratiarum actione, ſiue laude vt hic dicitur) offerrentur etiam panes fermentati. Ait igitur Dominus, & vos panes fermentatos offerte in veſtrorum Deorum laudem. *Leui. 7. b.*

¶ Accumulat Ironiam, vocate voluntarias oblationes. Erant voluntariæ obligationes, quæ non debebantur, ſed quas quiſque ex voto liberè nuncupabat, vt ſolemus, cum affligimur, vota Domino nuncupare: quas oblationes lege in Exodo. & in Pſalm. dicente voluntaria oris mei, beneplacita fac Domine. Ita igitur vos Samaræi idolis veſtris vota pro liberatione nuncupate. *Exod. 15* *Pſal. 118*

¶ Demū claudit Ironiā dicens. Annunciate. Quod arbitror ita intelligendum, inter alia quibus Iudæi Deum colebant, id curabant, vt è ſuggeſtu laudes Dei pronuntiarentur, ſcilicet beneficia eatenus præſtita victorias de hoſtibus partas, &c. vt annuntient omnes laudes tuas, ait Dauid, in portis filiæ Sion & Philiſtæi victo Saulo, eam victoriā iubent annuntiari in templo, & populis. Ita nunc Dominus. Agite Samaræi. laudes vitulorum veſtrorū in templis annuntiate. Ita enim voluiſtis, ita placuit vobis: vt gloriam, quam ego mihi in lege dari mandaui, vos mutaretis in ſimilitudinem vituli comedentis fœnū. *Pſal. 9.* *1. Re. vlt.*

¶ Quæ fuerit Bethel, dixi ſupra in fine cap. 3. olim vocabatur locus ille Bethelis, Luza. at poſt viſam ibi à Iacob ſcalam, & ibi ab eo vnctum altare, vocatus eſt Bethel, id eſt, domus Dei poſtea verò collocato in templo illo, vitulo aureo, vocatus eſt Bethauen, id eſt domus Apis. ſeu iniquitatis, vt dictum eſt Amos 1. *Pſal. 105* *ſupra. c. 3* *Oſee. 4* *Amos 1.*

¶ Quæ fuerit Galgala, dictum mihi eſt abundè in comment. ad c. 4. Oſeæ. *Oſee. 4*

n. pars

Vnde & ego dedi vobis ſtuporem dentium,in cunctis vrbibus veſtris & indigentiam panum, in omnibus locis veſtris. Et non eſtis reuerſi ad me, dicit Dominus. Id eſt quàm iuſtè vos ſum puniturus,tradens vos hoſtium lanceis,& familias veſtras eorum nauibus, volo omnibus clariſſimum inde fieri,quia nullum remedium intentatum reliqui,vt vos ad me reuocarem. Neque vos tamen ad me reuerſi eſtis. Prima ratio reuocandi vos ad me, fuit immittendo in vos famem: ita vt dentes veſtri nihil comedentes ſtuperent, velut inſenſibiles facti. Hebræus pro ſtupore dicit puritatem dentium,ſcilicet,quia cum nihil comederent, à nulla re conſpurcabantur. At cum fames vehementer prouocet homines ad Dei ſui religionem,vos non eſtis ad me reuerſi. ¶Hæc fames contigit temporibus impij Achab Regis Iſrael, durauit tres annos, & dimidium,eam Elia prædicente.

3. Reg. 17. & 18

Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cum adhuc tres menſes ſupereſſent, vſque ad meſſem. Et plui ſuper vnam ciuitatem,& ſuper alteram non plui. Pars vna compluta eſt: & pars ſuper quam non plui, aruit. Et venerunt duæ,& tres ciuitates ad vnam ciuitatem, vt biberent aquam: & non ſunt ſatiatæ. & non rediſtis ad me dicit Dominus. Secundum remedium, quod tentaui fuit ſitis,ex pluuiarum inopia. Non dedi pluuiam ſerotinam,ſcilicet menſe Martio,cum ſupererant tres ſolum menſes, vſque ad meſſem,ac ideo periit meſſis,ex pluuiæ defectu. Et vt intelligeretis,pluuiam vobis ex meo arbitrio venire, plui in vna ciuitate, non plui in alia, imò & in vna eiuſdem agri parte plui, non in alia,Tantà verò fuit aquarum inopia,vt duæ, & tres ciuitates ſiti confectæ venirẽt ad vnã,vbi aliquid aquæ inueniebatur.Sed hęc erat adeò modica, vt ex ea ſatiari minimè liceret.¶Contigit hęc aquarum penuria prędicti regis Achab tempore.Nam vocauit Achab Abdiam, vt ille ex vna regni parte,hic ex altera,regiones circumirent,luſtrarentq;, ſi inuenirent forſitan aquam,ne iumenta penitus interirent.

3. Reg. 18.

Percuſſi vos in vento vrente, & in aurigine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum,oliueta veſtra,& ficeta veſtra comedit eruca. Et non rediſtis ad me,dicit Dominus. Tertium remedium, quod tentaui ad vos reuocandos fuit auferre à vobis omnes fructus hortorum veſtrorum,vinearum,oliuarum, ficuum. Abſtuli verò immittens ventum vrentem, & auriginem,id eſt,qua folia virentia in pallorem,& tandem in

nigrorem

nigrorem commutantur. Eruca vermis eſt, foliis arborum adnaſcens, rodens, exſiccans. vt in Ioele dixi. Ergo peſtes has in deliciis veſtras ego immiſi, vt ſic reſipiſceretis, ſed fruſtra, non enim reuerſi eſtis ad me. ¶ Contigit hæc fructuum calamitas eodem tempore, quo dictū eſt. nam vix vlla tunc inueniebatur herba (vt eodē loco dicitur) quāto minus fructus. *Ioelis 1* *3.Reg.18*

Miſi in vos mortem in via Aegypti. Percuſſi in gladio iuuenes veſtros: Vſque ad captiuitatem equorum veſtrorum. Et aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum, in nares veſtras: & non rediſtis ad me dicit Dominus. ¶ *Subuertit vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis, velut torrentis, raptus ab incendio: & non rediſtis ad me dicit Dominus.* Video huius loci interpretes aſſerentes, Iſraelitas miſiſſe iuuenes, vt legatos, petituros auxilium ab Ægyptiis, contra aſſyrios. At hi (aiunt) legatos interceperunt, & occiderunt, & eorum equos cœperunt. & quia iuuenes illi inſepulti iacuere, fœtor ex eis ad Iſraelem peruenit. At verò hi authores, neque huius rei locum exhibent. neque verò ſimile eſt, aut iuuenes fuiſſe legatos, aut de paucorum legatorum equis hic tantam fieri mentionem: & quod apertius eſt, num legati illi caſtra habuerunt, vt ex eis fœtor aſcenderet? Arbitror igitur Prophetam tractaſſe de Iſraelis calamitate, quæ ei contigit ſub Ioachaz filio Iehu Rege Iſraelis. Quando Hazael Syrus in via, qua ex Syria venitur in Ægyptum (vt hoc loco docemur) percuſſit infinitam Iſraelitarum multitudinem: ita vt non remanerent niſi 50. equites (ac ideò remanſerant 50. equi) & decem currus. & decem millia peditum. Reliquos iuuenes qui ſolent in pugna feruere, abſumpſit gladius. reliqui equi ſunt in captiuitatem abducti, reſidua caſtra innumerabilium virorum internecioni conceſſa, ac ideò ab eis inſepultis ad Samaritanorum nares fœtor perueniebat. ¶ Cum igitur ita in ſolitudinem terra Iſraelis traducta fuiſſet, planè ſpeciem habebat Sodomæ, voracibus flammis abſumptæ. Sed quia Dominus nolebat tunc, Iſraelem penitus delere, ſeruauit illos decem mille Iſraelitas de manu Hazaelis, velut cum quis torrem incipientem exuri, eripit ab incendio. Ita Iſrael iam abſumendus ab Hazaele, à Deo ereptus eſt, ne funditus periret. ¶ At Iſraelitæ, neque hoc tam graui cauſtico ſanati ſunt, neque duro flagello caſtigati ad dominij cultum, ex idolis redierunt. *4.Reg.13* *Eodem.* *Eodem.* *Eodem.*

¶ Hæc expoſitio, vtpote quæ ex omni parte conueniat, acceptanda penitus eſt.

Quapropter

Quapropter hæc faciam tibi Iſrael.

¶ *Poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael. Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam & gradiens ſuper excelſa terræ, Dominus Deus exercituum nomen eius.* Id eſt ſi
11 omnibus remediis adhibitis, vos Iſraelitæ non rediiſtis ad me, ea cauſa, faciam vobis, quòd initio capitis huius me facturum iuraui: quod, ſcilicet vos lanceis confodiemini, & veſtræ familiæ captiuæ abducentur, ſcilicet, ſub Salmanaſſar.
4. Reg. 17 ¶ Illud porrò verbum, poſtquam, non eſt aduerbium temporis, ſed cauſæ id eſt non ſignificat, poſt tempus huius caſtigationis, ſed ſignificat quandoquidem, ſiquidem, propterea. Ergo ſenſus eſt. Quandoquidem hanc calamitatem certiſſimè tibi inferam præparare in occurſum Dei tui, ille venit ad te, vt tui miſereatur, & nõ puniat: relinque tu idola tua, vt eum colas, ac ita pœnam euadas. Nam meritiſſimè id à te petit Deus, cum ſit ille, qui format mõtes, creat ventum, &c.
Prouerb. 8 ¶ Obſerua cauſas, cur Iſrael debeat ad Dominum conuerti. Prima, quia eſt ipſe formans montes, ac ideò totam terram: ſunt enim montes oſſa terræ. At, qui format terram, forma-
Geneſ. 1 uit & cœlum. Creauit enim Deus cœlum, & terram. Igitur reuertere ad auctorem cœli, atque terræ. Secunda cauſa, quia creat ventum, ſeu ſpiritum. & ex Chaldæa interpretatione, ſermo eſt de vento, qui eſt in hominibus, id eſt, de ſpiraculo, quod Deus in faciem hominis inſpirauit, vt eſſet homo in animam viuentem. Cur igitur homo non conuertatur
Gen. 2 ad factorem ſuum? ad creatorem animæ ſuæ? ad inſpiratorem eius vitæ, per quam viuit? ¶ Tertia cauſa, quia Deus an-
1. Cor. 15 nunciat homini eloquium ſuum. Videor mihi audire. Qui annuntiat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.
Pſal. 147 Non fecit taliter, &c. Ergo meritiſſimè ſubditus conuertatur
Amos 3 ad Dominum, qui ſuam voluntatem, cogitationem, & quid velit, homini indicauit. ¶ Quarta cauſſa, quia quouis die, nebulam noctis, in matutinam lucem traducit. Nam ita Hebræus habet, faciens caliginem, auroram, id eſt, qui noctis caliginem, conuertit in auroræ pulcherrimam lucem.
Pſal. 73 Videor audire, tuus eſt dies, tua eſt nox, & qui temporum das
hymnus: tempora, vt alleues faſtidium, & ſplendorem mane inſtruis.
Eccleſiaſt. &c. Si nihil aliud, ad Deum amandum nos cogeret, niſi
Geneſ. 1 hoc, quod Deus autor ſit noſtræ lucis, id abundè ſufficeret:
Sap. 7 vidit enim Deus, quòd lux eſſet bona. ¶ Quinta ratio, quia graditur ſuper excelſa terræ. Id eſt, graditur ſuper excelſis,

inde

inde omnia proſpiciés. Nam oculi Domini lucidiores Sole, circunſpicientes omnes vias hominum. Igitur, vt qui volunt multa oculis collustrare, editiones locos, aſcendunt: ita Deus dicitur facere. non quod ipſe vbique ſit, ſiquidem ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, ſed ea phraſi loquendi, noſtro modo intelligendi ſe accommodauit. Cur igitur non te conuertis ad inſpectorem tuum? ¶ Tandem vltima cauſa Conuertere ad Deum, quia nominatur & eſt Dominus Deus, exercituum: quæ verba grandem requirunt tractationem. Cur verò tu inimicitias geras, cum Domino tot exercitus habente? Satis. *Eccleſ. 23* *Sapien. 1.* *Iſa. 6.*

CAPVT V.

HOC præſtantiſſimum cap. 5. partes habet. In prima, Deus ex ſua iuſtitia, prædicit Iſraeli proximè venientem calamitatem: ſed ex ſua miſericordia, prouocat eum ad pœnitentiam, vt calamitatem euadat. Idem iterum facit in parte ſecunda. Idem facit in tertia niſi quod ad pœnitentiam non vocat. In quarta, quia quidam ex Iſraelitis dicebant, ſe optare hanc diem Domini, cum calamitas erat ventura, ideò contra eos propheta grauius inſurgit. In 5. admonet ne confidant Iſraelitæ in holocauſtis, & cultibus aliis, hæc enim Deum non ad miſericordiam, ſed ad iram prouocabant. *Protheoria.*

AVdite verbum iſtud, quod ego leuo ſuper, planctum. ò domus Iſrael Cecidit, & non adiiciet, vt reſurgat virgo Iſrael. Proiecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam. Quia hæc dicit Dominus: vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum. & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

Id eſt, ò Iſraelitę audite verbũ, quod facturus ſum vobis, non verbum lætitiæ: ſed verbum planè lamentationis, & planctus. Verbum eſt. Cecidit, cecidit regnum Iſraelis, & ita cecidit, vt in perpetuum non reparetur. Proiecta eſt in puluerem virgo ab hoſte Iſrael, eiuſque regia dignitas. Nec inde eleuabitur, vt in ſuo throno iterum ſedeat. Venient Aſſyrij, & tempore multo obſidebunt Iſraelem: vnde fiet, vt bellatores ſenſim abſumantur: ita ex vrbe vnde prodibant mille, prodeant ſolum centum: & vnde prodibant centum, non prodeant niſi decem: reliquis, continuis belli excurſionibus deuoratis. ¶ Illud, Non adiiciet, vt reſurgat, nõ refertur ad reſurrectionem *Oſeæ 1.2.3* *4. Reg. 17* *Eodem*

nem è culpa, quam Paulus in fine mundi prædixit, eſſe futuram. Nec enim eſt hic de ea mentio. Nec refertur ad quoſdam ex Iſraelitis, qui tempore Cyri Regis cum regno Iudæ,
2. Eſd. 1. ad patrios fines redierunt, vt in fine cap. 1. ſuper Oſea dixi.
Oſee. 1. Sed habet referri ad integrum regnum, regiamque dignitatem. Nam regnum Iuda integrum rediit Cyro mandate
1. Eſdr. 2. & proprio duce, ac Pontifice Iudæos gubernante, ſc licet Zorobabele duce, & Ieſu Pontifice. Ad regnum Iſraelis nunquam ita reparatum eſt, vt iam ſuper Oſee diximus. Ideò
Aggo 1. dicit Amos, non adiciet, vt reſurgat. ¶ Cur vero regnum Iſ-
Zach. 1. raelis dicatur virgo, dixi ſupra ca. 4. Addendum tamen eſt, Eo regnum quo Iſraelis virginem dictum, quia ex quo per Ieroboamum à Iuda defecerat, vſque ad noſtrũ Amos, nunquam ita hoſtiles ſenſerat manus, vt eſſet ab eis omnino vaſtata, &
Amos 4. patrios fines excedere iuſſa: ac ideo nec ab hoſte, velut flore virginitatis amiſſo conſtuprata. ¶ Porrò verbum, Proiecta eſt in terram, eſt Metaphora ducta ex lucta, in qua victus deiicitur in terram. Sed apertius habetur Hebraè Inclinauit
4. Re. 17. in terram, nec eſt qui erigat. Quia primum Oſee. Rex Iſraelis factus eſt Salmanaſſari Aſſyrio ſeruus. & tunc inclinatus, & curuatus eſt à ſua dignitate & non fuit, qui eum attolleret. Nam Ægyptius vocatus in auxilium, auxilium noluit afferre. Ideo dicitur virgo Iſrael ad ſuam proiecta, ſeu inclinata. ¶ Demum verbum illud. vrbs è qua egrediebantur mille &c. indicat diu durantem obſidionem. Quæ cauſa fuit, vt propugnatores vrbium ſenſim abſumerentur. Nam Samaria
4. Re. 17. tribus annis obſeſſa eſt.

Quia hæc dicit Dominus Deus domui Iſrael Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Bethel, & in Galgala *nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis. Quia* Galgala *captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Quærite Dominum, & viuite ne forte comburatur, vt ignis domus Ioſeph: & deuorabit. & non erit qui extinguat Bethel. ¶ Qui conuertitis in abſynthium iudicium: & iuſtitiam in terra relinquitis. Facientem Arcturum, & Orionem: & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ.* Dominus *nomen eſt eius. Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert.*

Amos. 3. Quę fuerit Bethel dictum eſt mihi ſupra cap. 3. & 4. E-
4. rat enim ſacerrimus locus, vbi ſcalam vidit Iacob, & vnxit
Geneſ. 28. lapidem, vt eſſet altare Domino Deo. poſtea tamen propha-
3. Re. 12. natus eſt à vitulo, quem ibi (vt in ſummo religionis loco) Ieroboamus collocauerat. Igitur nolite quærere. ſ. reſponſa,

quæ

quæ in Bethel,per vitulum diabolus dabat. ¶ Quæ fuerit Galgala.dictum eſt ſuper Oſeæ.cap.4.Nam erat etiam reli- *Oſee.4.* gioſis. locus propter viſum in eo ab Ioſue angelum,& pro- *Ioſue.5.* pter alia in eo loco magnificè geſta.hunc locũ tamen prophanauerat etiam idololatrarum zelus.Igitur ô Iſraelitæ ne *Eodem.* intretis in Galgala, vt adoretis idolam. ¶ Iam Berſabeæ erat item religioſiſſimus locus,erat ibi puteus quem effoderat Abraham:& quem redemerat ab Abimelch. quẽ poſtea refo- *Gen.21.* dit Iſaac vocans eũ Abundantiã,vbi poſtea ædificata eſt ciui *Gene. 26.* tas Berſabea vocata.Iuxta erat,q̃ ſolitudo in qua Agar olim errauerat.Porrò ciuitas Berſabee non erat in tribu Iuda, id eſt in regno fidelium,ſed in tribu Simeon prope Gazam,ac *Gene. 21.* ideò etiam in ea ciuitate erat idolorum cultura,nam perti- *Vide ta-* nebat ea tribus non ad regnũ Iuda:ſed Iſrael.Iam vox Ber- *bulas Pa-* ſabee ſignificat puteum iuramenti , quia ſuper eo puteum *leſtinæ.* Abraham,& Abimelech fœdera iurarunt, Eratque puteus *Gene. 21.* vt Origines(qui eum vidit)aſſeuerat,mirabili ſtructura,durabat enim vſque ad Origenis ætatem.Sequitur dicere de re *Origenes* vehementiſſimè dubia. ſ.de Arcturo,& Orione,pro Arcturo Hebræi habent כימה chima,pro Orione כסיל chesil. in quibus nominibus tam ſunt illi dubij , vt nihil certi ab eis *Hierony.* poſſis haurire.Tu lector leges Hierony.Liranũ,Dionyſium *Lyranus.* Clarium, nos interim quæ ſequuntur. Primum ſtatuamus, *Dionyſius.* bene apud nos legi pro chima Arcturũ:pro cheſil Orionem tum quia ita noſtra vulgaris editio legit,cuius eſt autoritas *Sanctes.* adeò firma,tum quia & ita vertit Sanctes,adeò fidus interpres,tum demum quia ita doctus ſentit Vatablus Iam audi, *Vatablus.* Arcturus notum ſydus eſt, infra Bootem, eſtque ſydus ſeptentrionale,orion etiam notum ſydus eſt , iuxta Taurum, eſtque ſydus meridionale,vt apud Vopelium videre eſt.Eſt *Vopelius.* verò vtrumque ſydus notiſsimum quia ab vtroque iniuriæ cœli prodeunt , quod vt intelligamus , referam fideliter verba Plinij. Is ita Deo genera cœleſtis iniu- *Plin.li.18 cap.28.* riæ meminiſſe debemus.Vnum,quod tempeſtates vocam⁹: in quibus grandinesprocellę,cœteraque ſimilia intelliguntur,quæ cum acciderint,vis maior appellatur.Hæc ab horridis ſyderibus exeunt, vt ſæpius diximus , veluti Arcturo Orione,&c.hactenus ille.Ergo ,quia ab his duobus tempeſtates proderunt,ſydera vocantur horrida, & vis maior dicuntur,ac ideò notiſſima ſunt. Meritò igitur Amos de eis meminiſſe voluit vt de his quæ iniurias adeò graues hominibus adducunt , graues tempeſtates excitando. Et cum

alterum ſit Boreale, alterum verò Auſtrale per vtrumque
Oſee.4 totũ cœlũ intelligitur.videlicet,per ſydus Boreale pars cœli Borealis:per auſtrale verò auſtralis.Iam ad textum. In quo quis non vehementiſſimè admiretur Diuinam clementiã, quæ tot ſceleribus Iſraelis tantopere prouocata, & pœna illis ſceleribus debita.iam prænuntiata, imò & iuramento
2.Paraly. firmata.non ceſſat tamen Iſraelem ad pœnitentiã inuitare,potius volens ſuum verbum videri deficere, quàm homines,quos amat,caſtigere.Ergo ait,Quærite me & viuetis.
Pſal.113 Tota enim hiſtoria libr.2. Paralypom.id clamat, ſcilicet iamiã Hebræos conclamatos,Dominũ quæſiiſſe,& à morte proxima liberatos.Nolite, inquit, quærere veſtra remedia in Bethel,à vitulo, qui nec videt nec audit, neque ſentit. Nolite etiam quærere auxilium ab idolo, in Galgala.Neque laſſemini euntes ex Iſraele.per mediam Iudæam,in tribum Simeon,ad Berſabee,vbi coluntur idola.Quia Galgala,(quæ migrationem ſignificat) iuxta eius nomen captiua migrabit. & Bethel, quæ & Bethauem (id eſt domus iniquitatis & vanitatis) iuxta nomen ſuum vanè inuocabitur. Quęrite igitur Dominũ potius,quam idola.& Dominus qui viuit vitam vobis præſtabit.Si nõ quæritis,ignis deuorabit domum Ioſeph, cuius filius fuit Ephraim, in cuius ſorte erat Samaria,Ignis igitur deuorabit Samariam.Neque erit qui locum Bethel ad indicendo eripiat.¶ O vos qui in rem amariſſimam,quale eſt abſynthium, conuertitis iudicium rem ſuauiſſimam:&qui relinquitis ius & æquitatem, quærite Dominum:quia is fecit Arcturum & Oriona, ac ideò
Baruch.3 partem cœli fecit Borealem & Auſtralem. Cur non igitur cœli quæratis authorem? Deus vocat lucem, & illa venit
Eodem noctis tenebras fugans.Nam lumen obedit illi.At rurſum
Pſal.103. luce abire iuſſa,& vocatis ſtellis,vt noctis tenebras minuãt,
Eodem. illæ dicunt adſumus.videlicet, vt luce veniente,exeat homo ad opus ſuum:& eadem abeunte, homo requieſcat ab omni opere ſuo:beſtiæ verò ſyluæ pertranſeant,vt capiant à Deo eſcam ſuam..Cur non miremini ſummam Dei prouidentiam?Tertiò Deus vocat aquas maris, Solis calore eas in ſublime attollente.ac ibi concretas,in terras diffundente,vt ipſæ terram inebrient,infundant,& omnia bona ger-
Iſai.55. minare faciant,dando ſemen ſerenti, & panem manducã-
Exod.3 ti.Cur ergo non quæritatis Deum,vnde vobis vniuerſa bona proueniunt?Quartò, Iehouah eſt veriſſimum nomen eius,id eſt, infinitas eſſendi. vt ita dicamus. ô quis non ardeat

deat, pelagus tantæ bonitatis? Quintò, cur non quęratis Dominum,in cuius ſola manu eſt,ita vaſtatorem roborare vt ridendo,& velut ridiculam rem faciendo vaſtet robuſtiſſimum quemque: & depopulator depopulet quemuis, etiam munitiſſimum locum? ¶ Ergo victores non viribus ſuis,ſed Diuinæ voluntati ſuas victorias adſcribant. Non enim in arcu meo ſperabo:& gladius meus nō ſaluabit me. *Pſal.43*

II. PARS.

ODIO habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt. Idcirco,pro eo quo diripiebatis pauperem,& prædam electam tollebatis ab eo domos quadro lapide ædificabitis,& non habitabitis in eis: vineas plātabitis amantiſſimas,& non bibetis vinum earum. ¶ Quia cognoui multa ſcelera veſtra: & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti: accipientes munera,& pauperes deprimentes in porta, Ideò prudens in tempore illo tacebit quia tempus malum eſt. Dubium nulli eſſe debet, quin in porta ciuitatis Iudęi ius dixerint litigantibus:& ad plebem conciones habuerint prophetæ, & alij religioſi: & comitia fierent, & concilia,ad creandos magiſtratus.Ideò enim dictum eſt, Diligit Dominus portas Sion. quia ſcilicet iuſtitiæ locus erant portę. *Pſal.86.*
& eadem cauſa dictum eſt,Non confundetur,cū loquetur inimicis ſuis in porta.Rurſum, Sapientia in foribus portarum vrbis profert verba ſua. quia eo loco ſacræ conciones habebantur.licet etiam haberentur in porta tēpli,& in Synagogis.Demum vir mulieris fortis.nobilis in portis ſedebit cum ſenatoribus terrę. quia ibi erant Senatorum conuentus.Igitur Iſraëlitę arguuntur primi ſceleris,quod odio habuerint eos,qui in portis vrbium concionem habebant. ¶ Arguūtur ſecundi ſceleris, quod abominarētur Prophetā, religioſum.& quemcunque vera iſta, & ſancta loquentē. id enim ſignificat תמים tamim Hebræis, pro quo nos habemus,perfectè.Et quidē conclamati hominis eſt,non ſolū malè agere, ſed etiam odire eum,qui de malo arguit. ¶ Arguuntur tertij ſceleris,quod opprimerent pauperes. Si quæris quomodo?ſcilicet,tollentes ab eis prædam bonam. quam alij interpretes magis explicant,pro præda bona,vel rentes onus frumenti,id eſt,onus frumenti,quod aſinus ferat. Nam id verbum Hebræum ſignificat. Igitur ſi meliora aufertis â pauperibus, meliora Deus auferet à vobis,ſcilicet,domos ſumptuoſiſſimas: vineas pretioſiſſimas. ¶ Quartò arguuntur ingentis ſceleris. quod eſſent hoſtes viro- *Pſal.126* *Prout.1* *Ierem.7* *Prout.vlt.*

rum bonorum, ſcilicet fidelium, qui non colebant idola:
Iſai.5 ¶ Et quintò, quod pro muneribus, à diuitibus acceptis, pauperum iura, quę in porta redebantur, peruerterent. ¶ Propterea (inquit) Dominus maxima vos inuoluet pœna, ſcilicet, vt prudentes taceant tempore veſtro, quia malum eſt, Mãdabit enim Deus nubibus prædicatorum, nе pluant ſuper vos verba Dei. Dictum enim eſt Nolire ſanctum dare
Matt.7. canibus: ne proiiciatis margariras ante porcos. quorſum enim verba eis facias, quę vt porci conculcabunt, & te loquentem dilacerabunt.

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Sic enim erit. Dominus Deus exercituum vobiſcum: ſicut dixiſtis. Odite malum & diligite bonum & conſtituite in porta iudicium. Si forte miſereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioſeph. O Dei infinitam clementiam
Pſal.144 planè miſerationes eius ſuper omnia opera eius. planè iraſci, & caſtigare, alienum opus ab eo: peregrinũ opus ab eo.
Eſai.28 Nam velut inuitus prædicit mala: at ſpontaneus modum ſtatim adhibet, quo euadamus ab eis. Modus verò eſt, quem tota natura, quem omnis ratio, quem lex vniuerſa declarat ſcilicet quærite bonum & non malum. Hoc modo euadit, tis mala, quę dixi, Hoc modo Deus, qui nunc à vobis exultat, vobiſcum erit, Deus, qui vos hoſtibus vincendos tradis,
4.Reg. hoſtium victores efficiet, ¶ Illud verò verbum, ſicut dixiſtis
14. credo ita intelligendum. Tempore noſtri Amos, regnabat Ieroboam, filius Ioas Rex Iſrael. Huic Deus liberalius fauit:
Eodem. Nam per eum ſaluauit Iſraelem, iuxta verbum Ionæ Prophetę. Dicebant igitur tunc Iſraelitę, Dominus eſt nobiſcum, ſcilicet, ſeruans nos. Ait nunc Amos: Quęrite bonum, & ita erit vobiſcum Dominus, vt nunc ſub Ieroboam, eſſe decebatis. Speciatim verò mouet, vt iudicium rectum fiat à iudicibus: videlicet, quia Deus vbique amorem proximorum à nobis exigit, maximè ab his, qui non ſolum ex charitate, ſed ex iuſtitia amare tenentur. ¶ Quod tandem addit, ſi forte miſereatur. ita intellige. Si vos Iſraelitæ gnauiter &
Matt.22. ſtrenuè ad Deum conuertimini, certò Deus mala remouebit à vobis. Sed ſi frigidè ad Deum reuertamini, fortè non remouebit. In manu igitur veſtra eſt certam facere veſtram
2.Petr.1 ſecuritatem. ¶ Nolo diſſimulare, quid vocet Propheta reliquias Ioſeph. & prius quidem, regnum Iſrael vocatur domus Ioſeph. cauſam hoc capite dixi. Idem regnum vocauit
4.Re.13 Amos reliquias. quia tempore Ioachaz, aui Regis Ieroboam, omnibus Iſraelitis deletis, per Hazaelem, ſoli

decem

decem mille reliqui fuerant. Ergo,qui tempore Amos viuebant reliquiæ erant eius cladis, quæ ſub Ioachaz contigiſſe ſcribitur.

III. PARS.

Propterea hæc dicit Dominus Deus,exercituum dominator: In omnibus plateis planctus: & in cunctis quæ foris ſunt,dicetur væ, væ. Et vocabunt agricolam ad luctum: & ad planctum eos qui ſciunt plangere, Et in omnibus vineis erit planctus quia pertranſibo in medio tui dicit Dominus. Antea quàm textum exponendæ ſunt voce quædam. Prima eſt, cunctis quæ foris ſunt. vis vocabulis Hebræi deſignat ad primum,quod extra ciuitatem eſt, vbi ciues, animi gratia, conuenire ſolent. Hiſpanè dicitur Exodos, velut exitus Luſitanè Reſcios. Non nego poſſe etiam hac voce ſuburbana ſignificari.¶ Secunda vox eſt. *2.Par.35*
qui ſciunt.plangere, vbi ſcito fuiſſe morem Hebræis habere in ſuo planctu cantores, qui lugubria canebant. vt in *Matt.9.*
Paralyp.habetur, vt etiam habetur in eodem planctu tubicines, de qua re eſt in Euangelio mentio. ¶ Tertia vox eſt, *Exod.12*
pertranſibo in medio tui: hæc alludit ad illud Exodi. Tranſibit Dominus percutiens Aegyptios,& infra. Victima tranſi- *Eodem.*
tus Domini eſt,quādo tranſiuit Dominus.&c. ¶ Nunc textus clarior eſt, vbi prędicitur fore, vt veniente Salmanaſſar, *4.Reg.*
auditaque eius potentia, & crudelitate, in plateis ciuitatū, *17.*
& in exitibus earū, conueniant Iſraelitæ,plangentes imminentem calamitatem, & dicentes, Væ,væ. vocabuntque lugubres illos cantores,ſimul & agricolas, vt plangant. Quin & Domini vinearum,intrantes in eas,& intelligentes breui hoſtium manum venturas, plangent. Certè meritò plangēt, quia per Aſſyrij aduentum, Dominus per medium Iſraëlem tranſibit. non iam eum liberans & ſeruans: ſed percutiens & delens.

IIII. PARS.

Væ deſiderantibus diem Domini. Ad quid eam vobis? Dies Domini iſta, tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, occurrat ei vrſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ, dies *4.Reg.*
Domini, & non lux, & caligo, & non ſplendor in ea? Iſraëlitæ ſub *14.*
Ieroboā filio Ioas, Rege Iſraelis multis victoriis, aucti facti inſolentiores audiētes à Propheta, vēturos hoſtes Aſſyrios, per quos eſſent ipſi vaſtandi, viribus ſuis fidentes dicebant

veniat hic dies Domini, veniãt hoſtes noſtri: faciemus eis,
vt facimus aliis. Contra hanc ſuperbam confidentiam in-
Sophon.1. tonat Propheta væ. Væ, inquit operantibus diem Domini,
qua Dominus hoſtes afferet cõtra Iſrael. Quid ea dies vo-
bis commodabit? cum tota ſit plena calamitatis & miſeriæ
dies magna & amara valde. In qua non lætitiæ, aut lucis
quicquam, ſed lamentum erit, & atra caligo. Non enim vi-
ctoriam de hoſte reportabitis, ſed captiuitatem: & è patriis
finibus exilium. Eritque vobis, vt ſi quis fugiens leonem
incidat in vrſum: & hunc fugiens, mordeatur à colubro ve-
4. Reg.15 nenatiſſimo, ita vos fugiſtis Teglatphal aſſar. fugientes in-
4 Reg. cidiſtis in ſeruitutem Salman-aſſar, quam fugientes & re-
17. bellãtes, incidiſtis in excidium veſtrum, & perpetuam doſo-
lationem ¶ Aduerte, qui fugiens leonem & deinde vrſum
Eodem. & illęſus ab vtroque in domum ſuam recipitur, vbi à fera
mordetur, ſimilis eſt omninò Iſraeli, qui fugiens Teglat-
phal aſſar, & poſtea fugiens ſeruire Salman-aſſari, in ciuita-
tem Samariæ, velut in munitiſſimam domum ſe recepit, at
eò nocentiſſima fera ingreſſa, ſcilicet Aſſyrius: Iſraelem ex-
cidio dedit.

V. PARS

Odi & proieci feſtiuitates veſtras: & non capiam odorem (2.) cœtuũ veſtrorum. Quod ſi obtuleritis mihi (3.) holocauſtamata, & (4.) munera veſtra, non ſuſpiciam: & vota (5.) pinguium veſtrorum non reſpiciam. Aufer à me tumultum (6.) carminum tuorum: & cantica (7.) lyræ non audiam. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium: & iuſtitia, quaſi torrens fortis. Abſtulerat nunc ſtultam in propriis viribus
fiduciam: nũc aufert in cultibus Dei, exterioribus vanã con-
Iſai.1. fidẽtiam. Quaſi dicat. Si iniqui eſtis ſi etiam idololatrę eſtis,
cur, confiditis in cultibus & cæremoniis, quibus me colitis
Iere.6 cum eas odio habeam, & abominationi? ¶ Feſtiuitates He-
bræis dicuntur חגים chagim. quæ vox eas propriè ſignifi-
Deut. 12. cat quæ cũ gladio, & epulo celebrabantur, vt eſt in Deute-
& 14. ro ¶ De cœtibus dictum mihi eſt apud Ioelem. eſt enim cœ-
Ioel.1. tus congregatio populi, in die quo operari non liceat, & in
templo, quo Duo ſacrificetur, at promittit ſe nõ accepturum
Gene.9. ſuauem odorem ex eo cœtu. cum tamen ex ſacrificio Noe
odorem acceperit ſuauiſſimum. ¶ 3. holocauſtomata, dice-
Leuit.1 bantur ſacrificia quæ cremabantur. lege Leuiticum. ¶ 4. mu-
nera vocantur oblationes cuiuſuis generis, vide Lexicum
¶ 5. Vota

¶ 5. Vota pinguium, id eſt, pacifica ſacrificia pinguia. Vocabant Hebræi ſacrificia pacifica, quæ ſacrificabantur pro bono obtinendo, vel obtento, & non pro peccato, vt M. Abulenſis docet. Hæc verò ſacrificia ſolebant offerri pinguia. Iuxta illud, Holocauſta medullata offeram tibi. Alioqui Deus maledicebat habenti pingue, & offerenti debile. ¶ 6. Tumultum carminum. Iudæos cantaſſe carmina & cantica certum eſt, & quia cantica noſtra ex eis accepimus: & quia ita dicitur à Salomonis hiſtoria, cum cantores cœpiſſent dicere, Confitemini in Domino, quoniam bonus, quo. in ſæc. mi. eius, implebatur templum nube. Amos nunc dicit, hæc cantica, animo non pio dicta tumultũ eſſe ac ſtrepitum, non verò ſuauem concentum. ¶ 7. Lyræ tuæ, ſeu lyrarum tuarum. Hebræi habent nablorum tuorum, nablum verò eſt Hiſpanè Laud, ſeu concha. & Iudæi maximopere vtebantur muſicis inſtrumentis, ſ. tubis, cimbalis, organis, & diuerſis aliis muſicæ inſtrumentis. ¶ Quod ſequitur, & reuelabitur quaſi aqua, video nimis eſſe dificile, ſed credo ſenſum hunc eſſe. Hactenus iuſtiſſima Dei ſententia contra Iſraelitas erat ab eorum oculis abſconſa. Ah, nunc reuelabitur, & opprimet eos, vt ſolent aquæ maris æſtuantis proximas ripas implere: & vt ſolet torrens maximè inundans vicina contegere. ¶ Supereſt hoc loco dubiũ nec exiguũ illud quidē. Si Iſraelitæ colebant idola, Deo verò contēpto, quomodo dicit, proieci feſtiuitates veſtras, holocauſta, munera, vota, carmina, lyram? Sine dubio dicendũ eſt, Iſraelitas cultui idolorum Dei cultum miſcuiſſe, vt iurãtes per idola ſua, iurabant etiam per Deum, vt in Oſea dictũ eſt. At Deus ſuum cultum vult, liberum à cultura tum idolorũ, tum vitiorũ, alioqui cultus, ita adulteratos odit aĩa eius.

Abulenſ. in Leu. 3. *Malat. 1.* *2. Par. 5.* *Pſal. vlt.* *1. Para. 15* *2. Para. 5* *Oſee. 4.*

Nunquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto, quadraginta annis, domus Iſrael? Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro: & imaginem idolorum veſtrorum, ſydus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vobis. ¶ *Et migrare vos faciam trans Damaſcum. Dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.* Multis hic textus nos premit difficultatibus. Illa prima, quomodo verum ſit, Iſraelitas nihil Deo p 40. annos obtuliſſe? dicat Exodus, in dedicatione tabernaculi multa Deo oblata fuiſſe, multa etiã recēſentur oblata in lib. Numer. in quo libro etiam habetur phaſe, quod in deſerto celebratum eſt. Et in Exodo habetur oblatio holocauſtorum. Reſpondetur, ſine dubio Iſraelitæ obtulerunt Domino ſacrificium, & holocauſtum

Exod. 38 *Num. 7.* *Num. 9* *Exod. 24*

in deſerto anno primò, menſe tertio ab egreſſu eorum ex
Eodem. Aegypto. Non ædificauit Moſes altare ad radices montis
vbi holocauſta fuerunt Domino oblata, vt in Exodo habetur. Rurſum anno ſecundo, menſe primo poſt exitum ex
Exod. 40 Aegypto, erectum eſt tabernaculum fœderis à Moyſe, & per
Num. 7. 12. dies ſacrificia fuerunt oblata & hoſtiæ, vt in Numeris
habetur. Eodem verò anno, & eodem menſe immolatum
Num. 8. eſt phaſe mundorum. item menſe ſecundo ſequenti, phaſe
immundorum celebratum eſt. Tandem 40. poſt exitũ anno
Num. 9. Ioſue celebrauit ſecundum phaſe, vbi hoſtia immolabatur.
Ergo per 39. annos Iudæi in deſerto non obtulerunt Domi-
Ioſue. 5. no hoſtias, aut ſacrificia. Hoc eſt, quod nunc dicit Deus. ſ.
per 40. ferè annos, non fuit Deo in deſerto litatum, nec ſacrificatum. Non igitur Deus eget ſacrificiis noſtris, qui bo-
Pſal. 15 norum noſtrorum non indiget, vt nobis benefaciat. Secunda dubitatio eſt, an conſonet litera noſtra, literæ Hebrææ:
Act. 7. Nã Hebræa ſic habet. Portaſtis Sichut regis veſtri; & Chiũ
imaginem veſtram: ſydus Deorum veſtrorum, quæ feciſtis
vobis. ¶ Et tertia dubitatio eſt, quomodo vtraque litera conueniat verbis D. Stephani, citãtis hunc locũ, hoc modo. Su-
Amos 1. ſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus dei veſtri Remphã
figuras quas feciſtis adorare eas. Reſpondetur, ſine dubio,
Vide Paginum. idem eſt omnium ſenſus. Nam verbum Sichut Hebræum
ſignificat auſcultationem, id eſt oraculum, vbi reſpõſa diabolus dabat, & miſeri idololatræ auſcultabant. Rectè igitur
Stephanus, & litera noſtra Hebræorum Sichut trãſtulerunt
Aquila. tabernaculum, oratorium, ſeu auditorium, vbi dæmones o-
Vide Amos. 2. racula dantes auſcultabantur. ¶ Secundò quod Hebræus
dixit, Sichut, regis veſtri, explicauit Stephanus & litera noſtra (id à 70. interpretibus ſumens) tabernaculum Moloch.
Amos 1. Nam vt ſupra dixi idem eſt Moloch, & Melſchon, idolum.
ſcilicet Ammonitarum, at Melchon ſignificat, regem ipſorum. Rectè igitur pro regis veſtri Hebræo habetur apud nos
D. kimhi Moloch. Nam & Aquila pro regis veſtri tranſtulit Melchõ,
70. interpretes. qui idem eſt cum Moloch. ¶ Tertiò, quod Hebræus habet
Chium imaginem veſtram, ſydus Deorum veſtrorum re-
Hieron. ctè verſum eſt, à 70. & Stephano, Siquidem Chium ſignifi-
Gloſa ord. cat quandam ſtellam, quam Kimhi dicit eſſe Saturnum
Lyranus. At 70. & Stephanus vocauerunt ſtellam illam Rempham
Tacitus. quæ eſt luciferus, ſeu Venus, vt Hieron. Gloſa ordi. Lyra, &
Zege. Zeglerus dixerunt. Igitur ſenſus literæ Hebreæ interprete
Stephano hic eſt. Portaſtis Sichut, id eſt auditorium. ſeu taberna-

bernaculum regis veſtri.ſ.Moloch, quem Melchon,ſeu regem veſtrum nominabatis.Portaſtis etiam Chium , id eſt, ſtellam,quæ erat imago veſtra,& ſydus deorum veſtrorum quam ſtellam,vel ſydus vocantRempham,ſiue Luciferum. Vt.illa tria,ſ.Chium,imaginem,& ſydus,ſint nomina vnius rei,ſ.Luciferi.quem Iudæi adorauerunt.¶ Vnde facilè , Amos prius,Stephanus poſtea,nos docuerunt,totis 40.annis per quos viri bellatores Iudæorum morati ſunt in deſerto ſecum adduxiſſe idola Moloch,id eſt vituli,quem vt Deum adorabant Aegypti,& Ammonitæ,adduxerunt etiam imagines ſtellarum,quas adorabant.Nam militiam cœli miſeri adorauerunt.Iuſtiſſimè igitur Deus voluit , omnis illa fex egreſſorum ex Aegipto,in deſerto perire. ne in terram ſanctam, gens idolis contaminata ingrederetur.¶ Quod vltimò dicit, migrare vos faciam vltra Damaſcum,verè ita factum eſt.Nec enim ſolum vltra Domaſcum Iſraelitæ tranſlati ſunt,ſed vltra Babylonem etiam,vt Stephanus dixit. Tranſlati enim in Mediam ſunt,quę vltra Babylonem eſt.

Ierem. 19. Sopſon. 1. Hebe.3.d. 4.Reg.17

CAPVT VI.

TOtum hoc caput inuehitur contra Iſraelem: licet primum eius verbum intonet væ contra diuites habitantes in monte Sion,quæ erat arx vrbis Ieroſolymæ,Connumerat igitur ingratitudinem, & alia peccata principum. Secundò,eorum pœnas.ſ.peſtem,terræ motum, excidium.

Propheoria.

VAE *qui opulenti eſtis in Sion.*Cum Propheta videt Principes Iſraelis variis criminibus commaculatos , & variis pœnis afficiendos,ſimul videt principes quoſdã habitantes in Sion,in diuitiis ſuis quietos : diuitias putantes ſuam eſſe fœlicitatem,nihil Deum curantes: nihilque eius timore confixos:His intonat væ.Dictum enim eſt.Dormierunt ſomnum ſuum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis. Et item Veruntamen propter dolos poſuiſti eis:at deieciſti eos,cũ alleuarentur.Nam licet diuitiæ in lege veteri iuſtis promitterentur , iuxta illud,Gloria & in domo eius væ tamen eſt diuitiis in diuitiæ ſuis quieſcenti , quam quietemvocabulum Hebręum oſtendit.

Pſal. 118. *Pſal.75. Pſal.72. Pſal.111. Luc.5.*

Et qui confiditis in monte Samariæ, optimates,capita populorum, ingredientes pompaticè domus Iſrael. Litera Hebræa gloſa eſt.

math: & vaſtiſſimam regionem ab introitu.Emath , vſque ad mare ſolitudinis:vſus enim fuit Dei prę̨ſidio,ſicut ei prę dixerat Ionas Propheta. Ideò tunc latius patebat regnum Iſraelis,quàm Babylonis,Emath, Geth. ¶ Quidam volunt Prophetam prænunciaſſe Iſraelitas ituros captiuos in Calanne,Emath,Geth:ſed non docebunt,quando Iſraelitæ in hæc loca abiere captiui.tranſlati enim ſunt in Medos,non in huiuſmodi loca. *Eodem.* 4.Re.17

Qui ſeparati eſtis in diem malum:(2.)& appropinquatis ſolio iniquitatis.(3.)Qui dormitis in lectis eburneis.(4.)& laſciuitis in ſtratis veſtris. (5.) qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.(6.)qui canitis ad vocem pſaltery: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cãtici.(7.)bibentes vinum in phialis:(8.)& optimo vnguento delibuti:& nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.

Locus eſt apertus contra luxuriam, & delicias principiũ Iſraelitarum:vtinam non Chriſtianorum.¶ 1.Separati eſtis in diem malum: vel iuxta Hebræum ſeparantes à die malo: id eſt,quorum ſtudium eſt,ducere in bonis dies veſtros:in labore hominum non eſſe:& cum hominibus nullam tribulationem ſentire. eſtis igitur ſeparati ab omni anguſtia:non eſt ruina maceriæ,nec tranſitus,aut clamor in plateis veſtris,adeò cauetis omnem moleſtiam. Cum tamen Deus quem diligit,caſtiget.¶2.& appropinquatis ſolio iniquitatis ſenſus eſt,vtcunque tolerandum erat, quod omnem malum fugeritis,niſi ſępe accederitis ad tribunal, vt iudicetis iniuſtè.hoc tolerandum non eſt, ſolium enim iuris, & iuſtitiæ ſanctum eſt. non debet ſolium iniuſtitiæ fieri : Miratur enim Salomon in loco iudicij impietatem: & in loco iuſtitię iniquitatem. ¶3.Ne mireris lector lectos eburneos , ſi quidem Salomon ſedem mirabilem fecit ex ebore. fecit & Achab ex ebore domum. & Iſraelitę faciebant domos eburneas. vt ſuprà dixi. ¶ 4.Laſciuitis. Hebręus docet modum laſciuiẽdi,dicit enim,qui diſtendimini in ſtratis veſtris.longa ſcilicet mora in eis cubantes,& diſtenti. ¶5.Agnum de grege. electiorem ſcilicet agnum, & vitulum. memento Abraham habuiſſe vitulum in grege ſaginatum.habuiſſe etiam Pythoniſſam in Endor. Erãt ergo tunc delicię agni,& vituli ſaginati, ¶6.Qui canitis.Hebręus textus habet,הפרטים haportim.quę vox ſignificat partientes, ſeu frangentes vocem. Hiſpanè dicimus quiebran,y requibran la voz.muſici dicunt diminutiones vocis faciẽtes,ꝙ fit cum cantor ad modum luſcinię,ſeu philomelę

Sapien.5. *Pſal.72.* *Pſa.143.* *Herb.12.* *Ecleſ.3.* *2.Par.9.* *Amos.3.* *Gen.18.* *1.Reg.28.*

melæ vocē flectit,& reflectit neſcio an Latini id intorquere vocem dicantur. Ergo Iſraliitarum principes cantores habe-
2.Reg. 6. bant,qui ad nablum canebant. Nec contenti nablo,alia ſibi comparabant muſica inſtrumenta, vt Dauid ſibi comparauit.ſ.organa,monocordum, lyram, pſalterium &c. Atqui Dauid erat Rex, & muſica vaſa vertebat in laudes Diuinas: Si verò qui non erant Reges , ea in ſuas delicias conuertebant.¶.7.bibētes vinū in phialis.quas Vatablus vertit,in va-
Vatablus. ſa magna ,& ampla. Igitur largiſſimè illi potabant. ¶ 8.optimo vnguento.planè erat magnus vnguentorū vſus apud Hebræos .Nam vngebantur eorum omnia ſacra, vngeban-
Exod.40 tur Prophetæ,vngebantur Reges,vnxit ſe Ruth,Iudith,He-
Ruth.3. ſter,imò & Chriſtus vngitur à Magdalena,idque nō ſemel.
Luc.3. Sed principes illi pretioſiſſimo vnguento ſe deliniebāt.¶ Ad-
Ioan . 11. dit Amos verbū vltimū.non patiebantur ſuper cont.Ioſeph,
4.He.13. Nā vt diximus ſupra, Regnum Iſraelis vaſtatum erat paulo antè hunc Prophetam. ab Hazaele. hic enim contriuit regnum Iſraelis , ſeu Ioſeph , quod ſuprâ expoſui.Erat igitur
Amos.4. tempore Amos,regnum illud calamitatibus oppreſſum , & pauperes nimia egeſtate conſumpti.Id nihil curabant principes illi nihil miſericordia in pauperes mouebantur,nam ſi moti fuiſſent,forſan nihili illis deliciæ nocuiſſent.

II. PARS.

Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium : & auferetur factio laſciuientium. Id eſt,culpam eorum ſequetur pœna,ipſi enim qui ſunt primi,& præcipui in culpa , erunt primi in tranſmigratione:qui putabant,adeò munitam Samariam,hoſti non potuiſſe patere: & factio ſeu cœtus laſciuientium,& diſtendentium ſe in lectis delicatis ceſſabit.

Iurauit Dominus Deus in anima ſua,dicit Dominus Deus exercituum , Deteſtor ego ſuperbiam Iacob : & domos eius odi & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis. Iurat Dominus in anima ſua,id eſt,per animam ſuam,vt eſt in Ieremia , & iurare
Ierem.51. per animam ſuam , eſt iurare per ſemetipſum, vt in eodem
Ierem. 22 Ieremia habetur.Porrò iurans Deus per ſeipſum docet,cer-
Hebr.7 tiſſimū fore quod iurat , vt nos Paul. admonuit. Iurat ergo Domin⁹ ſe odiſſe ſperbiam Iſraelis.ſcilicet eburneos lectos, laſciuos accubitus,cibos delicatos , modulatiſſimos cantus, prætioſas potationes,vnguenta odorata. Odit item domus, ſcilicet conſtructas adeò ſumptuoſè. Ex hoc odio iurat ſe tradi-

traditurum Samariā,& Samaræos in manus Salmanaſſaris. ¶ Pro habitatorib. Hebræa litera habet plenitudinē eius, quo ſignificatur, licet Samaria ex loci natura, & ex hominū bellatorum plenitudine eſſet munitiſſima, tradenda tamen hoſtibus eſſet.

Quod ſi reliqui fuerint decem viri in domo vna: & ipſi morientur & tollet eum propinquus ſuus, & comburet eum, vt efferat oſſa de domo. & dicit ei, qui in penetralibus domus eſt, Nunquid adhuc eſt penes te? & reſpondebit: Finis eſt, & dicit ei, Tace, & non recorderis nominis Domini. ¶ *Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis: & domum minorem ſciſſionibus.*

Vide textum hunc variè intelligi: ſed placet cum Hebræis de peſte, & terræ motu intelligere. Senſus igitur eſt. Si fuerit domus aliqua tantopere plena, vt decē viri inueniantur in ea, adeo graſſabitur peſtis, vt omnes moriantur. Veniétque patruus, aut alius ſanguine iunctus domino domus, & eum comburet. Nam remedium contra peſtis contagium eſt ignis, adeò vt parochi cum peſte laborantibus ſacramenta miniſtrant, faſces multas ardentes præ ſe ferant, vt aër purificetur. comburetur ergo paterfamilias. vt eius oſſa tuti⁹ & occultius efferre ad ſepulturā liceat. Patruus igitur cōbuſto patrefamiliàs, & aliis domeſticis mittet ſeruū ad pēitiora domus, vt videat, ſi reliquus eſt aliquis defunctus, vt ſepeliatur. Seru⁹ reſpōdebit. iā nullus eſt domini, tūc patruus tace, ne plangas defunctos, neq; voce clara defunctos Domino commendes. videlicet, ne vicini ſcientes nos noſtros ſepeliiſſe ex peſte defunctos, nos auerſentur, & extra ciuitatem propellant. Profectò noſter Amos graphicè depinxit peſtem in vrbe graſſentem. Ego verò credo eam contigiſſe ſub Oſea Rege Iſraelis, in triennio illo, quo Samariæ obſidio durauit. ¶ Porrò quod ſequitur, Quia ecce Dominus mandauit, intelligitur de terræ motu, ſiue is fuerit, quo terra concuſſa eſt: ſiue, quem bombardæ, arietes, & alia bellica tormēta faciebāt, quo domus maiores, & fortiores ictibus arietum concuſſæ corruerunt: domus verò minores ex maiorum vicinia, fiſſæ & deciſſæ ſunt, ita enim Dominus mādabat, vt principium domus quaſſatæ ruinam pateretur: pauperum verò domus, vt minus nocentes, finderētur, non ruerent tamen. 4.Re.17

Nunquid currere poſſunt in petris equi? aut arari poteſt in bubalis? quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium? Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nunquid

non

non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?

Contra naturã eſt equi, currere ſuper rupe: & contra naturã bouis eſt, arare ſuper eadem rupe. idẽ contra naturam Iudicis eſt currere & arare ſuper iniuſtitia. Si enim velint bos, vel equus currere, aut arare ſuper petra, frangent crura, & pectora lacerabunt. at vos Iudices aratis ſuper iniuſtitia:
Galat.6. iuſtiã vertentes in fel: & quietẽ (quæ eſt fructus iniuſtitiæ) vertitis in abſynthium, qui enim ius à vobis expectabat, fel refert & venenum. Rurſum curritis & aratis ſuper petra, qui Deum nihil curantes, in nihilo virium veſtrarum confiditis, dicentes. Cornua, & potentia à nobis ſunt, nos cornu hoſtes noſtros ventilamus. planè in nihilo cõfiditis,
4.Re.18. in nihilo curritis, & aratis, quid inde expectatis, niſi vt vires veſtræ diſſipentur. ¶ Bubalis ponitur pro bobus. Fructus iuſtitiæ, & æquitatis eſt tranquilitas ordinis, & pax, qua habet quiſque ſuum. ¶ Cornua verò ſumi pro potentia pluſquam manifeſtũ eſt. Diſcat Theologus hinc vires noſtras viribus Dei deſtitutas eſſe nihil.

Ecce enim ego ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael (dicit Dominus
Auguſt. *Deus exercituum) gentem: & conterent vos ab introitu* Emath, *vſque ad torrẽtem deſerti.* Tempore noſtri Amos regnabat Iero-
Amos. 1. boam filius Ioas, qui felicibus victoriis. Iſraelis propagauit imperium, an introitu Emath, quæ Antiochia dicta eſt, vſque ad torrentem deſerti. vt 4. Reg. verbis diſertis aſſeritur, quod ſupra dixi. Ergo dicit Amos, adducam contra Iſraëlẽ
4.Re.14 gentem Aſſyriã, duce Salmanaſſar, quæ conteret totũ im-
Amos. 1. periũ veſtrum, nihil in eo illæſum relinquens. ¶ Quæ fue-
Amos. 6. rit Emath dixi in initio huius cap. ¶ Torrentem deſerti vo-
D.*Hier.* cat D. Hierony. torrentem, qui fluit iuxta Rhinocorurã: at ego credo intelligi Maionam quo terminatur tribus Simeonis, ac proinde totum regnum Iſraelis. Nã ſanctæ literæ te-
Zieglerus. ſtantur limites regni Iſraëlitici eſſe Dan, & Berſabee. at Ber-
Tabulæ ſabee eſt in tribu Simeonis, iuncta torrenti Maionæ, diſtãs
Paleſt. nimis à Rhinocorura, & eius torrẽte. vt eſt in tabulis videre.

CAPVT VII.

Protheoria TRibus viſionibus videt Amos Deum paratum mittendas tres calamitates cõtra Iſraëlem quas Propheta ſuis precibus cum Deo agens, ab Iſraelitis amouit. Secunda parte habetur epiſtola miſſa Regi, ab Amaſia idolorum pontiffce contra Amos, & huius ad epiſtolam reſpõſio.

H*AEC oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce fi-
ctor locuſtæ, in principio germinantium. ſerotini im
bris: & ecce ſerotinus, poſt tonſorem gregis.* ¶ *Et fa-
ctum eſt cum conſumaſſet comedere harbam terræ,
dixi, Domine Deus propitius eſto obſecro. Quis ſuſ-
citabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt* Dominus *ſuper hoc. Non
erit, dicit* Dominus *Deus.* Hæc eſt prima viſio, qua Amos lumi-
ne diuino colluſtratus videt Deum formantem innumeras
locuſtas. formabat verò eas menſe Martio, cum initium eſt
germinandi, id eſt, cum herbæ incipiunt germinare, propter
aduentum pluuiæ ſerotinæ (id eſt quæ menſe Martio cadit).
Ecce inquit, imber ſerotinus cadebat, poſtquam greges
tonderi incipiebant Porrò quia herbæ germinabant, & ex
pluuia teneræ erant locuſtæ, quas Deus miſit in herbas om-
nem herbam deuorauerunt. vt quæ tam mollis erat. Hæc
vidit Amos in lumine prophetico. Porrò intelligens Deum
velle opere, & re ipſa in Iſraelem complere, quod propheta
viderat in imagine. volebat enim reales locuſtas contra her-
bas menſe Martio germinantes immittere) clamat Prophe-
ta Domine. Domine Deus propitius eſto Iſraeli, ne in eius
herbam locuſtas immitte. Nam attenuatiſſimus eſt Iſrael, va-
ſtatus videlicet ab *Hazaele*. Si in tam tenuem, & calamito-
ſum populum locuſtas immittas, peribit funditus, quod re- *4.Re.10.*
medium habere poterit? tantus caſus non habebit ſub-
leuantem. Ad has Prophetæ preces Dominus & placatus
& exoratus reſpendet. Non erit, id eſt, non immittam locu-
ſtas, vt tu precabaris. in hoc honoraui faciem tuam. ¶ Hoc
loco primum nota, locuſtas has imaginarias fuiſſe, non ex-
teriores in re. ſimiliter, & imber, qui ſerotinus cadebat, in i- *1.Re.25.*
magine videbatur. vt etiam tonſiô gregum Regis, erat in
imagine viſa. ac etiam, quod locuſte herbas tenellas abſump-
ſerint, in imaginaria viſione videbatur. non re ipſa fiebat. Sed
quia per hanc viſionem intelligebar Amos, locuſtas iam
iam parari, vt herbam molliculam, Iſraelis deuorarent, ideo
Propheta clamat, precatur, exorat, ¶ 2. obſerua cauſam, qua-
re dixerit, principio germinantium: & ſerotini imbris: &
poſt tonſionem regij gregis ſcilicet vt his omnibus nota-
ret, fuiſſe tunc menſem Martiũ. cum herbæ ſunt teneriores.
ac ideo facilè abſumi à locuſtis poſſunt. his tamen abſũptis,
totius anni annona pereat. Nam ſi locuſta autũno veniſſet,
aut hieme, aut in fine æſtatis parũ miſeris noceret agricolis.
at veré deuaſtans, remanebit ſine frugib' ann'. ¶ 3. eſſe verò
im-

imbrem ſerotinum, qui menſe Martio venit: vt tempora-
Oſee.6. neum, qui venit Octobri, dixi ſuper Oſeam, & Ioelem.¶ .4.
Ioelis 2. Tonſor hoc loco ſumitur pro tõſione. calidiſſimis porrò regionibus incipiunt ad finem Martij greges tonderi maximè greges Regum, qui maiore diligentia curãtur. Ergo videbat Amos paſtor, locuſtas à Deo parari, poſtquam tonſores gregium eos tondere incipiebant.¶ 5. maximè aduerte, Multas pœnas à Deo contra noſtra peccata parari, quas tamen nobis ignorantibus, viri Sancti ſuis precibus amouent. Opponunt enim ſe Deo, vt murus, ne eius ira in ſcelera deſæuiat. qua re & ipſe Dominus delectatur: tanta eſt eius cle-
Ezec. 13. mentia. Vide Ezechielem.¶ 6. Quàm verò eſſet afflictus po-
4. Re. 14 pulus Iſraelis huius Prophetæ tẽporibus, maximè cum Pro-
Amos. 5. & 6. phetare cœpit, lege in 4. libri Regum, vt dixi ſæpius ſupra.

II. VISIO.

Hæc oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce vocabat iudicium, ad ignem Dominus Deus: & deuorauit abyſſum multam, & comedit ſimul partem. Et dixit, Domine Deus quieſce, obſecro. Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt Dominus ſuper hoc. Sed & iſtud non erit: dicit Dominus.

Litera Hebrĕa gloſa eſt noſtrę. Sic enim habet. Ecce vocãs ad iudicium per ignem. Id eſt, Secunda viſio fuit. Vidi Dominum Deum, qui vocabat homines Iſraelitas ad iudiciũ: afferẽs ignẽ, quo eorũ peccata puniret. Is ignis deuorauit abyſſum magnam, quam Propheta in viſione videbat, & conſumpta per ignem magna aquarum copia, etiã partem fructuum, & regionis abſumpſit. Qua viſione intellexit Amos, Deum voluiſſe ingentiſſimũ æſtum & caumata, & caloris incendia, contra Iſraelem immittere quo calore, etiam mare (ſcilicet Tyberiadis) & magna herbarum & arborum pars ſyderata periret. Clamat igitur Propheta Domine etiam ſi in iudicio, homines reos inuenias, &
4. Reg. 8 omni pœna digniſſimos iudices, quieſce nunc tamen, memineris quam ſit Iſrael hoc tempore, Hazaelis opera calamitoſus. Si hanc ei calamitatem addideris, quis ei poterit eſſe remedio. His precibus exoratus Dominus, & retrahit calamitatem, quam immittebat. ¶ Num non lector vides, has calamitates fuiſſe imaginarias, non verò opere completas? vt quas Propheta ſuis precibus, ne complerentur feficiebat.

III. V

III. VISIO.

Hæc oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce Dominus ſtans ſuper muri litum: & in manu eius trulla cementarij. Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos: & dixi, trullam cementarij. Et dixit Dominus. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei: & non adijciam vltra, ſuperinducere eum. Et demolientur excelſa idoli: & ſanctificationes Iſrael deſolabũtur: & conſurgã ſuper domum Ieroboã in gladio. pro trulla cemẽtarij Hebræis eſt אנך anach, quod verbum dubiæ ſignificationis eſt, Id conuenit inter multos, verbum illud ſignificare ſtannum. Inde collegit Kimhi, anach ſignificare perpendiculum, quod è ſtanno, vel plumbo fit. At Hierony. collegit ſignificare trullam, quæ in modum terſi ſtanni reſplendet ¶ Eſt autem perpendiculum. vt Vitruuius vult, quo ædificij altitudo dirigitur. vt regula, qua dirigitur longitudo: & norma, qua anguli diriguntur, vt ſibi reſpondeant. Trulla vero, qua cementarius parietem calce illinit, & incruſtat, eumque complanat, ad gratiã & fortitudinem ædificij. Nos vocamus plana. Luſitani colher. Igitur ex duplici ſignificatione verbi anach duplex textus occurrit. Priorem, quo anach dicitur ſignificare perpendiculum, ſequuntur cuncti moderni, In hunc modum. Videt Amos Dominum ſtantem ſuper murum, habebatque in manu perpendiculum, interrogat interim Deus Prophetam. Tu quid vides? tunc Amos. Video in manu tua perpendiculum. Tunc Dominus. Ecce ego perpendiculum hoc admoneo parieti per medium eius. Neq; vltra diſſimulabo huius parietis errores & exereſcentes tumores: Paries eſt Iſrael, tumores ſunt, eius idola, & idolorum cultor Rex. Demoliar igitur deos eius, ſimul & Ieroboam filiũ Ioas: qui tantopere colit idola. ¶ Poſterior textus in quo anach, ſignificat trullam. eſt D. Hieron. & hunc, vt canonicum, nobis proponit Eccleſia. Cuius ſenſus. licet per aliam viam, in eundem tẽdit finem, eſt verò hic. Videt Amos Deum ſtantem ſuper murum quem trulla complanauerat, decorauerat, & corroborauerat interrogat Deus. Quid tu vides Amos? ille video in manu tua, ſplendentem trullam in modum albentis ſtanni, Tunc Dominus, Ecce ego relinquo trullam, nunquam amplius incruſtabor, nec tectorio inalbabo parietem. Paries eſt Iſrael. trulla eſt benignitas mea, qua gratiam, & robur Iſraeli concedo. Non libet vltra mea benignitate erga Iſraelem vti: imo fauores meos ab illo aufero. quibus ablatis corruent excelſa idolorum: pe-

Kimhi. *D. Hier.* *Vitruuius.* *Pagninus.* *Lygurinus.* *Vatablus.* *Monſte.* *4. Re. 14.* *D. Hier.*

ribit & Rex Iraelis.¶ Illud verbum, nō adiiciam vltra ſupe-
rin. Hebræis eſt: non addā vltra tranſire per eum, id eſt,
non accedā amplius ad eum albario linien dū, & incruſtā-
dum.¶ Excelſa idoli. Hebræus habet, Excelſa Iſaac. Voca-
bantur tunc excelſa, aræ ſeu altaria, quæ ferè in excelſis mō
tibus fiebant. ideò excelſa dicebantur vt ex magno Abulēſ.
Abulen. ſuper Numeris docemur. Porrò nos docet Amos Iſraelitas
in locis excelſis, conſtruxiſſe aras in memoriam Iſaac Pa
triarchæ, in quibus etiā idola colebāt. Et excelſa Iſaac dice-
bantur. Alij dicunt ישחק Iſchaq ſignificare riſum. vt ex-
celſa idoli ſint excelſa riſus, ſeu ridicula, de hoc infra.¶ San
ctificationes Iſrael, id eſt, ſanctuaria & delubra, vbi etiā me-
moria, ſimul cum idolis habebatur. ¶ Super domū Ieroboā
in gladio. Tēpore huius Ieroboami, filij Ioas prophetauit
Amos.1 Amos, & licet Rex ille fauore vſus Diuino, reſtituerit Iſraeli
vrbes ab Aemath. vſq; ad mare ſolitudinis, vt 4. Regum ha-
4. Reg. 14. betur: & dictum mihi ſupra eſt, nihilominus grandis fuit
Rex ille idolorum cultor. nec enim receſſit, vel latum vn-
Amos.6 guem à peccatis ſuperioris Ieroboam, filij Nabat. vt in eo-
dem libro Regum aſſeritur. Ideò, hoc loco Dominus gla
dium contra domum eius promittit. vt contra ingratum
4. Reg.14 beneficiis Dei. Gladius verò cō tra eius domum venit. ſiqui-
dem Sellum, filius Iabes coniuratione facta, contra Zacha-
riam filiam Ieroboam, cum percuſſit, & eius regnum ſibi
4. Re. 15 vſurpauit.

II. PARS.

*Et miſit Amaſias Sacerdos Bethel ad Ieroboam. Regem Iſrael,
dicens.* Rebellauit *contra te Amos, in medio domus* Iſrael. *Non po-*
Oſee 10.12 *terit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius.* Hæc *enim dicit Amos*
Amos 3. & 5 *in gladio morietur Ieroboam. & Iſrael captiuus migrabit de terra
ſua.* Miſit epiſtolam Amaſias ſummus ſacerdos ſummi ſan-
ctuarij Iſraelitarum, ſcilicet Bethelis. de quo multa ſupra.
Miſſa verò epiſtola eſt ad Ieroboam filium Ioas, cuius tē-
Amos 1 pore prophetabat Amos. Epiſtola porrò dicebat. Coniurauit
& rebellauit contra te Amos, non occultè: ſed in medio
populi, publiciſſimè. Neq; verò eſt æquum, vt terra ferat eius
ſermones. Ait enim, Tu gladio morieris: & Iſrael captiuus
transferetur è terra.¶ Mentitus eſt Amaſias. Siquidem A-
mos nō dixerat, Ierobam occidendū gladio, ſed domum
eius. vt verò inflammaret Regem contra Prophetam, quod
hic

hic dixit de domo Regis, ille aſſeruit dictum de Rege. ¶ Huic epiſtolæ, inquit Hieron. nihil reſpondit Ierobo am. Heron. ſciebat enim ſe fauore Diuino quem Ionas Propheta illi 4.Re.14 promiſerat, tot victoras ex hoſtibus reportaſſe, ideò pphetas verebatur, nihil que eis nocere volebat.

Et dixit Amaſias ad Amos, Qui vides: gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. & in Bethel non adijcies vltra vt prophetes: quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt. Videns Amaſias, Regem epiſtolam accepiſſe, nihilque mali contra Amos reſpondiſſe, blandè eum alloquitur in hunc modum. Qui vides. id eſt Propheta, qui lumine Diuino futura vides, & prædicis. vade in terram Iuda, quæ tibi patria eſt, vbi non adeò coluntur idola. vade, ibi viue. ibi propheta. ne prophetes in templo noſtro Bethel. quæ eſt ſummum ſanctuarium Regis Iſrael. & eſt ſacra domus, ad Amos 1. quam concurrit totũ regnũ Iſrael. ¶ Qui vides. hoc nomine vocabantur olim Prophetæ. vt 1. Regum 9. ¶ Euge (inquit) in terram Iuda. Si (vt tu prophetiſas) peſtis, terremotus, fames, captiuitas, oppreſſura ſunt Iſraelem, tu hæc incommoda fuge. & ibi comedere licebit: cum hic nos, vt tu dicis, opprimet fames. ¶ In Bethel non adiicies. Hinc colligo mihi Amos prophetaſſe, & conciones habuiſſe in Betel. videlicet in ſumma totius regni æde. vide vim animi paſtoris, qui ita medio ſummi templi audet hæc cõcionari. ¶ Sanctificatio Regis eſt. Nã Ieroboam filius Nabat 3.Reg.12 hædes Bethel dicauit vitulis aureis. Eratque ea domus toti Iſraeli ſacerrima. Dixi de Bethel (olim Luza dicta, poſtea Oſee 4.10 Bethauem) ſuper Oſeæ. & ſuper Amos. 3. 4. 5. Amos 3

Reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiam. Non ſum propheta, 4.5. & non ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum, vellicans ſycomoros. Et tulit me Dominus Deus cum ſequerere gregem, & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Iſrael. Sycomorus arbor eſt foliis mori: fructibus ficus, ſuas verò ficus profert hæc arbor ter, & quater in anno. quæ non matureſcunt. niſi vnguibus ſcalpantur, aut ferro. vide verò prouidẽtiam Dei, naſcitur hæc arbor frequens in ſterilibus locis. vt ſuorum fructuũ copia, terræ inopiam ſuppleat. multa de Dioſco. lib Sicomoro Dioſcorides. Super hanc aſcendit Zacchęus 1.ca.144 Dominũ couſpecturus. ¶ Vt verò intelligas verbum illud, non ſum propheta, notabis ex li. 4. Reg. quod ſæpius dixi, 4.Reg.2. apud Hebręos fuiſſe olim religioſos, nihil propriũ habẽtes ſed ex communi viuentes. viuebantque ſub gubernatione

ſuorum prælatorum.vt aliquando vixerunt ſub Eliſæo hos prælatos vocabànt prophetas adeò enim erant illi ſanctiſſimi,vt frequenter lumine prophetico pollerent.religioſos verò illorum vocabant filios prophetarum. vt paſſim inue-
4.Reg.2 nias in libr.4.Regum.Cum ergò noſter Amos nunquam
& cap.6. fuerit aut religioſorum prælatus,nec horum prælatis ſubiectus,meritò dicit, non ſum propheta, religioſorum ſuperior:nec filius prophetæ, id eſt prolato religioſo ſubiectus.¶ Quòd verò dicit Amos,ſum armentarius,vellicãs ſycomoros:ita intellige.ſum paſtor gregis, vngue, vel forro ſcalpens ficus ſycomori. ad famem expellendam. Nam vt dixi,abundant ſycomori in ſterili terra, qualis erat Thecua,vbi greges paſcebat Amos, qui ex earum fructibus vẽ-
Amos 3 trem implebat.¶ Dicit ergo noſter Amos. Tu Amaſia noſti me nunquam fuiſſe religioſum.noſti me fuiſſe bubulcũ vides me prophetare.id ex imperio Domini facio, qui me ad prophetandum miſit:non in terram meam,ſed in terrã Iſrael,& in templo Bethel:tu nunc vide,cui parere debeo, tibi ne mandanti,vt taceam in Iſrael, & fugiam in terram Iuda:an Deo mandanti,vt prophetẽ in Iſrael, & in medio Bethel?¶ Obſerua Amos fuiſſe paſtorem bouum.ait enim בוקר אנכי boqer anochi,id eſt,bubulcus ego.ſimul verò paſcebat oues, & capras.ait enim tulit me Dominus de poſt oues.ita Hebraicè.

Nunc igitur audi verbum Domini. Tu dicis, Ne prophetes ſupra Iſrael: & non ſtilabit ſuper domum Idoli. Propter hoc, *hæc dicit* Dominus, *Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui. & filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris: & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.* ¶ Super domum idoli.Hebræis eſt ſuper domum Iſchaq.dicit verò
kimhi Kimhi idem eſſe Iſchaq, & Iſaach.alij verò Iſchaq.riſum ſeu ridiculum dicunt. Dicebat igitur Amaſias noſtro A-
dictum eſt mos.Ne prophetes cõtra Iſrael,nec cõtra domum Bethel,
hoc ſupra id eſt contra ridiculam domum.non ſtilles.id eſt, nec ver-
hoc cap. bum,nec guttam effundas contra domum idoli.aptior eſt interpretatio Rabi Zimhi. Neque enim Amaſias Bethel vocaret domum ridiculam,ſed potius domum Iſaac.¶ Hu-
Kimhi. mus tua funicu.meti. videtur Amaſias fuiſſe diues, qui agros longè lateque patentes poſſideret.quos,ait Amos,hoſtes ſibi fune menſorio metientur & poſſidebunt. ¶ Tu in
Deut.23 terra pollut.terra promiſſionis,terra ſancta vocabatur. ambulabat enim Dominus in ea, & inhabitabat, reliqua terra gentium

gentium polluta,& contaminata erat idolorum culturâ.Tu igitur Amaſia captiuus duceris in terram Gentilium, & in ea morieris. ¶ Tu nunc Lector attendè.à tempore Ieroboam ſub quo prophetat Amos. vſque ad annũ nonum Oſee (*4.Reg. 17.*) (quo Salmanaſſar Iſraelis regnum deſtruxit) interceſſere anni 41.plus minus. Deſtructo igitur regno Iſraelis, Amaſias,qui ſub ea calamitate viuebat, vidit filios ſuos,& filias hoſtili gladio peremptos: vidit ſuas poſſeſſiones hoſtibus, iure belli poſſidendas concedi. ipſe verò captiuus cum reliquis Iſraeltis in Perſas, & Medos abbuctus eſt ¶ Quod autem dicit. vxor tua in ciuit.for,ſignificat, eius vxorem ante hoſtilem calamitatem ſui corporis copiam voluntariè feciſſe.Non enim dicit Amos, vxor tna polluetur ab alio.ſed ipſa formicatur.ſ.ſponte ſua.idque in ciuitate.ſ.publicè,ſcientibus omnibus. ¶ Expende pœnam ſacerdotum Diuinis verbis reſiſtentium.

CAPVT VIII.

Priore parte proponitur viſio, ſignificans exciſionem *Frotheocia.* regni Iſraelitici,& declaratur qualis erit ea pœna.Poſteriore parte exponuntur peccata Iſraelis, & pœna peccatorum.tum corporalis,tum etiam ſpiritualis.

HAEC oſtendit mihi Dominus Deus.Et ecce vncinus pomorum.Et dixit, Quid tu vides Amos.E dixi.Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis ſuper populum meum Iſrael.Non adijciam vltra.vt pertranſeam eum, Vox vncinus He- *Io. Interpretes.* bręis eſt כלוב chelub.at verterunt 70.interprætes, vas aucupis.Chaldęus vertit Maan, quod peram paſtoralem ſignificat.vt in primo Regum videre eſt. (*1.Ren.17 D.Hierõ.*) Hieronymus vertit vncinum.Eſt autem vncinus oblõgior virga,capite curuo, & vnco, quo fructus celſiores ex arbore decerpũtur. Et ſine dubio rectè verſum à 70.interprętibus.Nam apud Ieremiã (*Ierem. 5*) vbi nos habemus decipula auibus plena habetur Hebræè,chelub auibus plenũ. (*70. Interpretes.*) Eſt igitur chelub. vas in ꝙ auceps inijcit, quas aucupatur auiculas. ac proinde erit etiã pera paſtoralis.in quã Dauid lapides coniecit.rectè igitur (*1.Reg.17*) vertit & Chaldæus & rectè etiã hoc loco Zimhi,& poſt eũ (*Chaldaus kimhi.*) omnes moderni, Clelub vertũt caniſtrũ,in quo poma cõniciũtur. Quomodo verò Hieron.vncinũ rectè verterit audi. Vidi ego in amœniſſimis hortis chariſſimæ patriæ meæ, (*D.Hierõ.*) hortu-

hortulanos habẽtes vncinos quib. ex arborib.poma decerpebant:& vncinis annexæ erantſportæ,in quas,quæ vncinus ex arbore detruncabat poma,cadebant.Nã ſporta excipiebat poma,cum ſua lanugine, & gratia, quam amitterent, ſi in terra deciderent. Huiuſmodi vncinum, & ſibi caniſtrum, ſeu ſportam colligatam videt Amos, in manibus Domini, qui iam paratus erat, iſraelitas ex regno & terra promiſſionis auellere,vt vncinus ſolet fructus ex arbore ſeparare,Ideò dicit.venit finis:venit auulſio Iſraelis ex terra ſua,volo eum vncino ex ſuo regno reuellare, vt ſolet pomum ex arbore ab vncino reuelli. Non vltra diſſimulabo eius ſcelera:non vltra,velut non videns ea,tranſibo.

Et ſtridebunt cardines templi in die illa dicit Dominus Deus,multi morientur,in omni loco proiicietur ſilentium. Iudicio meo explicatur,quomodo Deus eſſet exiturus populum Iſraeliticum, ſcilicet terræmotu, & peſte. Nam hoc loco breuiter repetit propheta,quod ſupra explicauerat copioſius. Ait igitur, veniet terremotus qui fundamenta, & murus templorum, & regiarum, quamuis fortiſſima concutiet, & ſtupor caſum minabitur. Tum veniet peſtis, per quam multa cadauera iacebunt,in omni loco cadauer proiicietur, tot enim erunt, & tantopere graſſabitur peſtis, vt proiicere poſſint viui cadauera defunctorum:ſepelire non poſſint. Quod autem addit,Silentium, explicatum eſt ſupra,ca 6. Nam patruus defuncti,qui cadauer.ſeu cadaueris oſſa offert domo,dicit miniſtris,tace,ſile.neque voce elata animam defuncti Deo commendes; ne vicini audientes, tantopere ſæuire peſtem intelligant, & nos ſecum commendari minimè patiantur

Amos 6 *Amos 6*

II. PARS.

Audite hoc qui.(1.)conteritis pauperem & (2.) deficere facitis egenos terræ,dicentes. Quando tranſibit (3.)menſis, & venundabimus merces: & ſabbatum, & (4.) aperiemus frumentum, (5.) vt imminuamus menſuram: & augeamus (6.)ſiclum.(7.) & ſupponamus ſtateras doloſas:(8.) vt poſſideamus in argento egenos: (9.) & pauperes pro calceamentis.(10.) & quiſquilias frumenti vendamus. ¶ 1.Conteritis.Hebræa vox ſignificat abſorbere,& deglutire,Audire igitur hanc prophetiam,vos qui abſorbetis pauperes, conteritis ſcilicet & cõminuitis eos,vt facilius deglutiari.Si quæris quomodo cõterãt?ſtatim exponet. ¶ 2.deficere facitis,id eſt,cõtẽditis,efficere,ne vllus,ſit pauper in terra:eos ex terra exter-

exterminando. ¶3.tranſibit menſis:menſis debet legi,non
meſſis & pro menſe,qui Hebręis eſt חדש chodes,intelli-
ge calendas menſis, ſiue neomeniam. qui erat Hebræis fe-
ſtus dies,quo vendere merces non licebat. Pulchrè vero no
tat Amos Iſraelitarum auaritiam: qui nec vnum diem fe-
ſtum patiebantur.ſe impatientes,& Angeli optabant eum
diē tranſire,& ſuccedere non feſtum, in quo vendere mer-
ces liceret,& emere,dolis tamen.& fraudibus, quibus pau-
perum ſubſtātiam abſorberent. ¶4.Eadem ratione optabāt
ſabbatum(quo negotiari non licebat) tranſire, vt cellarium
frumenti aperirent.& venderent, ¶5. menſuram. Hebræis
proponitur genus menſuræ,ſ. ephi,ſeu,epha.Eſt autē epha
menſura,aridorum continens tria ſata.Porrò 30. ſata faciūt
vnum corum. corus verò eſt quantum aſinus portare po-
teſt.vnde corus vnus,ſeu onus aſinarium continet decem
epha.ac ideò 30.ſata. ¶6.ſiclum Hebræis eſt שקל ſequel,
quē(vt arbitror)ſiclum, vocauere Latini. Eſt autem ſequel,
ſeu ſiclum,tum pondus,tum moneta pro pondere accipitur, *1.Reg.17.*
cum ait textus, pōdus loricę Goliath fuiſſe quinque millia
ſiclorum æris.& ferrum haſtæ ſecentorum ſiclorum ferri.
pro moneta accipiuntur, cum ait, appendit Abraham E-
phroni 400. ſiclos publicæ probatæ monetæ. Sed quia ea-
dem omninò ratio eſt ſicli ponderis,& pecuniæ, ideò eius
valorem ita accipito.Manah Hebręa,(quę Latinis eſt Mina,
vel mna)triplex erat:nam maxima erat.25.ſiclorum: media
verò erat.20.ſiclorum,minima 15.vt ex Ezech. conſtare vi- *Exec. 15.*
detur.Ita enim ille habet intelligi:non verò vt multi intel-
ligunt,quod mna habeat 60.ſiclos. ¶Siclus verò, qui ad rē
pertinet valebat 20.obolos. vt idem habet Ezechiel. & in *Eodem*
multis locis habet Scriptura. Iam, inquit Abulenſis non *Exod. 30.*
poſſumus ſcire quantum valeret obolus. ac proinde, nec *Leuit. 26.*
quantum ſiclus valebat.Sed his tenebris lucem inuexit Ioſe- *Num.3.*
phus,dicens,ſiclum qui 20.obolos valebat,valuiſſe quatuor *Ioſephus*
drachmas Atticas. vt quælibet drachma Attica valeret 5. *lib.3.ant.*
obolos Hebræos.Dixi 5.Hebræos:nam drachma Attica va- *c.9.*
lebat 6. obolos Atticos. vt ex multis authoribus probat
Georgius Agricola. Iam verò(vt Plinius,& alij multi aucto
res aderunt) drachma Attica valebat denarium Roman. *Geor. A-*
licet huic rei Georgius repugnet dicens,ſeptem denarios *gric.*
Romanos valuiſſe octo Atticas drachmas.quia tamen hęc *Pli.lib.21.*
exigua differētia eſt ideò omnes ferè auctores pro eodē ac- *c.vlt.*
cipiunt drachmā Atticam, & denariū Romanū At Budæus *Georgius.*

vbique docet denarium Romanum valuiſſe tres ſolidos cum dimidio Turonenſes. Hinc facilè ex Gallis ſciri poterit, quantum apud Hiſpanos valeret ſiclus Hebræus. Qui vt diximus, quatuor drachmas, ſeu quatuor denarios valebat. Satis de Siclo, ¶ 7. Supponamus (ait textus) ſtateras dolo. Hebræus habet, deprauemus ſtaterã dolo. noſtra verſio explicauit, quomodo illa deprauatio fiat. ſcilicet ſupponendo manꝰ ſtateræ, iſti enim mercatores iniquineſcias quo modo, manus ponderibus adhibent: ac ita, iniquum pondus vt æquum videatur, efficiunt. Docet igitur Propheta tres modos iniquos Iſraelitarũ. primus erat diminuere menſuram. quâ diminuta, minus iuſto dabant emptori. ſecundus erat, augere pondus, quo aucto, plus iuſto accipiebant à venditore, quanto enim iniuſtum pondus exbedebat iuſtũ, tanto plus iuſto, ex merce empta accipiebant, à venditore, & hoc eſt quod textus ait vt augeamus ſiclum. Tertius modus erat, quo etiam ſi ſtatera iuſta eſſet, at ex manuum ſuppoſitione, iniquitatem faciebant in pōdere. ¶ 8. vt poſſideamus in argento. Id eſt, vt his tribus modis pauperes attenuati, & abſumpti, ſeu diuitibus vẽdant in ſeruos, pro vili pretio, id eſt, pro vnico argenteo numo, ac ita diues mercator paupe-rẽ, vt ſeruum pro vno argento poſſideat. Erat enim Hebræis vſus, non ſolum, vt pater filium venderet in ſeruũ

Exo. 21. ſed vt ſeipſum quiuis venderet. Prius illud habet in Eyodo,
Leu. 25 poſterius habes in Leuitico. ¶ 9. Pro calceamentis, non ſolum attenuati pauperes Hebræi ſe diuitibus, pro argento vendebant, ſed etiam pro pari calceamentorum, vt ſ. anno Iubilæi dominus, qui ſeruum emebat, eum liberum dimitteret, dato ei pari calceorum. Nam & Salmanticæ plurimi ſcholaſtici pauperes aliis diuitibus ſeruiunt, pro pari calceamentorum, quod ſingulis menſibus ab heris recipiunt. ¶ 10. quiſquilias, quiſquiliæ frumenti ſunt, ſordes illæ, quæ ex cribro cadũt, cum triticum cribratur, has etiam ſordes iniqui mercatores, pauperibus vendebant. ¶ Ergò totius textus noſtri ſenſus eſt, Audite verba, quæ dicam vobis, ô vos Iſraelitæ, qui voratis pauperem, & contenditis eos auellere de terra. ô vos qui cupitis, vt dies feſtus pertranſeat veniatque dies non feſti, vt vos veſtras merces vendatis minuentes interim menſuram per quam arida venditis augentes ſiclum ſeu pondus, quo eſtis empturi, deprauantes manibus veſtris ſtateram, etiam ſi iuſta ſit, ementes vnico argento pauperes: Imò ementes eos pretio calceamentorum

rum,& ſordes frumenti venditis eis.

IVRAVIT Dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra? & lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eiicietur, & defluet quaſi riuus Aegypti. Non ſemper ſumitur vocabulum ſuperbiæ in malã partem. Nam Dominus ad plebem ſuam dicit, Ponam te in ſuperbiã ſæculorum, quo loco ſumitur ſuperbia, pro excellentia, & magnificentia, ita hoc loco ſumitur pro eo, de quo Iſrael ſuperbire debebat, & ſolebat: at illi ſuperbiebant de circõciſione & lege, vt eſt apud Paulum, ſuperbiebant, etiam de Deo, nec enim erat natio tam grãdis, quæ Deum ſibi proximum haberet. Iurat ergo Deus per ſeipſum, qui eſt bona ſuperbia fidelium, id eſt. de quo fideles benè ſuperbire debebant. Iurat porrò Dominus, ſe in perpetuum non traditurum obliuioni hęc Iſraelitica ſcelera, & ait. Nunquid Iſraelis terra hic ſceleribus contaminata tranquilla pace fruetur? & non potius ab hoſtium terrore commouebitur? ab hoſtium iniuriis eius habitatores lugebunt. planè vniuerſa Iſraelis terra, id eſt, eius habitatores vniuerſi aſcendent in prælium, contra Salmanaſſar, & admodum inundantis fluuij, terram operient, ſed verò eiicientur ab hoſtibus victi, & defluent è caſtris, & campis. quos repleuerant, ad modum Nili, qui eſt fluuius Ægypti. Is enim cãpos, quos prius oppleuerat, poſteà deſerit omninò. Ita Iſrael, quam terram, & campos oppleuerat, tranſlatus ex eis omninò relinquet. *Eſai. 60.* *Rom. 2.* *Deut. 4* *Heb. 6* *4. Reg. 17*

¶ Verbum illud in finem Hebræis eſt לָנֶצַח lanazech, id eſt, in perpetuum, vt illud, in finem dilexit eos. ¶ Illud verò defluet, vt fluuius Aegypti, omnibus arbitror eſſe notũ. Namque Nilus, Luna noua poſt ſolſtitium æſtiuum incipit creſcere, & ex alueo exire, creſcit verò Sole tranſeunte cancrum, maximè tamen cum tranſit per leonem. Tum reſidet in virgine, deſerit verò campos, in ſuas ripas regreſſus in Libra. Vide Plinium & Plutarchum. *Vide Abacuc. 3* *Ioan. 13* *Plin. lib. 5 cap. 9* *Plutarch. de Iſide*

ET erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie: & tenebreſcere faciam terram in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum: & ſuper omne caput caluitium. Et ponam eam quaſi luctum vnigeniti: & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Iudicio meo indicat Propheta, Samariam ab hoſte capiendam in meridie, & in die ſereno, nullis nubibus obtenebrato. vt ita victoribus accreſceret lætitia, ex temporis

claritate velut intelligentibus,etiam Solem,& cœlos vincentibus fauere.& contra creſceret victis dolor, videntibus ſe cœlorum fauore deuictos.videlicet cœlis nihil compatientibus eorum calamitati. Igitur, quia in meridie diei ſereni erat ciuitas diripienda,ideò inquit in meridie occidet Sol,& venient tenebrę.Eſt enim phraſis Hębręa, Solem occidere, pro maxima calamitate præmi. vt illud Ieremię, Occidet ei
Ierem.15. Sol,dum adhuc eſſet dies. ¶ Addit Deus. Conuertam feſti. Iudicio meo,longam obſidionem Iſraelis ab hoſte prænunciat tribus enim annis Samariam obſedit.quo tempore Iſraelitæ vertebant feſta in luctum,videlicet multis bellatoribus
4.Reg. 17 in obſidione cadentibus.& vrbis calamitate iam veniente. Tunc inducebant omnes ſuis dorſis ſaccum.Solebant enim Iſraelitæ in maximo luctu ſacco operiri,& radere caput, quod erat capiti caluitium inducere. Iacob propter credi-
Geneſ.37. tam Ioſephi mortem,cilio induitur,id eſt,ſacco. Iob ſua au-
Iob.1. dita calamitate caput ſuum tondet.Nos etiam in noſtrorum morte,vili veſte,velut ſacco obuoluimur.licet capita minimè radamus.vnde forſan monachi(lugētes ea vox ſignificat) acceperunt,vt ſaccum inducerent,& capita raderent.¶Subdit Dominus tertio,ponam eam,ſcilicet terram Iſraelis, quaſi luctum vnigeniti quod iudicio meo debet referri ad planctum illum Aegyptiorum:quando Angelus omnem eorum primogenitum occidit.ac ideo in nulla non modo planctus maximus erat. Talem fore terram Iſraeliticam Dominus
Exo. 12. prænunciat ¶ Demum ait.Ponam nouiſſima eius diem amarũ,id eſt,tot calamitates Iſraeliticarum(quas per tres continuos patientur annos)non habebunt finem aliquem fœlicem. nam vrbs tandem capietur.is erit amarus obſidionis
4.Re.17. dies. quo cum vrbe, Rex & regnum Iſraeliticum finem accipient.

Et ecce dies veniunt,dicit Dominus Deus,emittam famem in terram. Non famem panis,neque ſitim aquæ:audiendi verbum Domini. Et commouebuntur à mari vſque ad mare.& ab aquilone vſque ad orientem, circuibunt, quærentes verbum Domini: & non inuenient. Multi noſtri doctores hanc famem,& ſitim referunt ad tempus Iudæorum, poſt Chriſti paſſionem. at profectò Iudæi nunc non fameſcunt verbum Dei,cum credunt ſe illud habere.nec circuunt terram,vt verbum Dei audiant:ſed vt opes acquirant. Ergo hęc prophetia indicat Iſraelitas e terra ſua transferendos in terram alienam, ſcilicet Perſarum, atque Medorum. vbi cœpiant audire prophetam, verba

ba Domini,eius vice,loquentem. nunquam audiant tamen. quod ita verè contigit.Nam Iſrael,abductus in Medos,prophetam ad eum miſſum,nunquam vidit.Cum tamen Iudæi qui poſt annos multos,abducti fuerunt in Babylonem prophetas audierint, Ezechielem,Danielem, Zachariam, Aggæum,Eſdram,&c Fateor habuere Iſraelitæ Tobiam in Niniue,& Rages ciuitate Medorum.Sed Tobias non fuit propheta miſſus à Deo,vt Iſraelitis Dominica verba nnntiaret. ¶ Porrò Media,& Perſia in quas captiuus Iſrael adducitur, habent ab occidente mare Caſpium, ab Auſtro Perſicum de quibus h c,vt arbitror mentio fit. Habent item ab Oriente Carmanos, ab Aquilone Armenios. prænuntiat igitur Dominus fore,vt Iſraelitæ captiui, ſed Regum facultate liberiores,vt Tobias,per hæc maria,& per has gentes circuitent prophetam quęrentes,nec tamen inuenientes. 4.Re.17. Tob.4. Tob.1.

In die illa deficient virgines pulchræ: & adoleſcentes in ſiti Qui iurant in delicto Samariæ: & dicunt,viuit Deus tuus Dan: & viuit via Berſabee: & cadent,& non reſurgent vltra. Verbum in die illa,non debet referri ad proximè dicta, de fame & ſiti verbi Dei.de his enim dixit Dominus,Ecce dies veniunt, non dixit,ecce dies venit. Habet igitur referri ad illud,& erit in die illa,occidet , Sol , &c.id eſt,habet referri ad tempus non captiuitatis, ſed obſidion s. qua vrbem premente , virgines & iuuenes ſiti deficerent,vt ſolet in obſidione aqua deficiente contingere.Nam cum Samaria in excelſo monte ſita eſſet teſte Zieglero,non poterat largis aquis abundare. Erat verò dolor ingens pulchras & delicatas fœminas,& iuuenes videre ſiti confectos.¶ Sequitur,Qui iurant in delicto Samariæ,& qui iurant per Deum Dan,&qui iurant per viam Berſabee: hi omnes cadent ſcilicet ab hoſtibus , capti. nec vltra reſurgent.vt ſcilicet in ſuum regnum reſtituantur Hic notabis primum,medium regni Iſraelitici fuiſſe Samariam , initium fuiſſe Dan:finem fuiſſe Berſabee.vt ex tabulis Ziegleri cognoſcere poteris. Ergo cum ait Dominus,hos iurantes per Deum Samariæ, Dan , & Berſabee caſuros,planè docet totum imperiū Iſraelis caſurum,ſcilicet medio eius initio & fine cadente.¶Notabis ſecundo,delictu Samarię fuiſſe vitulum,quem in Bethel poſuerat Rex Samarię Ieroboā. delinquebat enim in illo vitulo totus Iſrael,eum adorans. ¶Similiter Ieroboā conſtituit ſimilē vitulū in trib.Dān.Cum enim hæc r bus olim rapuiſſet idolum ex domo Michas,& illud collocaſſet in Lais ciuitate ſua(in tēplo ſcilicet quod illud ex tract- Zieglerus. Oſee.1.2. 3. Zieglerus. 3.Reg.13. Eodem. Iudicum. 17.& 18.

non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?

Contra naturã eſt equi,currere ſuper rupe:&contra naturã bouis eſt,arare ſuper eadem rupe.idẽ contra naturam Iudicis eſt currere & arare ſuper iniuſtitia.Si enim velint bos, vel equus currere , aut arare ſuper petra , frangent crura, & pectora lacerabunt.at vos Iudices aratis ſuper iniuſtitia:

Galat.6. iuſtiã vertentes in fel:& quietẽ(quæ eſt fructus iniuſtitiæ) vertitis in abſynthium , qui enim ius à vobis expectabat, fel refert & venenum. Rurſum curritis & aratis ſuper petra , qui Deum nihil curantes , in nihilo virium veſtrarum confiditis,dicentes. Cornua,& potentia à nobis ſunt , nos cornu hoſtes noſtros ventilamus.planè in nihilo cõfiditis,

4.Re.18. in nihilo curritis,& aratis,quid inde expectatis,niſi vt vires veſtræ diſſipentur. ¶ Bubalis ponitur pro bobus. Fructus iuſtitiæ,& æquitatis eſt tranquilitas ordinis,& pax,qua habet quiſque ſuum.¶ Cornua verò ſumi pro potentia pluſquam manifeſtũ eſt. Diſcat Theologus hinc vires noſtras viribus Dei deſtitutas eſſe nihil.

Ecce enim ego ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael (dicit Dominus

Auguſt. *Deus exercituum) gentem: & conterent vos ab introitu* Emath,*vſque ad torrẽtem deſerti.*Tempore noſtri Amos regnabat Iero-

Amos. 1. boam filius Ioas,qui felicibus victoriis.Iſraelis propagauit imperium,an introitu Emath,quæ Antiochia dicta eſt , vſque ad torrentem deſerti.vt 4.Reg.verbis diſertis aſſeritur, quod ſupra dixi.Ergo dicit Amos, adducam contra Iſraëlẽ

4.Re.14 gentem Aſſyriã, duce Salmanaſſar, quæ conteret totũ im-

Amos. 1. periũ veſtrum,nihil in eo illæſum relinquens . ¶ Quæ fue-

Amos. 6. rit Emath dixi in initio huius cap.¶Torrentem deſerti vo

D.*Hier.* cat D.Hierony.torrentem,qui fluit iuxta Rhinocorurã : at ego credo intelligi Maionam quo terminatur tribus Simeonis,ac proiude totum regnum Iſraelis.Nã ſanctæ literæ te-

Zieglerus. ſtantur limites regni Iſraëlitici eſſe Dan,& Berſabee.at Ber-

Tabulæ ſabee eſt in tribu Simeonis,iuncta torrenti Maionæ , diſtãs

Paleſt. nimis à Rhinocorura,& eius torrẽte.vt eſt in tabulis videre.

CAPVT VII.

Protheoria TRibus viſionibus videt Amos Deum paratum mittendas tres calamitates cõtra Iſraëlem quas Propheta ſuis precibus cum Deo agens,ab Iſraelitis amouit. Secunda parte habetur epiſtola miſſa Regi,ab Amaſia idolorum pontifice contra Amos,& huius ad epiſtolam reſpõſio.

HÆC

*H*AEC oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce fictor locuſtæ, in principio germinantium. ſerotini imbris: & ecce ſerotinus, poſt tonſorem gregis. ¶ Et factum eſt cum conſumaſſet comedere herbam terræ, dixi, Domine Deus propitius eſto obſecro. Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt Dominus ſuper hoc. Non erit, dicit Dominus Deus. Hæc eſt prima viſio, qua Amos lumine diuino colluſtratus videt Deum formantem innumeras locuſtas. formabat verò eas menſe Martio, cum initium eſt germinandi, id eſt, cum herbæ incipiunt germinare, propter aduentum pluuiæ ſerotinæ (id eſt quæ menſe Martio cadit). Ecce inquit, imber ſerotinus cadebat, poſtquam greges tonderi incipiebant. Porrò quia herbæ germinabant, & ex pluuia teneræ erant locuſtæ, quas Deus miſit in herbas omnem herbam deuorauerunt, vt quæ tam mollis erat. Hæc vidit Amos in lumine prophetico. Porrò intelligens Deum velle opere, & re ipſa in Iſraelem complere, quod propheta viderat in imagine. volebat enim reales locuſtas contra herbas menſe Martio germinantes immittere) clamat Propheta Domine. Domine Deus propitius eſto Iſraeli, ne in eius herbam locuſtas immitte. Nam attenuatiſſimus eſt Iſrael, vaſtatus videlicet ab Hazaele. Si in tam tenuem, & calamitoſum populum locuſtas immittas, peribit funditus, quod remedium habere poterit? tantus caſus non habebit ſubleuantem. Ad has Prophetæ preces Dominus & placatus & exoratus reſpendet. Non erit, id eſt, non immittam locuſtas, vt tu precabaris. in hoc honoraui faciem tuam. ¶ Hoc loco primum nota, locuſtas has imaginarias fuiſſe, non exteriores in re. ſimiliter, & imber, qui ſerotinus cadebat, in imagine videbatur. vt etiam tonſio gregum Regis, erat in imagine viſa, ac etiam, quod locuſtæ herbas tenellas abſumpſerint, in imaginaria viſione videbatur. non re ipſa fiebat. Sed quia per hanc viſionem intelligebat Amos, locuſtas iam iam parari, vt herbam molliculam Iſraelis deuorarent, ideo Propheta clamat, precatur, exorat, ¶ 2. obſerua cauſam, quare dixerit, principio germinantium: & ſerotini imbris: & poſt tonſionem regij gregis ſcilicet vt his omnibus notaret, fuiſſe tunc menſem Martiũ, cum herbæ ſunt teneriores, ac ideo facilè abſumi à locuſtis poſſunt. his tamen abſũptis, totius anni annona pereat. Nam ſi locuſta autũno veniſſet, aut hieme, aut in fine ęſtatis parũ miſeris noceret agricolis. at veré deuaſtans, remanebit ſine frugib' ann'. ¶ 3. eſſe verò

4. Re. 10.

4. Re. 25.

im-

imbrem ſerotinum, qui menſe Martio venit: vt temporaneum, qui venit Octobri, dixi ſuper Oſeam, & Ioelem. ¶ 4.
Oſee. 6. Ioelis 2. Tonſor hoc loco ſumitur pro tōſione. calidiſſimis porrò regionibus incipiunt ad finem Martij greges tonderi maximè greges Regum, qui maiore diligentia curātur. Ergo videbat Amos paſtor, locuſtas à Deo parari, poſtquam tonſores gregium eos tondere incipiebant. ¶ 5. maximè aduerte, Multas pœnas à Deo contra noſtra peccata parari, quas tamen nobis ignorantibus, viri Sancti ſuis precibus amouent. Opponunt enim ſe Deo, vt murus, ne eius ira in ſcelera deſæuiat. qua re & ipſe Dominus delectatur: tanta eſt eius clementia. Vide Ezechielem. ¶ 6. Quàm verò eſſet afflictus populus Iſraelis huius Prophetæ tēporibus, maximè cum Prophetare cœpit, lege in 4. libri Regum, vt dixi ſæpius ſupra.
Ezec. 13. 4. Re. 14 Amos. 5. & 6.

II. VISIO.

Hæc oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce vocabat iudicium, ad ignem Dominus Deus: & deuorauit abyſſum multam, & comedit ſimul partem. Et dixit, Domine Deus quieſce, obſecro. Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt Dominus ſuper hoc. Sed & iſtud non erit: dicit Dominus.

Litera Hebrea gloſa eſt noſtre. Sic enim habet. Ecce vocās ad iudicium per ignem. Id eſt, Secunda viſio fuit. Vidi Dominum Deum, qui vocabat homines Iſraelitas ad iudiciū: afferēs ignē, quo eorū peccata puniret. Is ignis deuorauit abyſſum magnam, quam Propheta in viſione videbat, & conſumpta per ignem magna aquarum copia, etiā partem fructuum, & regionis abſumpſit. Qua viſione intellexit Amos, Deum voluiſſe ingentiſſimū æſtum & cauma ta, & caloris incendia, contra Iſraelem immittere quo calore, etiam mare (ſcilicet Tyberiadis) & magna herbarum & arborum pars ſyderata periret. Clamat igitur Propheta Domine etiam ſi in iudicio, homines reos inuenias, & omni pœna digniſſimos iudices, quieſce nunc tamen, memineris quam ſit Iſrael hoc tempore, Hazaelis opera calamitoſus. Si hanc ei calamitatem addideris, quis ei poterit eſſe remedio. His precibus exoratus Dominus, & retrahit calamitatem, quam immittebat. ¶ Num non lector vides, has calamitates fuiſſe imaginarias, non verò opere completas? vt quas Propheta ſuis precibus, ne complerentur efficiebat.
4. Reg. 8

III. V

III. VISIO.

Hæc oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce Dominus ſtans ſuper murũ litum: & in manu eius trulla cementarij. Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos: & dixi, trullam cementarij. Et dixit Dominus. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei: & non adijciam vltra, ſuperinducere eum. Et demolientur excelſa idoli: & ſanctificationes Iſrael deſolabũtur: & conſurgã ſuper domum Ieroboã in gladio. pro trulla cemẽtarij Hebræis eſt אנך anach, quod verbum dubiæ ſignificationis eſt, Id conuenit inter multos, verbum illud ſignificare ſtannum. Inde collegit Kimhi, anach ſignificare perpendiculum, quod è ſtanno, vel plumbo fit. At Hierony. collegit ſignificare trullam, quæ in modum *Kimhi.* terſi ſtanni reſplendet ¶ Eſt autem perpendiculum. vt Vitruuius *D. Hier.* vult, quo ædificij altitudo dirigitur. vt regula, qua diri- *Vitruuius.* gitur longitudo: & norma, qua anguli diriguntur, vt ſibi reſpondeant. Trulla vero, qua cementarius parietem calce illinit, & incruſtat, eumque complanat, ad gratiã & fortitudinem ædificij. Nos vocamus plana. Luſitani colher. Igitur ex duplici ſignificatione verbi anach duplex textus occurrit. Priorem, quo anach dicitur ſignificare perpendiculum, ſequuntur cuncti moderni, In hunc modum. Videt Amos Domi *Pagninus.* num ſtantem ſuper murum, habebatque in manu perpendi- *Lygurinus.* culum, interrogat interim Deus Prophetam. Tu quid vides? tunc Amos. Video in manu tua perpendiculum. Tunc Do- *Vatablus.* minus. Ecce ego perpendiculum hoc admoneo parieti per *Monſte.* medium eius. Neq; vltra diſſimulabo huius parietis errores & excreſcentes tumores: Paries eſt Iſrael, tumores ſunt, eius idola, & idolorum cultor Rex. Demoliar igitur deos eius, ſimul & Ieroboam filiũ Ioas: qui tantopere colit idola. ¶ Po- *4. Re. 14.* ſterior textus in quo anach, ſignificat trullam. eſt D. Hieron. & hunc, vt canonicum, nobis proponit Eccleſia. Cuius ſen- D. *Hier.* ſus. licet per aliam viam, in eundem tẽdit finem, eſt verò hic. Videt Amos Deum ſtantem ſuper murum quem trulla complanauerat, decorauerat, & corroborauerat interrogat Deus. Quid tu vides Amos? ille video in manu tua, ſplendentem trullam in modum albentis ſtanni, Tunc Dominus, Ecce ego relinquo trullam, nunquam amplius incruſtabor, nec tectorio inalbabo parietem. Paries eſt Iſrael. trulla eſt benignitas mea, qua gratiam, & robur Iſraeli concedo. Non libet vltra mea benignitate erga Iſraelem vti: imo fauores meos ab illo aufero. quibus ablatis corruent excelſa idolorum: pe-

ribit & Rex Iraelis.¶ Illud verbum, nõ adiiciam vltra ſuper in. Hebræis eſt: non addã vltra tranſire per eum, id eſt, non accedã amplius ad eum albario linien dũ, & incruſtãdum.¶ Excelſa idoli. Hebræus habet, Excelſa Iſaac. Vocabantur tunc excelſa, aræ ſeu altaria, quæ ferè in excelſis mõtibus fiebant. ideò excelſa dicebantur vt ex magno Abulẽſ.

Abulen. ſuper Numeris docemur. Porrò nos docet Amos Iſraelitas in locis excelſis, conſtruxiſſe aras in memoriam Iſaac Patriarchæ, in quibus etiã idola colebãt. Et excelſa Iſaac dicebantur. Alij dicunt ישחק Iſchaq ſignificare riſum. vt excelſa idoli ſint excellãriſus, ſeu ridicula, de hoc infra.¶ Sanctificationes Iſrael, id eſt, ſancturia & delubra, vbi etiã memoria, ſimul cum idolis habebatur.¶ Super domũ Ieroboã in gladio. Tẽpore huius Ieroboami, filij Ioas prophetauit

Amos. 1 Amos, & licet Rex ille fauore vſus Diuino, reſtituerit Iſraeli vrbes ab Aemath. vſq; ad mare ſolitudinis, vt 4. Regum ha-

4. Reg. 14. betur: & dictum mihi ſupra eſt, nihilominus grandis fuit Rex ille idolorum cultor. nec enim receſſit, vel latum vn-

Amos. 6 guem à peccatis ſuperioris Ieroboam, filij Nabat. vt in eodem libro Regum aſſeritur. Ideò, hoc loco Dominus gladium contra domum eius promittit. vt contra ingratum

4. Reg. 14 beneficiis Dei. Gladius verò cõtra eius domum venit. ſiquidem Sellum, filius Iabes coniuratione facta, contra Zachariam filiam Ieroboam, cum percuſsit, & eius regnum ſibi

4. Re. 15 vſurpauit.

II. PARS.

Et miſit Amaſias Sacerdos Bethel ad Ieroboam. Regem Iſrael, dicens, Rebellauit contra te Amos, in medio domus Iſrael. Non po-

Oſee 10. 12 *terit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius. Hæc enim dicit Amos*

Amos 7. *in gladio morietur Ieroboam. & Iſrael captiuus migrabit de terra*

& 5 *ſua.* Miſit epiſtolam Amaſias ſummus ſacerdos ſummi ſanctuarij Iſraelitarum, ſcilicet Bethelis. de quo multa ſupra. Miſſa verò epiſtola eſt ad Ieroboam filium Ioas, cuius tẽ-

Amos 1 pore prophetabat Amos. Epiſtola porrò dicebat. Coniurauit & rebellauit contra te Amos, non occultè: ſed in medio populi, publiciſſimè. Neq; verò eſt æquum, vt terra ferat eius ſermones. Ait enim, Tu gladio morieris: & Iſrael captiuus transferetur è terra.¶ Mentitus eſt Amaſias. Siquidem Amos nõ dixerat. Ierobam occidendũ gladio, ſed domum eius. vt verò inflammaret Regem contra Prophetam, quod hic

hic dixit de domo Regis, ille aſſeruit dictum de Rege. ¶ Huic epiſtolæ, inquit Hieron. nihil reſpondit Ieroboam. ſciebat enim ſe fauore Diuino quem Ionas Propheta illi promiſerat, tot victoras ex hoſtibus reportaſſe, ideò ꝓphetas verebatur, nihilque eis nocere volebat. *Heron.* *4.Re.14*

Et dixit Amaſias ad Amos, Qui vides: gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi & in Bethel. non adiicies vltra vt prophetes: quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt. Videns Amaſias, Regem epiſtolam accepiſſe, nihilque mali contra Amos reſpondiſſe, blandè eum alloquitur in hunc modum. Qui vides. id eſt Propheta, qui lumine Diuino futura vides, & prædicis. vade in terram Iuda, quæ tibi patria eſt, vbi non adeò coluntur idola. vade, ibi viue. ibi propheta. ne prophetes in templo noſtro Bethel. quæ eſt ſummum ſanctuarium Regis Iſrael. & eſt ſacra domus, ad quam concurrit totũ regnũ Iſrael. ¶ Qui vides. hoc nomine vocabantur olim Prophetæ. vt 1. Regum 9. ¶ Euge (inquit) in terram Iuda. Si (vt tu prophetiſas) peſtis, terremotus, fames, captiuitas, oppreſſura ſunt Iſraelem, tu hæc incommoda fuge. & ibi comedere licebit: cum hic nos, vt tu dicis, opprimet fames. ¶ In Bethel non adiicies. Hinc colligo mihi Amos prophetaſſe, & conciones habuiſſe in Betel. videlicet in ſumma totius regni æde. vide vim animi paſtoris, qui ita medio ſummi templi audet hæc cõcionari. ¶ Sanctificatio Regis eſt. Nã Ieroboam filius Nabat hædes Bethel dicauit vitulis aureis. Eratque ea domus toti Iſraeli ſacerrima. Dixi de Bethel (olim Luza dicta, poſtea Bethauem) ſuper Oſeæ. & ſuper Amos. 3. 4. 5. *Amos 1.* *3.Reg.12* *Oſee 4.10* *Amos 3 4.5.*

Reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiam. Non ſum propheta, & non ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum, vellicans ſycomoros. Et tulit me Dominus Deus cum ſequerer gregem, & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Iſrael. Sycomorus arbor eſt foliis mori: fructibus ficus, ſuas verò ficus profert hæc arbor ter, & quater in anno. quæ non matureſcunt. niſi vnguibus ſcalpantur, aut ferro. vide verò prouidẽtiam Dei, naſcitur hæc arbor frequens in ſterilibus locis. vt ſuorum fructuũ copia, terræ inopiam ſuppleat. multa de Sicomoro Dioſcorides. Super hanc aſcendit Zacchęus Dominũ conſpecturus. ¶ Vt verò intelligas verbum illud, non ſum propheta, notabis ex li. 4. Reg. quod ſæpius dixi, apud Hebręos fuiſſe olim religioſos, nihil propriũ habẽtes ſed ex communi viuentes. viuebantque ſub gubernatione *Dioſco.lib 1.ca.144* *4.Reg.2.*

ſuorum prælatorum.vt aliquando vixerunt ſub Eliſæo hos prælatos vocabant prophetas adeò enim erant illi ſanctiſſimi,vt frequenter lumine prophetico pollerent.religioſos verò illorum vocabant filios prophetarum. vt paſſim inuenias in libr.4.Regum.Cum ergo noſter Amos nunquam fuerit aut religioſorum prælatus,nec horum prælatis ſubiectus,meritò dicit,non ſum propheta, religioſorum ſuperior:nec filius prophetæ, id eſt prolato religioſo ſubiectus.¶ Quòd verò dicit Amos,ſum armentarius,vellicãs ſycomoros:ita intellige.ſum paſtor gregis, vngue, vel forro ſcalpens ficus ſycomori. ad famem expellendam. Nam vt dixi,abundant ſycomori in ſterili terra, qualis erat Thecua,vbi greges paſcebat Amos, qui ex earum fructibus ventrem implebat.¶ Dicit ergo noſter Amos. Tu Amaſia noſti me nunquam fuiſſe religioſum.noſti me fuiſſe bubulcũ vides me prophetare.id ex imperio Domini facio, qui me ad prophetandum miſit:non in terram meam,ſed in terrã Iſrael,& in templo Bethel:tu nunc vide,cui parere debeo, tibi ne mandanti,vt taceam in Iſrael, & fugiam in terram Iuda:an Deo mandanti,vt prophetẽ in Iſrael, & in medio Bethel?¶ Obſerua Amos fuiſſe paſtorem bouum.ait enim בוקר אנכי boqer anochi,id eſt,bubulcus ego.ſimul verò paſcebat oues, & capras.ait enim tulit me Dominus de poſt oues.ita Hebraicè.

4.Reg.2 & cap.6.

Amos 3

Nunc igitur audi verbum Domini. Tu dicis, Ne prophetes ſupra Iſrael: & non ſtillabit ſuper domum Idoli. Propter hoc,hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui. & filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur: & vt tu in terra polluta morieris: & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua. ¶ Super domum idoli.Hebræis eſt ſuper domum Iſchaq.dicit verò Kimhi idem eſſe Iſchaq, & Iſaach.alij verò Iſchaq.riſum ſeu ridiculum dicunt. Dicebat igitur Amaſias noſtro Amos.Ne prophetes cõtra Iſrael,nec cõtra domum Bethel, id eſt contra ridiculam domum.non ſtilles.id eſt, nec verbum,nec guttam effundas contra domum idoli.aptior eſt interpretatio Rabi Zimhi. Neque enim Amaſias Bethel vocaret domum ridiculam,ſed potius domum Iſaac.¶ Humus tua funicu.meti. videtur Amaſias fuiſſe diues, qui agros longè lateque patentes poſſideret.quos,ait Amos,hoſtes ſibi fune menſorio metientur & poſſidebunt. ¶ Tu in terra pollut.terra promiſſionis,terra ſancta vocabatur. ambulabat enim Dominus in ea, & inhabitabat, reliqua terra gentium

Kimhi

dictum eſt hoc ſupra hoc cap.

Kimhi.

Deut.23

gentium polluta,& contaminata erat idolorum culturâ. Tu igitur Amaſia captiuus duceris in terram Gentilium, & in ea morieris. ¶ Tu nunc Lector attendè. à tempore Ieroboam ſub quo propherat Amos. vſque ad annũ nonum Oſee (quo Salmanaſſar Iſraelis regnum deſtruxit) interceſſere anni 41. plus minus. Deſtructo igitur regno Iſraelis, Amaſias, qui ſub ea calamitate viuebat, vidit filios ſuos, & filias hoſtili gladio peremptos: vidit ſuas poſſeſſiones hoſtibus, iure belli poſſidendas concedi. ipſe verò captiuus cum reliquis Iſraeltis in Perſas, & Medos abbuctus eſt ¶ Quod autem dicit. vxor tua in ciuit. for, ſignificat, eius vxorem ante hoſtilem calamitatem ſui corporis copiam voluntariè feciſſe. Non enim dicit Amos, vxor tna polluetur ab alio. ſed ipſa formicatur. ſ. ſponte ſua. idque in ciuitate. ſ. publicè, ſcientibus omnibus. ¶ Expende pœnam ſacerdotum Diuinis verbis reſiſtentium. *4 Reg. 17.*

CAPVT VIII.

PRiore parte proponitur viſio, ſignificans exciſionem regni Iſraelitici, & declaratur qualis erit ea pœna. Poſteriore parte exponuntur peccata Iſraelis, & pœna peccatorum. tum corporalis, tum etiam ſpiritualis. *Protheoria.*

HAEC oſtendit mihi Dominus Deus. Et ecce vncinus pomorum. Et dixit, Quid tu vides Amos. E dixi. Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis ſuper populum meum Iſrael. Non adijciam vltra. vt pertranſeam eum, Vox vncinus Hecręis eſt כלוב chelub. at verterunt 70. interpretes, vas aucupis. Chaldęus vertit Maan, quod peram paſtoralem ſignificat. vt in primo Regum videre eſt. Hieronymus vertit vncinum. Eſt autem vncinus oblõgior virga, capite curuo, & vnco, quo fructus celſiores ex arbore decerpũtur. Et ſine dubio rectè verſum à 70. interpretibus. Nam apud Ieremiã vbi nos habemus decipula auibus plena habetur Hebræ, chelub auibus plenũ. Eſt igitur chelub. vas in ꝗ aucceps injicit, quas aucupatur auiculas. ac proinde erit etiã pera paſtoralis. in quã Dauid lapides coniecit. rectè igitur vertit & Chaldæus & rectè etiã hoc loco Zimhi, & poſt eũ omnes moderni, Clelub vertũt caniſtrũ, in quo poma cõniiciũtur. Quomodo verò Hieron. vncinũ rectè verterit audi. Vidi ego in amœniſſimis hortis chariſſimæ patriæ meæ, *70. Interpretes. 1. Reg. 17 D. Hierõ. Ierem. 5 70. Interpretes. 1. Reg. 17 Chaldæus Zimhi. D. Hiero.*

exterminando. ¶3.tranſibit menſis:menſis debet legi,non meſſis & pro menſe,qui Hebręis eſt חדש chodes,intellige calendas menſis, ſiue neomeniam. qui erat Hebræis feſtus dies,quo vendere merces non licebat. Pulchrè vero notat Amos Iſraelitarum auaritiam: qui nec vnum diem feſtum patiebantur.ſe impatientes,& Angeli optabant cum diē tranſire,& ſuccedere non feſtum, in quo vendere merces liceret,& emere,dolis tamen,& fraudibus, quibus pauperum ſubſtātiam abſorberent. ¶4.Eadem ratione optabāt ſabbatum(quo negotiari non licebat) tranſire, vt cellarium frumenti aperirent.& venderent, ¶5. menſuram. Hebræis proponitur genus menſuræ,ſ. ephi,ſeu,epha.Eſt autē epha menſura,aridorum continens tria ſata.Porrò 30. ſata faciūt vnum corum. corus verò eſt quantum aſinus portare poteſt.vnde corus vnus,ſeu onus aſinarium continet decem epha.ac ideò 30.ſata. ¶6.ſiclum Hebræis eſt שקל ſequel, quē(vt arbitror)ſiclum, vocauere Latini. Eſt autem ſequel, ſeu ſiclum,tum pondus,tum moneta pro pondere accipitur, *1.Reg.17.* cum ait textus, pōdus loricę Goliath fuiſſe quinque millia ſiclorum æris.& ferrum haſtæ ſecentorum ſiclorum ferri. pro moneta accipiuntur, cum ait, appendit Abraham Ephroni 400. ſiclos publicæ probatæ monetæ. Sed quia eadem omninò ratio eſt ſicli ponderis,& pecuniæ, ideò eius valorem ita accipito.Manah Hebręa,(quę Latinis eſt Mina, vel mna)triplex erat:nam maxima erat.25.ſiclorum : media verò erat.20.ſiclorum,minima 15.vt ex Ezech. conſtare videtur.Ita enim ille habet intelligi:non verò vt multi intelligunt,quod mna habeat 60.ſiclos. *Exec. 15.* ¶Siclus verò, qui ad rē pertinet valebat 20.obolos. vt idem habet Ezechiel. & in multis locis habet Scriptura. Iam, inquit Abulenſis non poſſumus ſcire quantum valeret obolus. ac proinde, nec quantum ſiclus valebat.Sed his tenebris lucem inuexit Ioſephus,dicens,ſiclum qui 20.obolos valebat,valuiſſe quatuor drachmas Atticas. vt quælibet drachma Attica valeret 5. obolos Hebræos.Dixi 5.Hebræos:nam drachma Attica valebat 6. obolos Atticos. vt ex multis authoribus probat Georgius Agricola. Iam verò(vt Plinius,& alij multi auctores aderunt) drachma Attica valebat denarium Roman. licet huic rei Georgius repugnet dicens,ſeptem denarios Romanos valuiſſe octo Atticas drachmas.quia tamen hęc exigua differētia eſt ideò omnes ferè auctores pro eodē accipiunt drachmā Atticam, & denariū Romanū At Budæus

Eodem *Exod. 30.* *Leuit. 26.* *Num.3.* *Ioſephus lib.3.ant. c.9.* *Geor. Agric.* *Pli.lib.31. c.vlt.* *Georgius.*

vbique docet denarium Romanum valuiſſe tres ſolidos cum dimidio Turonenſes. Hinc facilè ex Gallis ſciri poterit, quantum apud Hiſpanos valeret ſiclus Hebræus. Qui vt diximus, quatuor drachmas, ſeu quatuor denarios valebat. Satis de Siclo. ¶ 7. Supponamus (ait textus) ſtateras dolo. Hebræus habet, deprauemus ſtaterã dolo. noſtra verſio explicauit, quomodo illa deprauatio fiat. ſcilicet ſupponendo man⁹ ſtateræ, iſti enim mercatores iniqui neſcias quo modo, manus ponderibus adhibent: ac ita, iniquum pondus vt æquum videatur, efficiunt. Docet igitur Propheta tres modos iniquos Iſraelitarũ. primus erat diminuere menſuram. quâ diminuta, minus iuſto dabant emptori. ſecundus erat, augere pondus, quo aucto, plus iuſto accipiebant à venditore, quanto enim iniuſtum pondus exbedebat iuſtũ, tanto plus iuſto, ex merce empta accipiebant, à venditore, & hoc eſt quod textus ait vt augeamus ſiclum. Tertius modus erat, quo etiam ſi ſtatera iuſta eſſet, at ex manuum ſuppoſitione, iniquitatem faciebant in põdere. ¶ 8. vt poſſideamus in argento. Id eſt, vt his tribus modis pauperes attenuati, & abſumpti, ſeu diuitibus vẽdant in ſeruos, pro vili pretio, id eſt, pro vnico argenteo numo, ac ita diues mercator paupe-rẽ, vt ſeruum pro vno argento poſſideat. Erat enim Hebræis vſus, non ſolum, vt pater filium venderet in ſeruũ
Exo. 21. ſed vt ſeipſum quiuis venderet. Prius illud habet in Eyodo,
Leu. 25 poſterius habes in Leuitico. ¶ 9. Pro calceamentis, non ſolum attenuati pauperes Hebræi ſe diuitibus, pro argento vendebant, ſed etiam pro pari calceamentorum, vt ſ. anno Iubilæi dominus, qui ſeruum emebat, eum liberum dimitteret, dato ei pari calceorum. Nam & Salmanticæ plurimi ſcholaſtici pauperes aliis diuitibus ſeruiunt, pro pari calceamentorum, quod ſingulis menſibus ab heris recipiunt. ¶ 10. quiſquilias, quiſquiliæ frumenti ſunt, ſordes illæ, quæ ex cribro cadũt, cum triticum cribratur, has etiam ſordes iniqui mercatores, pauperibus vendebant. ¶ Ergò totius textus noſtri ſenſus eſt, Audite verba, quæ dicam vobis, ô vos Iſraelitæ, qui voratis pauperem, & contenditis eos auellere de terra. ô vos qui cupitis, vt dies feſtus pertranſeat veniatque dies non feſti, vt vos veſtras merces vendatis minuentes interim menſuram per quam arida venditis augentes ſiclum ſeu pondus, quo eſtis empturi, deprauantes manibus veſtris ſtateram, etiam ſi iuſta ſit, ementes vnico argento pauperes: Imò ementes eos pretio calceamento-
rum

rum,& ſordes frumenti venditis eis.

IVRAVIT Dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra? & lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eiicietur, & defluet quaſi riuus Aegypti. Non ſemper ſumitur vocabulum ſuperbiæ in malã partem. Nam *Eſai. 60.*
Dominus ad plebem ſuam dicit, Ponam te in ſuperbiã ſæculorum, quo loco ſumitur ſuperbia, pro excellentia, & magnificentia, ita hoc loco ſumitur pro eo, de quo Iſrael ſuperbire debebat, & ſolebat: at illi ſuperbiebant de circõciſione & lege, vt eſt apud Paulum, ſuperbiebant, etiam de-
Deo, nec enim erat natio tam grãdis, quæ Deum ſibi pro- *Rom. 2.*
ximum haberet. Iurat ergo Deus per ſeipſum, qui eſt bona *4*
ſuperbia fidelium, id eſt. de quo fideles benè ſuperbire debe- *Deut. 4*
bant. Iurat porrò Dominus, ſe in perpetuum non traditu- *Heb. 6*
rum obliuioni hęc Iſraelitica ſcelera, & ait. Nunquid Iſraelis terra hic ſceleribus contaminata tranquilla pace fruetur? & non potius ab hoſtium terrore commouebitur? ab hoſtium iniuriis eius habitatores lugebunt. planè vniuerſa Iſ-
raelis terra, id eſt, eius habitatores vniuerſi aſcendent in *4. Reg. 17*
prælium, contra Salmanaſſar, & admodum inundantis fluuij, terram operient, ſed verò eiicientur ab hoſtibus victi, & defluent è caſtris, & campis. quos repleuerant, ad modum Nili, qui eſt fluuius Ægypti. Is enim cãpos, quos prius oppleuerat, poſteà deſerit omninò. Ita Iſrael, quam terram, & campos oppleuerat, tranſlatus ex eis omninò relinquet.

¶ Verbum illud in finem Hebræis eſt לנצח lanazech, *Vide Abacuc. 3*
id eſt, in perpetuum, vt illud, in finem dilexit eos. ¶ Illud *Ioan. 13*
verò defluet, vt fluuius Aegypti, omnibus arbitror eſſe notũ. Namque Nilus, Luna noua poſt ſolſtitium æſtiuum incipit
creſcere, & ex alueo exire, creſcit verò Sole tranſeunte can- *Plin. lib. 5*
crum, maximè tamen cum tranſit per leonem. Tum reſidet *cap. 9*
in virgine, deſerit verò campos, in ſuas ripas regreſſus in *Plutarch.*
Libra. Vide Plinium & Plutarchum. *de Iſide*

ET erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie: & tenebreſcere faciam terram in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum: & ſuper omne caput caluitium. Et ponam eam quaſi luctum vnigeniti: & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Iudicio meo indicat Propheta, Samariam ab hoſte capiendam in meridie, & in die ſereno, nullis nubibus obtenebrato. vt ita victoribus accreſceret lætitia, ex temporis

vbique docet denarium Romanum valuiſſe tres ſolidos cum dimidio Turonenſes. Hinc facilè ex Gallis ſciri poterit, quantum apud Hiſpanos valeret ſiclus Hebræus. Qui vt diximus, quatuor drachmas, ſeu quatuor denarios valebat. Satis de Siclo. ¶ 7. Supponamus (ait textus) ſtateras dolo. Hebræus habet, deprauemus ſtaterā dolo. noſtra verſio explicauit, quomodo illa deprauatio fiat. ſcilicet ſupponendo manꝰ ſtateræ, iſti enim mercatores iniquineſcias quo modo, manus ponderibus adhibent: ac ita, iniquum pondus vt æquum videatur, efficiunt. Docet igitur Propheta tres modos iniquos Iſraelitarū. primus erat diminuere menſuram. quâ diminuta, minus iuſto dabant emptori. ſecundus erat, augere pondus, quo aucto, plus iuſto accipiebant à venditore, quanto enim iniuſtum pondus exbedebat iuſtū, tanto plus iuſto, ex merce empta accipiebant, à venditore, & hoc eſt quod textus ait vt augeamus ſiclum. Tertius modus erat, quo etiam ſi ſtatera iuſta eſſet, at ex manuum ſuppoſitione, iniquitatem faciebant in pōdere. ¶ 8. vt poſſideamus in argento. Id eſt, vt his tribus modis pauperes attenuati, & abſumpti, ſeu diuitibus vēdant in ſeruos, pro vili pretio, id eſt, pro vnico argenteo numo, ac ita diues mercator paupe-rē, vt ſeruum pro vno argento poſſideat. Erat enim Hebræis vſus, non ſolum, vt pater filium venderet in ſeruū

Exo. 21. ſed vt ſeipſum quiuis venderet. Prius illud habet in Eyodo,
Leu. 25 poſterius habes in Leuitico. ¶ 9. Pro calceamentis, non ſolum attenuati pauperes Hebræi ſe diuitibus, pro argento vendebant, ſed etiam pro pari calceamentorum, vt ſ. anno Iubilæi dominus, qui ſeruum emebat, eum liberum dimitteret, dato ei pari calceorum. Nam & Salmanticæ plurimi ſcholaſtici pauperes aliis diuitibus ſeruiunt, pro pari calceamentorum, quod ſingulis menſibus ab heris recipiunt. ¶ 10. quiſquilias, quiſquiliæ frumenti ſunt, ſordes illæ, quæ ex cribro cadūt, cum triticum cribratur, has etiam ſordes iniqui mercatores, pauperibus vendebant. ¶ Ergò totius textus noſtri ſenſus eſt, Audite verba, quæ dicam vobis, ô vos Iſraelitæ, qui voratis pauperem, & contenditis eos auellere de terra. ô vos qui cupitis, vt dies feſtus pertranſeat veniatque dies non feſti, vt vos veſtras merces vendatis minuentes interim menſuram per quam arida venditis augentes ſiclum ſeu pondus, quo eſtis empturi, deprauantes manibus veſtris ſtateram, etiam ſi iuſta ſit, ementes vnico argento pauperes: Imò ementes eos pretio calceamento-

rum

rum,& ſordes frumenti venditis eis.

IVRAVIT Dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra? & lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eiicietur, & defluet quaſi riuus Aegypti. Non ſemper ſumitur vocabulum ſuperbiæ in malã partem. Nam Dominus ad plebem ſuam dicit, Ponam te in ſuperbiã ſæculorum, quo loco ſumitur ſuperbia, pro excellentia, & magnificentia, ita hoc loco ſumitur pro eo, de quo Iſrael ſuperbire debebat, & ſolebat: at illi ſuperbiebant de circõciſione & lege, vt eſt apud Paulum, ſuperbiebant, etiam de Deo, nec enim erat natio tam grãdis, quæ Deum ſibi proximum haberet. Iurat ergo Deus per ſeipſum, qui eſt bona ſuperbia fidelium, id eſt, de quo fideles benè ſuperbire debebant. Iurat porrò Dominus, ſe in perpetuum non traditurum obliuioni hęc Iſraelitica ſcelera, & ait. Nunquid Iſraelis terra hic ſceleribus contaminata tranquilla pace fruetur? & non potius ab hoſtium terrore commouebitur? ab hoſtium iniuriis eius habitatores lugebunt. planè vniuerſa Iſraelis terra, id eſt, eius habitatores vniuerſi aſcendent in prælium, contra Salmanaſſar, & admodum inundantis fluuij, terram operient, ſed verò eiicientur ab hoſtibus victi, & defluent è caſtris, & campis. quos repleuerant, ad modum Nili, qui eſt fluuius Ægypti. Is enim cãpos, quos prius oppleuerat, poſteà deſerit omninò. Ita Iſrael, quam terram, & campos oppleuerat, tranſlatus ex eis omninò relinquet.

Eſai.60.
Rom.2.
Deut. 4
Heb.6
4.Reg.17

¶ Verbum illud in finem Hebræis eſt לנצח lanazech, id eſt, in perpetuum, vt illud, in finem dilexit eos. ¶ Illud verò defluet, vt fluuius Aegypti, omnibus arbitror eſſe notũ. Namque Nilus, Luna noua poſt ſolſtitium æſtiuum incipit creſcere, & ex alueo exire, creſcit verò Sole tranſeunte cancrum, maximè tamen cum tranſit per leonem. Tum reſidet in virgine, deſerit verò campos, in ſuas ripas regreſſus in Libra. Vide Plinium & Plutarchum.

Vide Abacuc. 3
Ioan.13
Plin.lib.5 cap.9
Plutarch. de Iſide

ET erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie: & tenebreſcere faciam terram in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum: & ſuper omne caput caluitium. Et ponam eam quaſi luctum vnigeniti: & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Iudicio meo indicat Propheta, Samariam ab hoſte capiendam in meridie, & in die ſereno, nullis nubibus obtenebrato. vt ita victoribus accreſceret lætitia, ex temporis

claritate velut intelligentibus,etiam Solem,& cœlos vincentibus fauere.& contra creſceret victis dolor, videntibus ſe cœlorum fauore deuictos.videlicet cœlis nihil compatientibus eorum calamitati. Igitur, quia in meridie diei ſereni erat ciuitas diripienda,ideò inquit in meridie occidet Sol,& venient tenebrę.Eſt enim phraſis Hębręa, Solem occidere, pro maxima calamitate præmi. vt illud Ieremię, Occidet ei
Ierem.15. Sol,dum adhuc eſſet dies. ¶ Addit Deus. Conuertam feſti. Iudicio meo,longam obſidionem Iſraelis ab hoſte prænuntiat tribus enim anais Samariam obſedit.quo tempore Iſraelitæ vertebant feſta in luctum,videlicet multis bellatoribus
4.Reg. 17 in obſidione cadentibus.& vrbis calamitate iam veniente. Tunc inducebant omnes ſuis dorſis ſaccum.Solebant enim Iſraelitæ in maximo luctu ſacco operiri,& radere caput, quod erat capiti caluitium inducere. Iacob propter credi-
Geneſ.37. tam Ioſephi mortem,cilio induitur,id eſt,ſacco. Iob ſua audita calamitate caput ſuum rondet.Nos etiam in noſtrorum
Iob.1. morte,vili veſte,velut ſacco obuoluimur.licet capita minimè radamus.vnde forſan monachi(lugẽtes ea vox ſignificat) acceperunt,vt ſaccum inducerent,& capita raderent.¶Subdit Dominus tertio,ponam eam,ſcilicet terram Iſraelis, quaſi luctum vnigeniti quod iudicio meo debet referri ad planctum illum Aegyptiorum:quando Angelus omnem eorum primogenitum occidit.ac ideo in nulla non modo planctus maximus erat. Talem fore terram Iſraeliticam Dominus
Exo. 12. prænunciat ¶ Demum ait.Ponam nouiſſima eius diem amarũ,id eſt,tot calamitates Iſraeliticarum(quas per tres continuos patientur annos)non habebunt finem aliquem fœlicem. nam vrbs tandem capietur.is erit amarus obſidionis
4.Re.17. dies. quo cum vrbe, Rex & regnum Iſraeliticum finem accipient.

Et ecce dies veniunt,dicit Dominus Deus,*emittam famem in terram. Non famem panis,neque ſitim aquæ:audiendi verbum* Domini. *Et commouebuntur à mari vſque ad mare,& ab aquilone vſque ad orientem, circuibunt, quærentes verbum* Domini; *& non inuenient.* Multi noſtri doctores hanc famem,& ſitim referunt ad tempus Iudæorum, poſt Chriſti paſſionem. at profectò Iudæi nunc non fameſcunt verbum Dei,cum credunt ſe illud habere.nec circuunt terram,vt verbum Dei audiant:ſed vt opes acquirant. Ergo hęc prophetia indicat Iſraelitas è terra ſua transferendos in terram alienam, ſcilicet Perſarum, atque Medorum. vbi cepiant audire prophetam, verba

ba Domini,eius vice,loquentem. nunquam audiant tamen. quod ita verè contigit.Nam Iſrael,abductus in Medos,prophetam ad eum miſſum,nunquam vidit.Cum tamen Iudæi qui poſt annos multos,abducti fuerunt in Babylonem prophetas audierint, Ezechielem,Danielem, Zachariam, Aggæum,Eſdram,&c Fateor habuere Iſraelitæ Tobiam in Niniue,& Rages ciuitate Medorum.Sed Tobias non fuit propheta miſſus à Deo,vt Iſraelitis Dominica verba nnntiaret. ¶ Porrò Media,& Perſia in quas captiuus Iſrael adducitur, habent ab occidente mare Caſpium, ab Auſtro Perſicum de quibus h c,vt arbitror mentio fit. Habent item ab Oriente Carmanos, ab Aquilone Armenios. prænuntiat igitur Dominus fore,vt Iſraelitæ captiui, ſed Regum facultate liberiores,vt Tobias,per hæc maria,& per has gentes circuirent prophetam quęrentes,nec tamen inuenientes.

4.Re.17.

Tob.4.

Tob.1.

In die illa deficient virgines pulchræ:& adoleſcentes in ſiti Qui iurant in delicto Samariæ:& dicunt,viuit Deus tuus Dan:& viuit via Berſabee:& cadent,& non reſurgent vltra. Verbum in die illa,non debet referri ad proximè dicta, de fame & ſiti verbi Dei.de his enim dixit Dominus,Ecce dies veniunt, non dixit,ecce dies venit. Habet igitur referri ad illud,& erit in die illa,occidet, Sol, &c.id eſt,habet referri ad tempus non captiuitatis, ſed obſidion s. qua vrbem premente, virgines & iuuenes ſiti deficerent,vt ſolet in obſidione aqua deficiente contingere.Nam cum Samaria in excelſo monte ſita eſſet teſte Zieglero,non poterat largis aquis abundare. Erat verò dolor ingens pulchras & delicatas fœminas,& iuuenes videre ſiti confectos.¶ Sequ tur,Qui iurant in delicto Samariæ,& qui iurant per Deum Dan,&qui iurant per viam Berſabee: hi omnes cadent ſcilicet ac hoſtibus, capti. nec vltra reſurgent.vt ſcilicet in ſuum regnum reſtituantur Hic notabis primum,medium regni Iſraelitici fuiſſe Samariam, initium fuiſſe Dan:finem fuiſſe Berſabee.vt ex tabulis Ziegleri cognoſcere poteris. Ergo cum ait Dominus,hos iurantes per Deum Samariæ, Dan, & Berſabee caſuros,planè docet totum imperiũ Iſraelis caſurum,ſcilicet medio eius initio & fine cadente.¶Notabis ſecundo,delictũ Samarię fuiſſe vitulum,quem in Bethel poſuerat Rex Samarię Ieroboã. delinquebat enim in illo vitulo totus Iſrael,eum adorans. ¶Similiter Ieroboã conſtituit ſimilẽ vitulũ in trib.Dan.Cum enim hæc tribus olim rapuiſſet idolum ex domo Michas,& illud collocaſſet in Lais ciuitate ſua(in tẽplo ſcilicet quod illud extruct-

Zieglerus.

Oſee.1.2.3.

Zieglerus.

3.Reg.12.

Eodem. Iudicum. 17.& 18.

tructum fuit)erat templum hoc religioſum.qua ratione,in eo Ieroboam vitulum conſtituit per quem Iſraelitæ iurabant.¶ Demum 4.in Berſabee erat templum aliud, in quo idola colebantur, de quo dixi multa ſupra. Sed hic docemur,
Amos.5. Iſraëlitas viã illam,quæ ad Berſabee ducebat, vt ſacra habuiſſet,vt ſcilicet per quam ſæpe ierat Abraham:& quam ſuis pedibus ſacrauerat. ideò per eam viam,vt plenam Diuinitatem Iſraelitæ iurant.

CAPVT IX.

Protheor.4 VIdet Amos quinta reuelatione ſpectrum quoddam: & eius explicationem,ſcilicet excidium regni Iſraelitici. Secundò tradit Chriſti aduentum,& propter ipſum omniũ bonorum abundantiam.

VIDI *Dominus ſtantem ſuper altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur ſuper liminaria.* Non debet verti in dubium,primam hanc huius capitis partem ad Iſraelem pertinere.Nam infra dicit expreſſè, nũquid nõ vt filij Æthiopum,vos eſtis mihi filij Iſrael. Hoc conſtituto veniamus ad literam noſtram. ¶Pro cardinale Hebræis eſt הכפתור caphtor. pro ſuper liminarib. הספים Sipim, Nunc tu aduerte.In Ianua domus quatuor integri lapides eſſe ſolẽt (ſi domus eſt illuſtris qualis tẽplum erat) lapis infimus vocatur limen inferũ.duo lapides qui ſuper limine infero eriguntur, vocantur,poſtes & antæ, lapis ſummus qui ſuper poſtibus collocatur,limen ſuperum, vel ſuper liminare nominatur. ¶ Porrò ſine
Iſai.6. controuerſia, poſtes ſunt Hebræis Sipim, vt ex multis locis colligere eſt, Iſaias ait, apud Hebræos.concuſſa ſunt ſuperliminaria poſtium.vbipro poſtium habetur Sipim.Ergò in textu noſtro, ſuper liminaria ſumuntur pro poſtibus,
Hieron. quia ſuper limine infero erecti ſunt. ¶ Iam obſcura res eſt captor, quod Hieron. vertit cardinem, qui limen inferum eſt:vbi,ſcilicet,cardines ſunt:at reliqui interpretes vertũt li-
Sophon 2. men ſuperum,hac ratione moti,quod captor ſignificet flores & roſas,quæ in limine ſupero ſculpi ſolẽt.Sed apud Sophoniam legimus vrbem deſtruendam,& in eius captorim
Plinius. habitaturos onocrotalos & ericios.Num ericij habitent in
Aelianus limine ſupero?Nam ex Plinio,& Æliano ſcimus ericios in cauis arboribus,& in cauernis terræ morari:non in excelſis tem-

tẽpli liminib. Ergo captor ſignificat limen,& in noſtro textu non ſignificat limen ſuperum, ſed inferũ, vbi cardo eſſe ſolet. ideò Hiero ny. cardinem vertit. ¶ Iã ad ſenſum literæ veniamus. Videt Amos Dominũ ſtantẽ ſuper quodã altari: & iubentem alicui Angelo, vt limen inferũ ianuę tẽpli omnino contereret. præſtitit id Angelus. at cardine ſeu limine diſiecto. ſtatim cecidere poſtes, ſeu columnæ, ſuo loco dimotæ. Hæc eſt viſio. interpretationem audi. *Hieron.*

Auaritia enim in capite omnium: & nouiſsimum eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis: qui fugient: & non ſaluabitur ex eis, qui fugerit. Senſus eſt, poſtes ſuper limine, ſunt principes, ſuper plebe collocati. limen ſunt nouiſſimi, id eſt plebs & vulgus. Nũc ait Dominus, hos nouiſſimos gladio interficiam. nõ erit fuga ei, qui alioqui pericula fugere ſolebat: nec ſaluabitur ex eis, qui euadere diſcrimina ſolet. Manum ſiquidem Domini euadere nemo poteſt. At cadente plebe, velut limine diſiecto, moueri loco ſuo principes neceſſarium eſt. auaritia, ſ. cadente in principum capita. Id eſt ſi principes auari erant & auaritia ſua populum premebãt, cadit in eos auaritia ſua & pœna de eorum crimine ſumitur. ¶ Prædicit ergo Propheta fore, vt à Salmanaſſere vulgus Iſraëlitarum gladio pereat, principes verò loco moti, captiui in Mediam traducantur. Quia verò dixit neminem manus Domini euaſurum, eam rem multis verbis explicat, dicens. *4.Re.17* *Eodem.*

Si deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint in cœlum, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferã eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis meis, in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos. Et ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum. Litera hæc aperta eſt. ſolum minuta quædam in ea notabo, id eſt, Si deſcenderint. Hebræis habetur. Si fodiendo penetrarint in infernum. 2. in vertice Carmeli. videtur loqui de Carmelo religionis Tecuę, de quo dixi initio prophetiæ huius. & Amos docet nos, in eius mõtis vertice fuiſſe latebras multas, quas Deus ſcrutaretur vt inde Iſraelitas abſconditos extraheret. Nam in latebris illis ſeſe abdiderat Dauid, fugiens hoſtem Saulem. Nam deſertum Maon ad montes pertinet Carmeli. 3. Si celauerint ſe, id eſt, ſi credunt ſe celati ab oculis meis. et illud, Dixi forſan tenebræ conculcabunt me, id eſt celabunt me 4. mandabo ſerpenti: Nam pręparauit Dominus ſerpentem, ſeu piſcem grandem qui *Amos 1.* *1.Reg.23.* *Pſal. 138.* *Ione. 2.*

qui Ionam deglutiret.5.abierint in capti. id eſt ſi è caſtris Iſraeliticis trãsfugerint ad caſtra inimicorum, putantes ſe ea ratione gladium euadere poſſe,ibi Deus modum machinabitur,quo gladio cadant.6.oculos meos in malum,id eſt decreui ſine miſericodia malũ eis inferre. Quia verò multi ex Iſraele non credebant poſſe ſibi hæc mala contingere, vt infra dicetur,ideò ſubdit.

Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabeſcet: lugebunt omnes habitantes in ea. Et aſcendit ſicut riuus omnis, & deſlnet,ſicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam: & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. Qui vocat aquas maris,& effundet eas ſuper faciem terræ. Dominus nomen eius. Sẽſus eſt.ô Iſraelitæ credite,neminẽ poſſe euadere manus meas, Quis euadat manũ Domini?cum ipſe ſit, qui ſi terram tetigerit,timore tabeſcet,tremore cõcutietur:ac ita habitantes in ea læti & ſecuri,tremorem terræ videntes, lugere in-
Pſal.108. cipiant. Iuxta illud, Qui reſpicit terram, & facit eam tremere:qui tangit montes,& fumigãt. Quod ſi vniuerſa terra aſcenderit ad reſiſtendum Salmanaſſari,& caſtris ſuis repleuerit campos, vt inundans fluuius ſolet implere, ipſe Dominus eſt,qui eam potentiam defluere faciet, vt fa-
Amos.8. cit defluere aquas fluuij Ægyti, ſcilicet Nili. vt ſupra dictum eſt.Sunt enim eadẽ penitus verba ſupra quæ habentur hoc loco. ¶ Illud porrò verbum, qui ædificat in cœlo aſcen.ſuam,difficile,eſt & variè propterea explicatur à mul
Pſal.103. tis.Ego rem facilè dicam.Habetur in pſal. Qui ponis nubẽ aſcenſum tuum,qui ambulas ſuper pennas ventorum. Id eſt,qui vteris nubibus pro vehiculo, & velociſſimos vẽtos, velut auriga moderaris. Igitur cum Deus nubes in cœlis inferioribus facit,vehiculum ædificat,in quo noſtro modo loquendi,aſcendens vehatur.¶ Sequitur aliud verbum dif-
1.Re.25. ficilius.faſciculum ſuum ſuper ter.fun.Hîc videre eſt,quàm varient Authores.Nos verò Abigail docebit,quomodo exponamus.Et Dauidi loquitur ita.Si ſurrexerit homo perſequens te,& quærẽs animam tuam,erit anima domini mei
Abulen. cuſtodita,quaſi in faciculo viuentium. vbi Abulenſis. viros pios conſeruat Deus ab omni hoſtium iniuria, velut in quodam faſciculo cuſtodiens. Igitur homines viuentes, ſunt faſciculus Dei. quos cum in terra collocauit, faſciculum ſuum in terra fundauit. Cum verò Deus vult aliquem mori,eum è viuentium faſciculo dimittit. ¶ vltimum,ſci-
Amos.5. licet,qui vocat aquas maris ſupra explicatum eſt.¶ His verbis ex-

bis explicauit Propheta Deum habere imperium,ſuper terram. vt quam ſola voluntate concutiat. habere imperium ſuper habitatoribus eius.vt quos lugere, & defluere faciat. habere imperium ſuper cœlis,in quorum nubibus.vehatur. habere imperium ſuper morte & vita vt viuat,quem in ſuo faſciculo detineat:moriatur,quem ab eo delabi ſinat.demũ habere imperium ſuper aquas maris,quas tempore diluuij, *Gen.8.9.* ſuper totam terram effudit. ¶ Illud verò Dominus nomen *Amos.5.* eius,explicatum eſt ſupra,vtcunque.

Nunquid non vt filij Aethiopum vos eſtis mihi,filij Iſrael,ait Dominus. Nunquid non Iſrael aſcendere feci ex terra Aegypti, & Paleſtinos de Cappadocia & Syros de Cyrene? Recens factum erat,quod veniente Zara cum infinita Æthiopum multitudine cõtra Aſſa Regem Iudæ,Dominus vniuerſos Æthiopes miraculo facto internecioni dedit.Ait ergo Dominus. *2.Par.14* Num non ſicut innumerabiles Æthiopes,in virium ſuarum potentia confidentes : ego deleui,ita & vos licet multos,licet in veſtro robore ſi cos , delere poſſim? & ſi ex Ægypto vos innumeros in terram promiſſam abduxi, num non etiã in Mediam abducere potero? Et ſi Palæſtinos è Cappadocia in Philiſtæam adduxi:& Syros è Cyrene,num non ita vos in Mediam, & quo voluero traducam? Si hæc noſtris,cur non creditis,me poſſe implere quod dixi?¶ Quod Palæſtini *Zieglerus.* venerint è Cappadocia, licet repugnet Zieglerus , docet hîc nos Dominus tamen:& habetur fusè à Moyſe dicente, *Deut.2.* Hæueos qui habitabant in Aſerim , vſque Gaza (hæc erat Philiſtea)Cappadoces expulerũt:qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos , & habitauerunt pro eis. Porrò qui fuerint *Strabo.li.* Cappadoces,habes copiosè in Strabone.¶ Quod item Syri *12.* venerint Cyrenę.& poſtea per Teglath-phal-aſſar.in eandẽ Cyrenem reducti fuerint.diximus copioſè in hoc propheta ſupra.Venerant Syri primum in Damaſcum , terrã in orbe ameniſſimam, ſuam minus felicem relinquentes at Rex *Amos.1.* Aſſyrius Syros victos in Cyrenęm Aſſyrię,velut in patriam, victos reuocauit.

Ecce oculi Domini ſuper regnum peccans; & conteram illud à facie terræ. Eſt velut epiphonema dictorũ.ac ſi diceret,Nemo ſe decipiat.Deus oculos habet,quibus iniquitatem regnorum videt:& manus habet,adeò potentes , vt nullum iniquum regnũ manus Dei euadat,quin cõteratur:& à facie terræ deleatur,potentiſſimũ ſit regnũ licet,& quibuſlibet viribus nixũ.

Verumtamen conterens,non conteram domum Iacob,*Dicit Domi-*

nus.

ſuorum prælatorum.vt aliquando vixerunt ſub Eliſæo hos prælatos vocabant prophetas adeò enim erant illi ſanctiſſimi,vt frequenter lumine prophetico pollerent.religioſos verò illorum vocabant filios prophetarum. vt paſſim inuenias in libr.4.Regum.Cum ergo noſter Amos nunquam fuerit aut religioſorum prælatus,nec horum prælatis ſubiectus,meritò dicit, non ſum propheta, religioſorum ſuperior:nec filius prophetæ, id eſt prolato religioſo ſubiectus.¶Quòd verò dicit Amos,ſum armentarius,vellicás ſycomoros:ita intellige.ſum paſtor gregis, vngue, vel forro ſcalpens ficus ſycomori. ad famem expellendam. Nam vt dixi,abundant ſycomori in ſterili terra, qualis erat Thecua,vbi greges paſcebat Amos, qui ex earum fructibus ventrem implebat.¶Dicit ergo noſter Amos. Tu Amaſia noſti me nunquam fuiſſe religioſum.noſti me fuiſſe bubulcũ vides me prophetare.id ex imperio Domini facio, qui me ad prophetandum miſit:non in terram meam,ſed in terrã Iſrael,& in templo Bethel:tu nunc vide,cui parere debeo, tibi ne mandanti,vt taceam in Iſrael, & fugiam in terram Iuda:an Deo mandanti,vt prophetẽ in Iſrael, & in medio Bethel?¶Obſerua Amos fuiſſe paſtorem bouum.ait enim בוקר אנכי boqer anochi,id eſt,bubulcus ego.ſimul verò paſcebat oues, & capras.ait enim tulit me Dominus de poſt oues.ita Hebraicè.

4.Reg.2 & cap.6.

Amos 3

Nunc igitur audi verbum Domini. Tu dicis, Ne prophetes ſupra Iſrael:& non ſtillabit ſuper domum Idoli.Propter hoc,hæc dicit Dominus,Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui.& filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur:& vt tu in terra polluta morieris: & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua. ¶Super domum idoli.Hebræis eſt ſuper domum Iſchaq.dicit verò Kimhi idem eſſe Iſchaq, & Iſaach.alij verò Iſchaq.riſum ſeu ridiculum dicunt. Dicebat igitur Amaſias noſtro Amos.Ne prophetes cõtra Iſrael,nec cõtra domum Bethel, id eſt contra ridiculam domum.non ſtilles.id eſt, nec verbum,nec guttam effundas contra domum idoli.aptior eſt interpretatio Rabi Zimhi. Neque enim Amaſias Bethel vocaret domum ridiculam,ſed potius domum Iſaac.¶Humus tua funicu.meti. videtur Amaſias fuiſſe diues, qui agros longè lateque patentes poſſideret.quos,ait Amos,hoſtes ſibi fune menſorio metientur & poſſidebunt. ¶Tu in terra pollut.terra promiſſionis,terra ſancta vocabatur. ambulabat enim Dominus in ea, & inhabitabat, reliqua terra gentium

Kimhi

dictum eſt hoc ſupra hoc cap.

Kimhi.

Deut.23

gentium polluta,& contaminata erat idolorum culturâ.Tu igitur Amaſia captiuus duceris in terram Gentilium, & in ea morieris. ¶Tu nunc Lector attendè.à tempore Ieroboam ſub quo prophetat Amos. vſque ad annũ nonum Oſee (quo Salmanaſſar Iſraelis regnum deſtruxit) interceſſere anni 41.plus minus. Deſtructo igitur regno Iſraelis, Amaſias,qui ſub ea calamitate viuebat, vidit filios ſuos,& filias hoſtili gladio peremptos: vidit ſuas poſſeſſiones hoſtibus, iure belli poſſidendas concedi. ipſe verò captiuus cum reliquis Iſraeltis in Perſas, & Medos abbuctus eſt ¶Quod autem dicit. vxor tua in ciuit.for,ſignificat, eius vxorem ante hoſtilem calamitatem ſui corporis copiam voluntariè feciſſe.Non enim dicit Amos, vxor tna polluetur ab alio.ſed ipſa fornicatur.ſ.ſponte ſua.idque in ciuitate.ſ.publicè,ſcientibus omnibus. ¶Expende pœnam ſacerdotum Diuinis verbis reſiſtentium.

4.Reg. 17.

CAPVT VIII.

PRiore parte proponitur viſio, ſignificans exciſionem regni Iſraelitici,& declaratur qualis erit ea pœna.Poſteriore parte exponuntur peccata Iſraelis, & pœna peccatorum.tum corporalis,tum etiam ſpiritualis.

Protheoria.

HAEC oſtendit mihi Dominus Deus.Et ecce vncinus pomorum.Et dixit, Quid tu vides Amos.E dixi.Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis ſuper populum meum Iſrael.Non adijciam vltra.vt pertranſeam eum, Vox vncinus Hebręis eſt כלוב chelub.at verterunt 70.interpretes, vas aucupis.Chaldęus vertit Maan, quod peram paſtoralem ſignificat.vt in primo Regum videre eſt.Hieronymus vertit vncinum.Eſt autem vncinus oblõgior virga,capite curuo, & vnco, quo fructus celſiores ex arbore decerpũtur. Et ſine dubio rectè verſum à 70.interpretibus.Nam apud Ieremiã vbi nos habemus decipula auibus plena habetur Hebræè,chelub auibus plenũ. Eſt igitur chelub. vas in quod auceps inijcit, quas aucupatur auiculas. ac proinde erit etiã pera paſtoralis.in quã Dauid lapides coniecit.rectè igitur vertit & Chaldæus & rectè etiã hoc loco Zimhi,& poſt eũ omnes moderni,Clelub vertũt caniſtrũ,in quo poma cõniiciũtur. Quomodo verò Hieron.vncinũ rectè verterit audi. Vidi ego in amœniſſimis hortis chariſſimæ patriæ meæ,

70. Interpretes. 1.Reg.17 D.Hierõ. Ierem.5 70.Interpretes. 1.Reg.17 Chaldæus Kimhi. D.Hier.

exterminando. ¶3.tranſibit menſis: menſis debet legi, non meſſis & pro menſe, qui Hebręis eſt חדש chodes, intellige calendas menſis, ſiue neomeniam. qui erat Hebræis feſtus dies, quo vendere merces non licebat. Pulchrè vero notat Amos Iſraelitarum auaritiam: qui nec vnum diem feſtum patiebantur. ſe impatientes, & Angeli optabant eum diē tranſire, & ſuccedere non feſtum, in quo vendere merces liceret, & emere, dolis tamen, & fraudibus, quibus pauperum ſubſtātiam abſorberent. ¶4. Eadem ratione optabāt ſabbatum (quo negotiari non licebat) tranſire, vt cellarium frumenti aperirent. & venderent, ¶5. menſuram. Hebræis proponitur genus menſuræ, ſ. ephi, ſeu, epha. Eſt autē epha menſura, aridorum continens tria ſata. Porrò 30. ſata faciūt vnum corum. corus verò eſt quantum aſinus portare poteſt. vnde corus vnus, ſeu onus aſinarium continet decem epha. ac ideò 30. ſata. ¶6. ſiclum Hebræis eſt שקל ſequel, quē (vt arbitror) ſiclum, vocauere Latini. Eſt autem ſequel, ſeu ſiclum, tum pondus, tum moneta pro pondere accipitur, *1. Reg. 17.* cum ait textus, pōdus loricę Goliath fuiſſe quinque millia ſiclorum æris. & ferrum haſtæ ſecentorum ſiclorum ferri. pro moneta accipiuntur, cum ait, appendit Abraham Ephroni 400. ſiclos publicæ probatæ monetæ. Sed quia eadem omninò ratio eſt ſicli ponderis, & pecuniæ, ideò eius valorem ita accipito. Manah Hebręa, (quę Latinis eſt Mina, vel mna) triplex erat: nam maxima erat. 25. ſiclorum: media verò erat. 20. ſiclorum, minima 15. vt ex Ezech. conſtare videtur. Ita enim ille habet intelligi: non verò vt multi intelligunt, quod mna habeat 60. ſiclos. *Exec. 15.* ¶ Siclus verò, qui ad rē pertinet valebat 20. obolos. vt idem habet Ezechiel. & in multis locis babet Scriptura. Iam, inquit Abulenſis non poſſumus ſcire quantum valeret obolus. ac proinde, nec quantum ſiclus valebat. Sed his tenebris lucem inuexit Ioſephus, dicens, ſiclum qui 20. obolos valebat, valuiſſe quatuor drachmas Atticas. vt quælibet drachma Attica valeret 5. obolos Hebræos. Dixi 5. Hebræos: nam drachma Attica valebat 6. obolos Atticos. vt ex multis authoribus probat Georgius Agricola. Iam verò (vt Plinius, & alij multi auctores aderunt) drachma Attica valebat denarium Roman. licet huic rei Georgius repugnet dicens, ſeptem denarios Romanos valuiſſe octo Atticas drachmas. quia tamen hęc exigua differētia eſt ideò omnes ferè auctores pro eodē accipiunt drachmā Atticam, & denariū Romanū At Budæus

Eodem *Exod. 30.* *Leuit. 26.* *Num. 3.* *Ioſephus lib. 3. ant. c. 9.* *Geor. Agric.* *Pli. lib. 21. c. vlt.* *Georgius.*

vbique docet denarium Romanum valuiſſe tres ſolidos cum dimidio Turonenſes. Hinc facilè ex Gallis ſciri poterit, quantum apud Hiſpanos valeret ſiclus Hebræus. Qui vt diximus, quatuor drachmas, ſeu quatuor denarios valebat. Satis de Siclo, ¶ 7. Supponamus (ait textus) ſtateras dolo. Hebræus habet, deprauemus ſtaterã dolo. noſtra verſio explicauit, quomodo illa deprauatio fiat. ſcilicet ſupponendo man⁹ ſtateræ, iſti enim mercatores iniquineſcias quo modo, manus ponderibus adhibent: ac ita, iniquum pondus vt æquum videatur, efficiunt. Docet igitur Propheta tres modos iniquos Iſraelitarũ. primus erat diminuere menſuram. quâ diminuta, minus iuſto dabant emptori. ſecundus erat, augere pondus, quo aucto, plus iuſto accipiebant à venditore, quanto enim iniuſtum pondus exbedebat iuſtũ, tanto plus iuſto, ex merce empta accipiebant, à venditore, & hoc eſt quod textus ait vt augeamus ſiclum. Tertius modus erat, quo etiam ſi ſtatera iuſta eſſet, at ex manuum ſuppoſitione, iniquitatem faciebant in põdere. ¶ 8. vt poſſideamus in argento. Id eſt, vt his tribus modis pauperes attenuati, & abſumpti, ſeu diuitibus vẽdant in ſeruos, pro vili pretio, id eſt, pro vnico argenteo numo, ac ita diues mercator paupe-rẽ, vt ſeruum pro vno argento poſſideat. Erat enim Hebræis vſus, non ſolum, vt pater filium venderet in ſeruũ

Exo. 21. ſed vt ſeipſum quiuis venderet. Prius illud habet in Eyodo,

Leu. 25 poſterius habes in Leuitico. ¶ 9. Pro calceamentis, non ſolum attenuati pauperes Hebræi ſe diuitibus, pro argento vendebant, ſed etiam pro pari calceamentorum, vt ſ. anno Iubilæi dominus, qui ſeruum emebat, eum liberum dimitteret. dato ei pari calceorum. Nam & Salmanticæ plurimi ſcholaſtici pauperes aliis diuitibus ſeruiunt, pro pari calceamentorum, quod ſingulis menſibus ab heris recipiunt. ¶ 10. quiſquilias, quiſquiliæ frumenti ſunt, ſordes illæ, quæ ex cribro cadũt, cum triticum cribratur, has etiam ſordes iniqui mercatores, pauperibus vendebant. ¶ Ergò totius textusnoſtri ſenſus eſt, Audite verba, quæ dicam vobis, ô vos Iſraelitæ, qui voratis pauperem, & contenditis eos auellere de terra. ô vos qui cupitis, vt dies feſtus pertranſeat veniatque dies non feſti, vt vos veſtras merces vendatis minuentes interim menſuram per quam arida venditis augentes ſiclum ſeu pondus, quo eſtis empturi, deprauantes manibus veſtris ſtateram, etiam ſi iuſta ſit, ementes vnico argento pauperes: Imò ementes eos pretio calceamentorum

rum,& ſordes frumenti venditis eis.

IVRAVIT Dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra? & lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eiicietur, & defluet quaſi riuus Aegypti. Non ſemper ſumitur vocabulum ſuperbiæ in malā partem. Nam Dominus ad plebem ſuam dicit, Ponam te in ſuperbiā ſæculorum, quo loco ſumitur ſuperbia, pro excellentia, & magnificentia, ita hoc loco ſumitur pro eo, de quo Iſrael ſuperbire debebat, & ſolebat: at illi ſuperbiebant de circōciſione & lege, vt eſt apud Paulum, ſuperbiebant, etiam de Deo, nec enim erat natio tam grādis, quæ Deum ſibi proximum haberet. Iurat ergo Deus per ſeipſum, qui eſt bona ſuperbia fidelium, id eſt. de quo fideles benè ſuperbire debebant. Iurat porrò Dominus, ſe in perpetuum non traditurum obliuioni hęc Iſraelitica ſcelera, & ait. Nunquid Iſraelis terra hic ſceleribus contaminata tranquilla pace fruetur? & non potius ab hoſtium terrore commouebitur? ab hoſtium iniuriis eius habitatores lugebunt. planè vniuerſa Iſraelis terra, id eſt, eius habitatores vniuerſi aſcendent in prælium, contra Salmanaſſar, & admodum inundantis fluuij, terram operient, ſed verò eiicientur ab hoſtibus victi, & defluent è caſtris, & campis. quos repleuerant, ad modum Nili, qui eſt fluuius Ægypti. Is enim cāpos, quos prius oppleuerat, poſteà deſerit omninò. Ita Iſrael, quam terram, & campos oppleuerat, tranſlatus ex eis omninò relinquet.

Eſai.60. *Rom.2.* *Rom.3* *Deut. 4* *Heb.6* *4.Reg.17*

¶ Verbum illud in finem Hebræis eſt לָנֶצַח lanazech, id eſt, in perpetuum, vt illud, in finem dilexit eos. ¶ Illud verò defluet, vt fluuius Aegypti, omnibus arbitror eſſe notū. Namque Nilus, Luna noua poſt ſolſtitium æſtiuum incipit creſcere, & ex alueo exire, creſcit verò Sole tranſeunte cancrum, maximè tamen cum tranſit per leonem. Tum reſidet in virgine, deſerit verò campos, in ſuas ripas regreſſus in Libra. Vide Plinium & Plutarchum.

Vide Abacuc. 3 *Ioan.13* *Plin.lib.5 cap.9* *Plutarch. de Iſide*

ET erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie: & tenebreſcere faciam terram in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum: & ſuper omne caput caluitium. Et ponam eam quaſi luctum vnigeniti: & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Iudicio meo indicat Propheta, Samariam ab hoſte capiendam in meridie, & in die ſereno, nullis nubibus obtenebrato. vt ita victoribus accreſceret lætitia, ex temporis

claritate velut intelligentibus, etiam Solem, & cœlos vincentibus fauere. & contra creſceret victis dolor, videntibus ſe cœlorum fauore deuictos. videlicet cœlis nihil compatientibus eorum calamitati. Igitur, quia in meridie diei ſereni erat ciuitas diripienda, ideò inquit in meridie occidet Sol, & venient tenebræ. Eſt enim phraſis Hebræa, Solem occidere, pro maxima calamitate præmi. vt illud Ieremiæ, Occidet ei
Ierem.15. Sol, dum adhuc eſſet dies. ¶ Addit Deus. Conuertam feſti. Iudicio meo, longam obſidionem Iſraelis ab hoſte prænuntiat tribus enim annis Samariam obſedit. quo tempore Iſraelitæ vertebant feſta in luctum, videlicet multis bellatoribus
4. Reg. 17 in obſidione cadentibus. & vrbis calamitate iam veniente. Tunc inducebant omnes ſuis dorſis ſaccum. Solebant enim Iſraelitæ in maximo luctu ſacco operiri, & radere caput, quod erat capiti caluitium inducere. Iacob propter creditam
Geneſ.37. Ioſephi mortem, cilicio induitur, id eſt, ſacco. Iob ſua audita calamitate caput ſuum tondet. Nos etiam in noſtrorum
Iob.1. morte, vili veſte, velut ſacco obuoluimur. licet capita minimè radamus. vnde forſan monachi (lugẽtes ea vox ſignificat) acceperunt, vt ſaccum inducerent, & capita raderent. ¶ Subdit Dominus tertio, ponam eam, ſcilicet terram Iſraelis, quaſi luctum vnigeniti quod iudicio meo debet referri ad planctum illum Aegyptiorum: quando Angelus omnem eorum primogenitum occidit. ac ideo in nulla non modo planctus maximus erat. Talem fore terram Iſraeliticam Dominus prænunciat ¶ Demum ait, Ponam nouiſſima eius diem ama-
Exo. 12. rũ, id eſt, tot calamitates Iſraeliticarum (quas per tres continuos patientur annos) non habebunt finem aliquem fœlicem. nam vrbs tandem capietur. is erit amarus obſidionis
4. Re. 17. dies. quo cum vrbe, Rex & regnum Iſraeliticum finem accipient.

Et ecce dies veniunt, dicit Dominus Deus, *emittam famem in terram. Non famem panis, neque ſitim aquæ: audiendi verbum* Domini. *Et commouebuntur à mari vſque ad mare, & ab aquilone vſque ad orientem, circuibunt, quærentes verbum* Domini; *& non inuenient.* Multi noſtri doctores hanc famem, & ſitim referunt ad tempus Iudæorum, poſt Chriſti paſſionem. at profectò Iudæi nunc non fameſcunt verbum Dei, cum credunt ſe illud habere. nec circuunt terram, vt verbum Dei audiant: ſed vt opes acquirant. Ergo hæc prophetia indicat Iſraelitas è terra ſua transferendos in terram alienam, ſcilicet Perſarum, atque Medorum. vbi cœpiant audire prophetam, verba

ba Domini, eius vice, loquentem, nunquam audiant tamen. quod ita verè contigit. Nam Iſrael, abductus in Medos, prophetam ad eum miſſum, nunquam vidit. Cum tamen Iudæi qui poſt annos multos, abducti fuerunt in Babylonem prophetas audierint, Ezechielem, Danielem, Zachariam, Aggæum, Eſdram, &c Fateor habuere Iſraelitæ Tobiam in Niniue, & Rages ciuitate Medorum. Sed Tobias non fuit propheta miſſus à Deo, vt Iſraelitis Dominica verba nnnciaret. ¶ Porrò Media, & Perſia in quas captiuus Iſrael adducitur, habent ab occidente mare Caſpium, ab Auſtro Perſicum de quibus h c, vt arbitror mentio fit. Habent item ab Oriente Carmanos, ab Aquilone Armenios. prænuntiat igitur Dominus fore, vt Iſraelitæ captiui, ſed Regum facultate liberiores, vt Tobias, per hæc maria, & per has gentes circuirent prophetam querentes, nec tamen inuenientes. 4. Re. 17. Tob. 4. Tob. 1.

In die illa deficient virgines pulchræ: & adoleſcentes in ſiti Qui iurant in delicto Samariæ: & dicunt, viuit Deus tuus Dan: & viuit via Berſabee: & cadent, & non reſurgent vltra. Verbum in die illa, non debet referri ad proximè dicta, de fame & ſiti verbi Dei. de his enim dixit Dominus, Ecce dies veniunt, non dixit, ecce dies venit. Habet igitur referri ad illud, & erit in die illa, occidet, Sol, &c. id eſt, habet referri ad tempus non captiuitatis, ſed obſidion s. qua vrbem premente, virgines & iuuenes ſiti deficerent, vt ſolet in obſidione aqua deficiente contingere. Nam cum Samaria in excelſo monte ſita eſſet teſte Ziegleto, non poterat largis aquis abundare. Erat verò dolor ingens pulchras & delicatas fœminas, & iuuenes videre ſiti confectos. ¶ Sequ tur, Qui iurant in delicto Samariæ, & qui iurant per Deum Dan, & qui iurant per viam Berſabee: hi omnes cadent ſcilicet ac hoſtibus, capti. nec vltra reſurgent. vt ſcilicet in ſuum regnum reſtituantur Hic notabis primum, medium regni Iſraelitici fuiſſe Samariam, initium fuiſſe Dan: finem fuiſſe Berſabee. vt ex tabulis Ziegleri cognoſcere poteris. Ergo cum ait Dominus, hos iurantes per Deum Samariæ, Dan, & Berſabee caſuros, planè docet totum imperiũ Iſraelis caſurum, ſcilicet medio eius initio & fine cadente. ¶ Notabis ſecundo, delictũ Samariæ fuiſſe vitulum, quem in Bethel poſuerat Rex Samariæ Ierobeã. delinquebat enim in illo vitulo totus Iſrael, eum adorans ¶ Similiter Ieroboã conſtituit ſimilẽ vitulũ in trib. Dan. Cum enim hæc tribus olim rapuiſſet idolum ex domo Michas, & illud collocaſſet in Lais ciuitate ſua (in tẽplo ſcilicet quod illud ex tract- Zieglerus. Oſee. 1. 2. 3. Zieglerus. 3. Reg. 12. Eodem. Iudicum. 17. & 18.

ſtructum fuit)erat templum hoc religioſum.qua ratione,in eo Ieroboam vitulum conſtituit per quem Iſraelitæ iurabant.¶ Demum 4.in Berſabee erat templum aliud, in quo idola colebantur, de quo dixi multa ſupra. Sed hic doce-
Amos.5. mur,Iſraëlitas viã illam,quæ ad Berſabee ducebat, vt ſacra habuiſſet,vt ſcilicet per quam ſæpe ierat Abraham:& quam ſuis pedibus ſacrauerat. ideò per eam viam,vt plenam Diuinitatem Iſraelitæ iurant.

CAPVT IX.

Protheoria VIdet Amos quinta reuelatione ſpectrum quoddam: & eius explicationem,ſcilicet excidium regni Iſraelitici. Secundò tradit Chriſti aduentum,& propter ipſum omniũ bonorum abundantiam.

V*I D I Dominus ſtantem ſuper altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur ſuper liminaria.* Non debet verti in dubium,primam hanc huius capitis partem ad Iſraelem pertinere.Nam infra dicit expreſſè, nũquid nõ vt filij Æthiopum,vos eſtis mihi filij Iſrael. Hoc conſtituto veniamus ad literam noſtram. ¶Pro cardinale Hebræis eſt הכפתור caphtor. pro ſuper liminarib. הספים Sipim, Nunc tu aduerte.In ianua domus quatuor integri lapides eſſe ſolẽt (ſi domus eſt illuſtris qualis tẽplum erat) lapis infimus vocatur limen inferũ.duo lapides qui ſuper limine infero eriguntur, vocantur,poſtes & antæ, lapis ſummus qui ſuper poſtibus collocatur,limen ſuperum, vel ſuper liminare nominatur. ¶ Porrò ſi-
Iſai.6. ne controuerſia, poſtes ſunt Hebræis Sipim, vt ex multis locis colligere eſt, Iſaias ait, apud Hebræos.concuſſa ſunt ſuperliminaria poſtium.vbi pro poſtium habetur Sipim.Ergò in textu noſtro, ſuper liminaria ſumuntur pro poſtibus,
Hieron. quia ſuper limine infero erecti ſunt. ¶ Iam obſcura res eſt captor, quod Hieron. vertit cardinem, qui limen inferum eſt:vbi,ſcilicet,cardines ſunt:at reliqui interpretes vertũt li-
Sophon 2. men ſuperum,hac ratione moti,quod captor ſignificet flores & roſas,quæ in limine ſupero ſculpi ſolẽt.Sed apud Sophoniam legimus vrbem deſtruendam,& in eius captorim
Plinius. habitaturos onocrotalos & ericios.Num ericij habitent in
Ælianus limine ſupero?Nam ex Plinio,& Æliano ſcimus ericios in cauis arboribus,& in cauernis terræ morari:non in excelſis tem-

tẽpli liminib. Ergo captor ſignificat limen,& in noſtro textu non ſignificat limen ſuperum, ſed inferũ, vbi cardo eſſe ſolet. ideò Hierony. cardinem vertit. ¶ Iá ad ſenſum literæ veniamus. Videt Amos Dominũ ſtantẽ ſuper quodã altari: & iubentem alicui Angelo, vt limen inferũ ianuę tẽpli omnino contereret. præſtitit id Angelus. at cardine ſeu limine diſiecto. ſtatim cecidere poſtes, ſeu columnæ, ſuo loco dimotæ. Hæc eſt viſio. interprætationem audi. *Hieron.*

Auaritia enim in capite omnium: & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis: *qui fugient: & non ſaluabitur ex eis, qui fugerit.* Senſus eſt, poſtes ſuper limine, ſunt principes, ſuper plebe collocati. limen ſunt nouiſſimi, id eſt plebs & vulgus. Nũc ait Dominus, hos nouiſſimos gladio interficiam. nõ erit fuga ei, qui alioqui pericula fugere ſolebat: nec ſaluabitur ex eis, qui euadere diſcrimina ſolet. Manum ſiquidem Domini euadere nemo poteſt. At cadente plebe, velut limine diſiecto, moueri loco ſuo principes neceſſarium eſt. auaritia, ſ. cadente in principum capita. Id eſt ſi principes auari erant, & auaritia ſua populum premebãt, cadit in eos auaritia ſua & pœna de eorum crimine ſumitur. ¶ Prædicit ergo Propheta fore, vt à Salmanaſſere vulgus Iſraëlitarum gladio pereat, principes verò loco moti, captiui in Mediam traducantur. Quia verò dixit neminem manus Domini euaſurum, eam rem multis verbis explicat, dicens. *4.Re.17* *Eodem.*

Si deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint in cœlum, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferã eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis meis, in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos. Et ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum. Litera hæc aperta eſt. ſolum minuta quædam in ea notabo, id eſt, Si deſcenderint. Hebræis habetur. Si fodiendo penetrarint in infernum. 2. in vertice Carmeli. videtur loqui de Carmelo religionis Tecuę, de quo dixi initio prophetiæ huius. & Amos docet nos, in eius mõtis vertice fuiſſe latebras multas, quas Deus ſcrutaretur vt inde Iſraelitas abſconditos extraheret. Nam in latebris illis ſeſe abdiderat Dauid, fugiens hoſtem Saulem. Nam deſertum Maon ad montes pertinet Carmeli. 3. Si celauerint ſe, id eſt, ſi credunt ſe celari ab oculis meis. et illud, Dixi forſan tenebræ conculcabunt me, id eſt celabunt me 4. mandabo ſerpenti: Nam pręparauit Dominus ſerpentem, ſeu piſcem grandem *Amos 1.* *1.Reg.23.* *Pſal. 138.* *Ione.2.*

qui

bis explicauit Propheta Deum habere imperium,ſuper ter ram. vt quam ſola voluntate concutiat. habere imperium ſuper habitatoribus eius.vt quos lugere, & defluere faciat. habere imperium ſuper cœlis,in quorum nubibus.vehatur. habere imperium ſuper morte & vita vt viuat,quem in ſuo faſciculo detineat:moriatur,quem ab eo delabi ſinat.demũ habere imperium ſuper aquas maris,quas tempore diluuij, *Gen.8.9.* ſuper totam terram effudit. ¶ Illud verò Dominus nomen *Amos.5.* eius,explicatum eſt ſupra,vtcunque.

Nunquid non vt filij Aethiopum vos eſtis mihi,filij Iſrael,ait Dominus. Nunquid non Iſrael aſcendere feci ex terra Aegypti, & Paleſtinos de Cappadocia & Syros de Cyrene? Recens factum e- *2.Par.14* rat,quod veniente Zara cum infinita Æthiopum multitudine cõtra Aſſa Regem Iudæ,Dominus vniuerſos Æthiopes miraculo facto internecioni dedit.Ait ergo Dominus. Num non ſicut innumerabiles Æthiopes,in virium ſuarum potentia confidentes: ego deleui,ita & vos licet multos,licet in veſtro robore ſi eos, delere poſſim? & ſi ex Ægypto vos innumeros in terram promiſſam abduxi, num non etiã in Mediam abducere potero? Et ſi Palæſtinos è Cappadocia in Philiſtæam adduxi:& Syros è Cyrene,num non ita vos in Mediam, & quo voluero traducam? Si hæc noſtis,cur non creditis,me poſſe implere quod dixi? ¶ Quod Palæſti- *Zieglerus.* ni venerint è Cappadocia, licet repugnet Zieglerus, docet hîc nos Dominus tamen:& habetur fuſè à Moyſe dicente, *Deut.2.* Hæueos qui habitabant in Aſerim, vſque Gaza (hæc erat Philiſtea) Cappadoces expulerũt:qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro eis. Porrò qui fuerint *Strabo.li.* Cappadoces,habes copiosè in Strabone.¶ Quod item Syri *12.* venerint Cyrenę.& poſtea per Teglath-phal-aſſar.in eandẽ Cyrenem reducti fuerint.diximus copioſè in hoc propheta ſupra.Venerant Syri primum in Damaſcum, terrã in orbe ameniſſimam, ſuam minus felicem relinquentes at Rex *Amos.1.* Aſſyrius Syros victos in Cyrenęm Aſſyrię,velut in patriam, victos reuocauit.

Ecce oculi Domini *ſuper regnum peccans; & conteram illud à facie terræ.* Eſt velut epiphonema dictorũ.ac ſi diceret,Nemo ſe decipiat.Deus oculos habet,quibus iniquitatem ręgnorum videt:& manus habet,adeò potentes, vt nullum iniquum regnũ manus Dei euadat,quin cõteratur.& à facie terræ deleatur,potentiſſimũ ſit regnũ licet,& ꝗbuſlibet viribus nixũ.

Verumtamen conterens,non conteram domum Iacob, *Dicit Dominus.*

mi: Ecce enim mandabo ego: & concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael: ſicut concutitur in cribro. Et non cadet lapillus ſuper terram in gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropinquabit: & non veniet ſuper nos malum. Id eſt, licet regnum Iſrael ſit iniquum, ac proinde ſit à me conterendum ſub Salmanaſſar, non tamen penitus omnes Iſraelitas occidam. E-
4.Re.17. go equidem mandabo omnibus gentibus, vt concutiant regnum Iſraelis, vt ſolet concuti frumentum in cribro. & ſicut lapilli gloſſiores per cribri foramina non euadunt, ſed manibus concutientis, è cribro eiiciuntur: ita peccatores populi mei, qui non credunt futura mala, quæ ego illis prænuncio, velut lapilli groſſi non exibunt è cribro: ſed manibus & gladio gentium morientur. ¶ Tu lector hic notabis, multas omnino gentes veniſſe cum Salmanaſſar, ad Iſraelem deſtruendum. ideò dicit, mandabo, & concutiam in omnibus
Pſal. 82. gentibus. Forſan id dicit pſalmus: Et ſi negēt Hebræi, certè vt omnes ferè gentes congregatæ ſunt olim contra Ioſa-
2.Par.20. phat, Regem Iudæ: ita poſtea contra Oſee Regem Iſrael.
4.Re.17. ¶ Quòd verò dicit, conterens non penitus conteram, ſignificat multos Iſraelitas, cum Samariam Aſſyrius obſidebat, fugiſſe, ac ideo mortem euaſiſſe. vt facilè videbis in 2. Paraly.
2.Par.30. At verò iniqui illi, qui non credebant Deum poſſe promiſſa præſtare, vniuerſi gladio occubuerunt.

II. PARS.

In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: Et reædificabo aperturas murorum eius: & ea quæ corruerant, inſtaurabo. Et reædificabo eum, ſicut in diebus antiquis. Locum hunc non li-
Actio.15. cet aliter exponere, quam expoſuit Iacobus in Apoſtolorum Concilio. Expoſuit verò de Chriſto, & gentium ad
Vilanouanus. eum conuerſione. Video Villanouanum, & Rabinos exponere de Ezechia At illi non vident non ei conuenire, quod poſſederit Idumæam & omnes gentes, quod de Dauid hoc loco dicitur. Quia verò locus hic eſt difficilis, ideò ſenſim eſt explicandus. ¶ Tabernaculum pro domo ſui, in dubium nulli eſſe debet. Iuxta illud, Diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob, id ſuper omnes domos Ia-
4.Re.13. cob. & illud. Habitauerunt filij Rſrael in tabernaculis ſuis,
Heb. 11. id eſt in domibus ſuis. Quia enim maiores Hebræorum
Hab. 13. habitabant in tentoriis, ideo poſteri domos ſuas tentoria vocabant. Indicabant etiam myſterium. eos non habere

hic ciuitatem permanentem:ſed futuram inquirere. Colligimus hinc, tabernaculum Dauid, fuiſſe domum regiam Dauid. ¶ Porrò Hebræis, & nobis Hiſpanis, domus dicitur familia, genus, & ſucceſſio. Iuxta illud Nathan ad Dauid, Prædicit tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus. & *2.Reg.7.* infra, fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum: & thronus tuus erit firmus iugiter. Nos dicimus. *Eodem, c.* la caſa de los Manriques. caſa de los Guzmans, ſcilicet eorum ſucceſſio. ¶ Iam verò magnopere aduertendum eſt, iuraſſe Dominum veritatem, ſcilicet, quod domus Dauid, regnum, thronus, familia, & ſucceſſio eſſet in æternum duratura. vt *2.Reg.7.* nunc prænunciantem Nathan audiebamus. Idem habetur *Pſal. 88.* in pſalmo. Ponam in ſæculum ſæculi, ſemen eius, & thronus eius erit ſicut dies cœli. & infra, Semen eius in æternum manebit: & thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, &c. *Eodem.* ¶ Hæc veritas & promiſſio impleta eſt, continuata Regum Iudæ, ex ſemine Dauid, ſucceſſione, vſque ad Iechoniam: quo cum reliquis Iudæis tranſmigrante, cecidit regnum *4.Regum* Iuda. diſciſi diſiectique ſunt eius muri, qui ſunt prin- *penul.* cipes viri, ſcilicet Sacerdotes, religioſi, Sapientes, Iudices quos muros vocat Hiero. in capitu. ſecun. Iſaiæ. & Eucherius *Hieron.* libro de form. ſpiritu. Tunc item, corruerunt cultus Di- *Eucheri.* uinus, monachatus, ſanctitas vitæ & reliquæ virtutes, quæ florente regno Iudæ, ſub Ioſia pulchrè ædificatæ perſeuera- *4.Re.23.* bant. Ergo Iechonia in Babyloniam abducto, ceciderat domus Dauid. aperti fuerant eius muri, corruerant eius turres: *4.Re.24.* perierat vrbi Dauidicæ decor. ¶ Hæc omnia in die aduentus Chriſti ſunt ſuſcitata, reędificata, inſtaurata. Nam pro Regibus ſibi ſuccedentibus, venit ex Dauidis ſucceſſione Chriſtus Rex nobis manſuetus, pro principibus illis, nati ſunt filij, conſtituti principes ſuper omnem terram. pro an ni *Zach.9.* qua religione, & ſanctitate ſucceſſit nouus ſpiritus. Igitur re- *Pſal.44.* ędificata eſt domus Dauid, eius ſanctitas atque religio, qualis erat tempore Dauidis, imo præſtantius multò. Nam multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis *Rom. 5.* Chriſti abundauit. Rectè igitur Angelus ad Virginem, Da- *Luc.1.* bit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. ſedes ergò collapſa, & ruinoſa, in antiquum & meliorem ſtatum per Chriſtum redacta eſt.

Vt poſſideant filios Idumææ, & omnes nationes: eo quod inuocatum ſit nomen meum ſuper eos. dicit Dominus faciens hæc. Sub nomine tabernaculi, & murorum comprehenderat Dominus

n prin-

principes Eccleſię,de his ita dicit,poſſidebunt reliquias Idumeæ,& omnes gentes.¶Vbi primum nota,paulò ante
4.Reg.14 hunc.Prophetam vaſtatos Idumæos ab Amaſia Rege Iudę.ex ea clade,Idumeæ reliquiæ manſerunt.has reliquias dicit Dominus,ab Eccleſiæ principibus poſſidendas.¶Nota
Gene.32 ta 2.Edô ſiue Eſau erat frater Iacob.erat tamen diuerſæ
Malac.1 religionis,quã Iacob:imò verò erat hoſtis Iacob,ſeu Iudę. Aduerte igitur, tempore noſtri Amos,hoſtes Iudę erãt primò Idumęi,qui iure naturæ fratres erant Iudæis, ſecundò erant hoſtes Iudeorum reliquæ omnes gẽtes, vtpote quę erant idolorũ cultrices.ac ideò veri Dei cultus inimicæ.ꝓmittitur ergo nunc fore, vt principes Eccleſiæ poſſideant omnes hoſtes ſuos,ſub nomine Idumæorum, & reliquarũ gentium cõpræhenſos.Fit porrò ſpecialis Idumæorũ,mẽtio,quia paucis antea annis cõtra Regẽ Iudæ rebellauerũt & ab eius obedientia diſceſſerant. Inde grandis contracta inimicia. ¶Nota 3.principes Eccleſiæ poſſederũt Idumæos, & omnes nationes.quia dictũ eſt. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã Et quia Chriſtus eſt princeps totius terræ.at Chriſtus dixit.Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos
4. Reg.8 ſcilicet,cũ auctoritate,qua ego miſſus ſum.Et equidẽ Papa ſuper omnem terrã habet auctoritatẽ in ſpiritualibus, vbi ſcilicet,Chriſtiani ſunt.principes verò ſæculares,licet non
Pſa,44 ſi mul,per varia tempora tamẽ poſſederunt omnes ferè gẽtes,quiſque in loco ſuo. ¶Nota 4.illud, eò quòd inuoca-
Ioa.penul. tum eſt nomen meũ ſuper eos,ſuauiter annectendũ eſt,na-
Ioa.vlt. tionibus,& Idumæis,& tunc ſenſus eſt.Principes Eccleſiæ poſſidebunt omnes nationes. & hæ colla illis ſubiicient,
Rom.5 quia erunt Chriſtiani,nomẽ meum,ſeges meas ſpiritũque habiturę,ac ideò princibibus,qui vicem,& locũ meũ habebunt,libentiſſimæ ſe ſubdẽt.vt quorũ illi peccata remittãt, remiſſa ſint:quorũ verò retineãt,retenta.¶Nota 5.quia hoc
Ioan.10. loco prædicitur fore, vt Chriſtianiſmus diffundatur per Idumeos,& per omnes gentes:erat verò incredibile,quòd notus in ſola Iudæa Deus nunc omnibus gentibus notiſſimus eſſet,dans eis ſpiritum.ſicut & nobis (ait Petrus) nihil diſcernens inter nos & illos:hanc tantam gratiam miratur
Actor.5. Propheta dicens.Hæc dicit Dominus. faciens hæc, ſcili-
Pſal.171 cet à Domino factum eſt iſtud. & eſt mirabile in oculis noſtris

Ecce dies venient dicit Dominus, & comprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittentem ſemen.(2.) & ſtillabunt montes dulcedinem

onditem,(3.) & omnes colles culti erunt.(4.) Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael.(5.) & ædificabunt ciuitates deſertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum,(6.) & facient hortos, & comedent fructus eorum.(7.) & plantabo eos ſuper humum ſuam, ¶ *& non euellam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis, Dicit Dominus Deus tuus.* In cortice literæ promittitur tanta fertilitas, & abundantia tritici vt meſſores durent tempore multo triticum colligentes, videlicet vſque ad menſis Septembris finem, quando agricolæ arare incipiunt. Id ſignificat, continget aratio (quæ menſe Septembri fit, vt ait Columella lib. 2.) meſſem, quæ à Solſtitio æſtiuo ad Septembrem durat, cum multum frumenti terra dedit. vide Plinium. Similiter ait Dominus, calcator vuæ continget mittentem ſemen. id eſt, tantum vini erit, vt duret vindemia vſque ad ſeminationem, id eſt, ad decimum quintũ Octobris, cum ſeminare agricolæ incipiunt. ¶ 2. Porrò ſtillabunt montes dulcedinem, cum multum vinum reddunt nam montes Bacchus amat. ¶ 3. omnes colles erunt culti. Solent agricolæ vt macrum ſolum pingue reddant armenta in eo collocare. quorum ſtercore lætiorem fructũ ſolum præſtat at verò cum multa mulgentur armenta, multum deſtillat per collem lactis. id dicit Dominus, Montes fluent lacte, & colles à pecore ſtercorati ab agricolis culti erũt. Ita libuit explicare, quia apud Ioelem hæc iunguntur, montes ſtillabunt dulcedinem, colles fluent lacte. ¶ 4. promittitur redicendos Iſraelitas ex Perſia & Media: quòd ſæpius iam dixi. Non quòd totum regnum Iſraelis redierit, Nã regnũ Iſraelis nunquam in ſuum ſtatum rediit: ſed quidam ex Iſraelitæ cũ Zorobabele venerunt. Id dixi in Commentariis ad Amos, ſumpta occaſione ex verbo Tobiæ dicẽtis, Fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertentur ad eam. Reliqua in ſuperficie ſunt facilia: at verò quia in ſpiritu dicta ſunt, non adeò facilè eorum ſenſus fit manifeſtus. ſed ſtatuamus his verbis magnam fœlicitatem Eccleſiæ, magnamque in ea bonorum copiam ſignificari. Hoc conſtituto in ſenſim textum explicemus.

Ex med. ii. xm. Plinius li. 18. ca. 32.

Ioel. 3.

Ioel. 3. Amos 9. Tobi. 14.

¶ Hæc verba textus ordinem temporum in Eccleſia notant. In ea primi fuere Apoſtoli: qui ex authoritate Domini meſſores nominãtur. dixit enim Ego miſi vos metere, quod nõ laboraſtis. Apoſtoli verò infinitũ frumẽti abũdantiã in ſanctæ cellaria cõdiderũt. Apoſtolos ſequuti ſũt innumeri ſanctiſſimi viri, præſertim anachoritæ qui ſuæ rigidiſſimæ vitæ exemplo

Ioan. 4.

velut aratores ferreo cultro, corda hominum penetrabant: & tam alte radicatos errores, velut herbas noxias. ex eorum mentibus reuelebant. En quomodo arator meſſorem comprehendit? ¶Hos aratores ſequuti ſunt tyranni, qui tormentis ſanguinem è martyribus effundebant: vt calcator vuæ muſtum ex vuis extorquet. Quod ſpeciatim factum eſt Ariana perſequutione Eccleſiam velut in torculari premente. Hanc martyrum vindemiam ſequuti ſunt infiniti Eccleſiæ doctores, qui ſacræ ſcripturæ eruditionem

Matt.3 ferebant in pectore, vt ſeminator ſemen defert in ſacco. Nã cõcionatores eſſe ſeminatores, ex verbis Chriſti colligim⁹.

¶2. Montes qui in Eccleſia ſtillant dulcedinem, ſunt vi-

Phil. ri contemplatiſſimi, quorum conuerſatio, quia in cœlis eſt, ſtillant ideò dulcidinem, quam ibi conceperunt. eam ſenties, ſi cum eis conuerſeris.

¶3. Colles ſunt principes ſeculares, qui culturam verbi Diuini recipientes, frumenti copiam ferunt, vnde pauperes allantur, vt ita miſericordes, miſericordiam conſequantur.

Matt.5. ¶4. Cõuertam (ait Dominus) captiuitatem populi mei, vt ſcilicet homines ſub Diabolo, & peccato captiui, ad Deum & ſanctitatem, velut ad propriam patriam reuertantur.

Luc.10. ¶5. ædidificabunt ciuitates deſertas, id eſt, homines ad DEVM conuerſi ædificabunt charitatem, patientiam, humilitatem, & alias virtutes, à gentium moribus deſertas.

¶6. Item hi plantabunt vineas & hortos, ſcilicet monaſteria, & ſcholas. vbi & ſanctitas colatur: & eruditio varia ſuos fructus edat.

¶7. Demum viri ſancti plantabuntur in terra ſua, id eſt, in æternitate, & optima parte, quæ non auferetur ab eis. O fælicem Eccleſiæ progreſum! ſed ô finem multò feliciorẽ!

FINIS PROPHETÆ Amos.

IN

IN ABDIAM

ABDIAs Hebræè ſeruum Dei ſignificat. Quis verò fuerit,& quo tempore vexerit,res nimis incertaeſt.Epiphanius vult,enim fuiſſe oriundum ex Sichem. ex agro Bethacamar. eumque fuiſſe ducem illũ ſemicentuorinem,cui Elias pepercit:& cum quo ex monte deſcendens, ad Regem iuit, Qua cauſa Rege relicto & militari functione reiecta,diſcipulum ſe fecit Eliæ.atque propterea multa à Rege paſſus eſt:ſepultus demum in agro natali.¶Hebræi, quos omnes Latini ſequuntur volunt Abdiam fuiſſe illum diſpenſatorem Regis Achab,qui Iezabel perſequente prophetas,abſconderit 100.ex eis in ſpeluncis:quibus panem & aquam ſubminiſtrabat. ¶At verò profectò res nimium dubium mihi eſt.Quod vt ego aperiam, hinc libet ordiri. Omnis regio Aedon,ſiue Idumeæ fuit Dauidi ſubiecta.Ita enim dicit Scriptura,Facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid.Fuit etiam ſubiecta Salomoni vt ex eadẽ Scriptura colligitur,& Regib.Iudæ ſequentibus.Sed tempore Ioram Regis Iudæ,ab eius obedientia defecit.Regẽque ſibi conſtituit. Et licet Ioram Idumæos percuſſerit, non tamen ad ſuam obedientiam reuocauit. vt ibidem habetur.Secutus poſtea Amaſias,Rex Iudæ vicit iterum Idumæos:& decem millia eorum crudeliſſimè ex præruptis ſaxis præcipitauit. Propter hoc tam crudele facinus ſummnm odium concepere Idumæi contra Iudæos.ſed quia ſub Azaria,& Ioathã res Iudæorum erant nimis fœlices, Idumæi conceptum odium effundere nequiuerunt. At cum viderent ſub Rege Achaz.filio Regis Ioathan,Iudæam calamitatibus afflictã, iunxerunt ſibi auxiliatores Philiſtæos, ſimul & Tyrios.qui omnes bellum intulerunt Iudæis, eoſque vicerunt,& truculentis calamitatibus afflixerunt. De hoc bello dicitur,Idumæi & Syri venerunt in Aylam,& habitauerunt ibi,vſq; in hanc diem. & item venerũt Idumæi, & percuſſerunt multos ex Iuda:& cœperunt prædam magnã. Ita in 2.lib. Paralypome.De hoc bello tradit Amos, dicit Aedõ perſequutus eſt in gladio fratrem ſuũ: & violauit miſericordiã eius:&tenuit vltra furorẽ ſuũ,&c.Eiuſdẽ belli meminit idẽ Amos,cum reprehendit Philiſtæos, qui concluſerunt captiuos Iudæos in Idumæam:cuius criminis accuſat etiam Tyrios.¶Huius belli meminit hic noſter Abdias, dicẽs In

Margin: *Epiphan.* — *4.Reg.1* — *3.Reg.18.* — *2.Reg.16* — *3.Reg. 4* — *4.Reg.8* — *Eodem.* — *4.Reg.14* — *4.Reg.15* — *4.Reg 16* — *Amos.1* — *2.Par.28* — *Eodem.* — *Eodem.*

dicitur, cum ſtares aduerſus eum .ſ. Iudæos quando capiebant alieni exercitum eius: & extranei ingrediebātur portas eius (extraneos & alienos vocat Tyrios, & Philiſtæos.) Et ſine dubio nunquam Idumæi exercuerunt interfectionem in Iudam: niſi in hoc bello: vt eruditis conſtat. ¶ Ergo ſi Abdias meminit huius belli, planè vixit poſt bellum hoc, ſcilicet tempore Regis Achaz, cui bellum illatum eſt: aut tempore alicuius Regis ſequentis: non verò tempore Regis Achab, qui præceſſit Regem Achaz per ducentos ferè annos. Et equidem vſque ad Achab Regem Iſraelis & Ioram filium eius, Idumæa non ſolum non nocuit Iudæis, immò verò erat
4. Reg. 8. illis ſubiecta, vt in 4. Reg. habetur. Non ergo admiſerat contra Iudæos ſcelera, quorum eam accuſat Abdias. ¶ Stat igitur probabiliter ſententia, Abdiam non vixiſſe tempore Achab Regis Iſrael, ſed tempore Achaz Regis Iuda, vel ſucceſſorum ſuorū, Achaz inquam, cui bellum intulere Tyrij Philiſtæi, & Idumæi, qui crudeliſſimè tractauere deuictos. ¶ Et hoc bellum erit nobis lux, & ſtella, quā nauigantes per huius Prophetæ procelloſū pelagus, cōtinêre reſpiciamus.

CAPVT I.

VISIO *Abdiæ.* Hæc *dicit Dominus Deus ad Edom Auditum audiuimus à Domino: & legatum ad gentes miſit, Surgite, & conſurgamus aduerſus eum in prælium.* Hæc verba, & ferè totum hoc Abdiæ caput habetur apud Ieremiam, qui nobis ali-
Iere. 49 cubi Abdiæ erit interpres. Primò titulum ſuę prophetiæ indicat Abdias, ſcilicet Viſio Abdiæ, id eſt Deus Abdiæ lumen propheticum dedit: in quo vidit Abdias, quę in hac prophetia pronunciauit. Igitur viſio & reuelatio facta Abdiæ eſt, quæ ſequitur, de lumine prophetico vide D. Thomam ¶ 2.
Thom. 2.2. ait, Hæc dicit Dominus ad Edom, id eſt, vidit (ait Abdias) in lumine illo Deum, vidi inſuper Idumæos, vidi Dominū etiam loquentem ad Idumæos verba, quæ in hac prophetia ſcribuntur: ſcilicet: Ecce paruulum dedi te in gentibus &c. Teſtatur ergo Propheta, hæc verba eſſe Dei. ¶ 3 addit auditum audiuimus à Domino, id eſt, antequàm dicā verba Dei ad Edō, ſiue Idumæā, neceſſario dicam, quid cum loqueretur cum Angelos audiui. Nā audiui Dominum vocantē Angelum (ſiue bonum, ſiue malum parum refert) & miſit Angelum illum legatum ad omnes gētes. Erat verò legatio

talis

taſis.Gentes ſurgite,& mecum ite in prælium,debellaturæ, & vaſtaturæ Idumæos,Prius ergo Dominus loquutus eſt ad Edom verba ſtatim ſequẽtia.Poſtea legatũ miſit.ſed ne verborum filum interrumperetur,prius de legato meminit Propheta.¶ 4.Quia verò non ſolus Abdias Deum loquentem cum Angelo, quem legabat audiuit, ſed & alij Angeli multi ideò inquit audiuimus multi verbum Domini Angelum legãtis. Tu interim lector lege hiſtoriam D.Iob: videbis Deum cum Angelis, imò cum Sathana loquentẽ.

¶ Item aduerte, Deus gubernat res humanas Angelorum miniſterio, quod fusè explicat D. Dionyſius de cœleſ. hierach. ¶ Quomodo verò Angelus ſua legatione vtatur,infra dicemus. *Iob.1.2* *D.Dio.de celeſ.hier. ca.42*

Ecce paruulum dedit te in gentibus contemptibilis valde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſuris petrarum:exaltantem ſolium tuum:dicentem in corde tuo. Quis detrahet me in terram? Hæc ſunt verba,quæ Dominus Idumæis dicebat, coram legato ſuo,& coram Propheta.Suntque verba accuſatoria, quibus Dominus ſuperbiam Idumæorum accuſat. Ait igitur.Ecce ego te ætate maiorem,feci,vt eſſes dignitate minor. Nam conſtitui Iacob fratrem tuum minorem, vt dominum tuũ: volens vt genus Eſau ſeruiret generi Iacob. Rurſum,quia Iacob dilexi,& Eſau odio habui,planè feci vt Eſau due Edõ contemptibilis eſſet,nemo enim contemptibilior eſt, quàm is quem Deus odio habet.At verò tu,ſciens quàm ego vellem,te eſſe ſubiectum,extuliſti te,ſuperbus vt lucifer factus es.Eſtque tibi inde orta ſuperbia,quod habitares in terra nimis confragoſa,inter ſaxa prærupta,ac ideò ſuâ naturâ munita,maximè verò quia regalis ciuitas, vbi ſolium regni Idumæi conſtituerunt,erat in loco excelſo,inacceſſo, & inexpugnabili ædificata.Quâ cauſſa dicebant Idumæi, Quis nos expugnabit?quis vincet?quis detrahet in terram?¶ Habemus hinc Idumæam regionem eſſe ſaxoſam,& cuius vrbes ſint in præruptis ſaxis ædificatæ. Præcipuè Themam, quæ erat ciuitas regia,vbi ſcilicet ſolum Regis erat: & vbi erant ſcholæ literariæ,de qua arbitror fieri hoc loco mentionem,de ea Amos dicit. *Gene.27* *Malach.1* *Amos 3*

Si exaltatus fueris vt aquila:& ſi inter ſydera poſueris nidum tuum inde detraham te, dicit Dominus. Id eſt. Quia in tutiſſimis, & celciſſimis locis habitas,dicis.Quis detrahet me?at ego tibi dico,ſi inter ſydera vrbes ædificaueris,ex ſyderibus te in terram deiiciam.Tam enim mihi ſublimia, quam humilia

ſubiiciuntur. ¶ Habemus hinc aquilam ad celſiſſima loca
Prou.30 volare: & in arduis & inacceſſis nidum collocare. Ideo via
aquilæ in cœlo incognita eſt.

Si fures introiſſent ad te ſi latrones per noctem quomodo conticuiſſes? Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau? inueſtigauerunt abſcondita eius? Illud verbum conticuiſſes, ex phraſi Hebræa ſignificat, exciſus eſſes: æterno ſi-
Amos 2 lentio ſepultus eſſes, cuius phaſis multa loca ſunt teſtes. Iam
ſenſus eſt. Si fures de die, ſi prædones de nocte ad te veniſſent, nunquid ita excinderent te, vt penitus deſtructus ſile-
Oſee.4 res? minimè quidem. ſed furto quædam tibi eriperent, quædam dimitterent: eriperent quidem quod ſibi ſufficeret: reliqua tibi relinquerét. Similiter, ſi vindemiatores te vindemiarent, aliquem ſaltem racemum in te prætermitterent. At verò hoſtes qui contra te venerunt ab Angelo legato miſſi, ſcrutati ſunt omnia bona tua, vniuerſos theſauros tuos, & nihil in te reliquerunt, planè quia legatus Angelus eos ductabat, & abſconſa indicabat vt etiam Ieremias dixit.

¶ Habes lector effectum legationis angelicę. Angelus facilè
Iere.49 mouere corda hominum poteſt. Citharedus ille, quietũ
Cælius. Alexandrũ è menſa, ſuo concentu prouocauit ad pugnam.
Iob.1 Satam turmas Chaldæorum prouocauit ad prædam, multo
magis Angelus bonus, ſuâ, & Dei virtute poteſt irritare gẽtes contra Idumæam. lege D. Thomam. Porrò gẽtes à Deo
D. Thom. per Angelum exaſperatæ omnia rapiũt, vaſtant, incendunt,
1.par.q. ſcilicet iuſſa diuina capeſſentes.
111.ar.2
& 3 *Vſque ad terminum emiſerunt te omnes viri fœderis tui: Illuſerunt tibi: Inualuerunt contra te viri pacis tuæ: qui comedũt tecũ ponent inſidias ſubter te. Non eſt prudentia in eo.* Iudicio meo, Dominus ad prædictorum fidem faciendam, adducit exemplum: quod
2.Par.20. tempore Ioſaphat Regis Iudæ, poſt mortem Achab Regis Iſraelis ſcribitur contigiſſe. Id verò fuit. Venerunt Damaſceni, Ammoabitæ, & Moabitæ, vt pugnarent contra Ioſaphat Regem Iudæ, accerſiuerunt hi Idumęos, & fecerunt eos ſibi fœderatos. Conuentum eſt inter eos, vt illi è ripis
Eodem. Iordanis, hi verò ex patria ſua in Ieruel, qui erat Iudęæ, terminus, & limes congregarentur. Veniunt vtrinque & hi, & illi, ſed illi paciſcuntur inter ſe. de Idumæis occidendis, & funditus delendis. Ita enim Scriptura dicit. Conſurrexerunt filij Ammon, & Moab, contra Seir, id eſt Idomæos, vt interficerent, & delerent eos. Cum ergo Ammonitæ, & Moabitæ,

abitq; eduxiſſent Idumęos à finibus ſuis in fines Iudę, inſidiis poſitis eos occiderunt, & deleuerunt. Hoc igitur eſt quod dicit Abdias Ammonitę & Maobitæ tibi fœderati (venientes è Iordane, vt Ieremias ait) emiſerunt, & abduxerunt te, vſq; ad Ieruel, terminũ Iudę Illuſerunt tibi & q tecum pacẽ firmauerant, inualuerunt contra te; & quibus tu in eorum occurſu cibos pręparaſti, quique tecum comederunt, hi inſidias tibi parauerunt. Neque fuit in te prudentia, vt eum dolũ caueres: qui tibi prudentiſſimus videbare Sicut igitur olim hęc tibi. Deo prouidente contigerunt, ita & cõtingent quæ nunc tibi prænuncio. Nam profectò nulla vis humana poterat tũc regnũm Iuda eripere ab illa tot hoſtium multitudine, ſed ego legatum miſi, qui hoſtes cõtra ſeipſos armauit: ita faciam, & nunc. ¶ Qui voluerit locum hunc intelligere, non de clade Idumæorum præterita, ſed futura tempore Nabuchodonoſoris, habebit ille quidem literam Ieremiæ ſibi fauentem. Ego verò ita expoſui, quia ita aperta litera ſit. *Ierem. 49.*

Nunquid non in die illa, dicit Dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? Et timebunt fortes tui à meridie: vt intereat vir de monte Eſau. Illud à meridie, Hebręis eſt תֵּימָן Themam, quæ vox meridiem ſignificat, ſiue auſtrum. Igitur fortes à meridie ſunt bellatores illi potentes qui habitabąnt in Themam, vrbe, quam Themam filius Eliphas, nepos Eſau ædificauit. Prædicit nunc Dominus fore, vt in die vaſtationis Idumæorum pereant tum Sapientes, tum fortes ex Idumęa, maximè ex Themam, regia ciuitate, vbi literarum ſcholę, & diſciplina militaris maximè florebat. At verò pereuntibus ſapientibus & fortibus Idumæis, neceſſe erat reliquos viros è populo, interire. *Vide Lexicum.* *Amos. I*

Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confuſio: & peribis in æternũ, in die cum ſtares aduerſus eum: quando capiebant alieni exercitum eius: & extranei ingrediebantur portas eius. & ſuper Ieruſalem mittebant ſortem, tu quoque eras, quaſi vnus ex eis. Illam partem propter interfectionem, Hebręus textus, Pagninus, Vatablus, Munſterus non clauſulæ præſenti iunxerunt: ſed præcedenti, at Hieronymus, & Tygurinus, & Clarius ita iungunt, vt ego ſcripſi, & ætate Hieronymi ita iungebãtur. Et equidẽ cum vox, קֶטֶל chetel, Hebræa interfectionem actiuam, quam Edom fecit, ſi gnificet: non verò paſſiuam quàm ſuſtinuit, ideô ſenſus vtriuſque diſpunctionis idem penitus eſt. ¶ Iam ad textum. *Pagninus.* *Vatablus.* *Munſter.* *Tygurin.* *Clarius.*

Affert Dominus cauſas cur peribũt ſapientes,potẽtes & populares ex Idumæa, ſcilicet propter interfectionem,quia Iudæos miſeros crudeliter interfecerunt: vt initio huius
Amos 1. prophetiæ dixi.Secunda cauſa, propter iniquitatem in fratrem Iacob.ea fuit, truculentiſſimè tractaſſe Iudæos. quos Tyrij & Philiſtæi in Idumæam concluſere captiuos. Duo hic crimina teſencentur:& occidere Iudæos fugientes: & captiuos iniquiſſimè torquere.quę duo ſtatim docebit clauſula ſequẽs.Propter has duas iniquitates, & cõfuſio ac pudor operiet te: & peritis in æternũ vaſtantibus. ¶ Cum verò ſubdit, in die cum ſtares, explicat ſuſè ſcelus Edon.ſcilicet quod ſteterit cum Tyriis & Philiſtęis,aduerſum Iudam fratrem.quod ſocius fuerit alienorum, ſcilicet Philiſtæorum, quando hi captiuos duxerunt Iudæos:& quando Philiſtęi, & Tyrij ingrediebantur victores portas victi Iacob. & quando victores,necdum peruenientes ad Ieroſolymam, iam ſuper bonis eius mittebant ſortem ſcilicet ſperantes ſe acturos de Ieroſoly ma triumphos. vt de aliis vrbibus egerant. ¶ Precor te lector hoc loco.attentiſſimè audias quę dicturus ſum,ne in huius prophetę explicatione Rabini.& qui eos ſequuntur Latini te fallant. Ieroſolyma frequenter fuit ab hoſtibus capta: nuſquam tamen ab Idumęis.
2.*Par*.12. Capta primo fuit ſub Roboam,à Seſac Ægyptio. ſed non aderant ibi Iudęi.Fateor quoſdam velle,Adad Idumęã ſollicitaſſe Seſac Ægyptium vt Ieroſolimam vaſtaret. ſed eã rem ſiue textu aſſerũt:vt facilè videbit qui librum Regum tertium legerit.imò profectò, vix tempore Seſac Idumęi reuixerant.omnes ſiquidem maſculos eorum,ante 50.an-
3.*Reg*.11. nos, Ioab Dauidis dux internecione conſumpſerat. Igitur noſter Abdias huius vaſtationis Ieroſolymæ non meminit. neque tunc Idumæi Iudæos interfecerunt. Secundò
2.*Par*.21 vaſtata eſt Ieroſolyma ſub Ioram Rege Iudę.à Philiſtęis, & Æthiopibus.neque ibi Idumęos adfuiſſe narratur.Ter-
2.*Par*.24 tiò vaſtata eſt ſub Ioas Rege etiam Iudę,ſed non ſcribitur
2 *Par*.25 ab Idumæis,ſed à ſolis Syris deuaſtata.Quartò vaſtatur ab Iſraëlitis tempore Amaſi. ſed neque tunc ibi aderant Idu-
2.*Par*.28 męi.Quintò iterum vaſtatur ab Iſraelitis ſub Achaz.neque tunc ſocij fuerunt Iſraëlis Idumęi. ſed poſteà ſocietatem inierũt eam Tiriis, & Philiſtæis,vt ſæpe diximus.Et victos Iudæos ferociter occiderunt,& concluſos Idumęa captiuos crudeliſſimè tractauerũt.quod crimẽ exprobrat Abdias.

Et

Et non deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius.(2.) & non lætaberis ſuper filios Iuda, in die perditionis eorum.(3.) & non magnificabis os tuum, in die anguſtiæ.(4.) Ne ingredieris portam populi mei, in die ruinæ eorum.(5.) Neque deſpicies & tu, in malis eius, in die vaſtitatis illius.(6.) & non emitteris aduerſum exercitum eius, in die vaſtitatis illius.(7.) Neque ſtabis in exitibus, vt interficias eos, qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quia iuxta eſt dies Domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti fiet tibi: retributionem tuam conuertam in caput tuum.

¶ *Quomodo enim bibiſtis ſuper montem ſanctum meum bibent omnes gentes iugiter: & bibent & abſorbebunt: & erunt quaſi non ſint.* Si iungas extrema horum verborum cum eorum principio, colliges hunc ſenſum eſſe Iuxta eſt dies domini ſuper te Edom, & ſuper finitimas tibi gentes. In eo die ſicut vaſtaſti, vaſtaberis: ſicut tribuiſti, retribuetur tibi in caput tuum. veniet in te, tanta erit vaſtitas tua, vt non liceat tibi ridentibus & irridentibus oculis Iudæos videre: vt vidiſti, quando ſub Achaz eos reliſti, & deſpexiſti, quando captiui è loco ſuos, in Idumæam peregrinati ſunt.(2.) tunc non licebit tibi lætari, vt lætatus es, quando eos ab hoſtibus occidi vidiſti.(3.) non licebit os tuum magnificè aperire in gloriam tuam, & iniuriam Iudæorum ſicut aperuiſti in eorum anguſtia.(4) Neq; licebit triumphũ agere per portas vrbium hoſtium tuorum, ſicut egiſti, cũ ſub Achaz, corã te corruit frater tuus (5.) Neque licebit tibi cum tuis fœdera is in catherinos ſolui cõtra hoſtem, vt feciſti contra Iudam, quando vaſtabatur abs te. (6.) Neq; effundes totum te contra exercitum hoſtium, vt remiſiſti, & totum cõtra Iudam effudiſti, cum ille vaſtaretur. (7.) demum neq; in biuiis ſtabis ad interficiendũ, qui venerat fug eos: eque eius captiuos in Idumæam concludes, vt olim feciſti. ¶ In vniuerſum tibi ò Edom, ita prænuncio: ſicut biberunt calicem amaritudinis, fœcis, & vaſtitatis, ij qui in Ieruſalem & in Sion monte ſancto meo habitauerunt: ita bibes & tu, & omnes finitimæ gentes. Bibent inquam, & deglutient: velint: nolint. Erant igitur ac ſi non fuiſſent. peribit enim memoria eorum. ¶ Hanc Idumææ vaſtationem prędixit Iſaias & Ieremias iiſdem ferè verbis, quibus nunc prædixit Abdias Amos item in ſcelere quarto phi l. ſteorum Tyriorum, & Idumęorum vt tibi fusè mihi dictum eſt. ¶ Cõpleuit eam prophetiam Nabuchodonoſor, Tyrum vaſtans Ammon, Moab Iudęam Idumæam, & Aegyptum. vt tradit D. Antonius, Hieronymus, & Iſaias.

Symbo. t.
Amos. 1
Iſai. 34
Ierem 49.
Amos. 1.
Anton. 1.
par. tit. 4.
Hieron. in
Iſai. 34.
Iſai. 34.

Et in monte Sion erit ſaluatio: & erit ſanctus. ¶ *Et poßidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederãt. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma. & domus Eſau ſtipula: & ſuccendetur in eis: & deuorabunt eos: Et non erunt reliquiæ domus Eſau: quia Dominus loquutus eſt.* Idumæi, ad quos præcedens prophetia facta eſt, dicere poterant. Si contra nos ſæuiet Deus, etiam contra ſuos Iudæos ſæuiturus eſt: æqua nobis & illis ſors manet. Huic Idumæorum reſponſo Dominus occurrit dicens. Grandis erit differentia inter vos & illos, nam vos olim ſine euaſione peribitis. Iudęi tamen non ita. Nam licet captiui ducantur in Babylonem, inde tamen euadent, & redibunt in montem Sion. ibi erunt, qui inde euadent. erunt, ſcilicet in monte Sion, regentes & gubernantes populos ſuos: vt olim in eo monte erant, qui populos gubernabant. Et in eodem monte erit Sanctus Dominus: in templo, quod illi reædificabitur, habiturus, ¶ Iam hæc ſalus, & hic Sanctus continenter, & ſine interruptione in Sionis monte durabat, vſque ad tempora Machabæorum. quando per Antiochum Sionis arx fuit à gentibus capta: & Iudęi à gentibus poſſeſſi. id verò exiguo tempore durauit. Nam ſtatim per Machabæos, Iudæi à gentibus poſſeſſi, eas ſubegerunt & poſſederunt. vide hiſtoriam Machabæorum. Quia verò hæc prophetia noſtri Prophetę ſpecialiter contra Idumæam clamat: ideo ſubdit, quòd poſtea rerum euentus impleuit, ſcilicet, Iacob erit ignis, & Edom, ſiue Idumæa erit ſtipula, quam Iudæa flamma comburet, & abſorbebit: neque ex Idumęis reliquias dimittet. Quod completum eſt, quando Iudas Machabæus debellauit filios Eſau, qui erant in Idumæa qui Iudam fugientes, in turribus ſe concluſerunt Iudas velut ignis, Idumęos exuſſit, vt ſtipulas. Incendit, inquit, turres eorum igni, cum omnibus, qui in eis erant.

¶ Notandum porrò eſt vehementer verbum illud, in monte Sion erit Saluatio & Sanctus. intelligitur enim ita. Continenter, & perpetuo erit ibi Saluatio, & Sanctus. Planè quia non ſolum durauit vſquæ ad Machabæos: ſed ex eis vſque ad Chriſtum, qui in monte Sion inſtituit Euchariſtiam, quæ eſt euaſio, & Saluatio noſtra: & in eundum montem, & in idem cœnaculum, vbi eſt Euchariſtia inſtituta, venit etiam Spiritus ſanctus, veriſſimè Sanctus. Quod cœnaculum in ſacerrimum templum cõuerſum. vſque ad tempora

Oſea 1. — 1.Ma.3. 4. — 1.Mac.5. — Matt. 26 — Act. 2. — Salignia-cus. — Matt. vlt.

pora noſtra durat vt Saligniacus docet: & vſque ad finem eſt duraturum, vt hæc prophetia demonſtrat.

Et hæreditabunt hi, qui ad Auſtrum ſunt, montem Eſau. Et qui in campeſtribus Philiſtim, & poßidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ. Et Beniamin poßidebit Galaad. Regio Iudææ ad meridiem habet Idumæam, ſeu montes Eſau. & ex hac parte eſt Iudæa montuoſa. Nam ad Auſtrum habet Iudæa montes Maon, & Carmeli: qui Idumæam à Iudæa diſterminant. vt eſt videre in tabulis Ziegleri. Reliqua Iudææ ſunt ferè campeſtria. Rurſum Beniamin ſitus eſt ad Orientem Iudææ: & à Iudæa (teſtantibus Prophetis) compræhenditur, quia ad regnum Iudæ pertinebat. igitur totum regnum Iudæ erat diuiſum in montana ad Auſtrum: in campeſtria ad Occidentem, & Boream: in Beniamin ad Orientem. *Ziegler.*

¶ Dicit nunc Propheta futurum, vt Iudæi habitantes in montaneis ad Auſtrum poſſideant ſibi finitimos Idumæos, in monte Eſau habitantes. Rurſum Iudæi habitantes in campeſtribus. (vbi eſt Eleuteropolis, Iether, Lachis, & aliæ vrbes Iudææ Occidentales) poſſideant proximos Philiſtæos. Sunt enim Philiſtæi ad Occidentem Iudææ, his dictis vrbibus vicini. Alij verò Iudæi habitantes in campeſtribus, qui reſpiciunt Boream poſſideant regionem Ephraim, & Samarię. Nam licet hę regiones ſint vicinę Beniamitis, quia tamen his ceſſit prouincia Galaad, ideò Borealibus Iudęis ceſſit Borealis etiam Regio, Ephraim & Samarię. Demum Beniamitę (inquit Abdias) poſſidebunt Galaad. *Vide tabulas Palæſtinæ.*

¶ Quęris Lector quando hęc fuerint completa? Ego ſine dubio credo, impleta tempore Machabęorum, qui cum regiones diuiderunt victoribus, quas victis eripiebant, Auſtralem Idumęam, Auſtralibus dedere Iudæis. Philiſtęos Occidentales, Iudęis qui ad Occidentem habitabant. Porrò regionem Samarię dederunt Iudęis ad Boream habitantibus? & regionem Galaad Beniamitis. vt quiſque haberet, quod ſibi magis accommodum erat. ¶ Porrò Machabæum expugnaſſe montem Eſau, ſiue Idumæam, habes 1. Machab. 5. a. Expugnaſſe Philiſtæos, habes eodem g. Expugnaſſe Samaræos, habes 1. Macab. 3. b. demum expugnaſſe maximam regionem Galaad, habes. 1. Mach. 3. d. *1. Mac. 5. a. 1. Mac. 5. g. 1. Ma. 3. b. 1. Ma Et 5. d.*

Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael, omnia Chananæorum vſque ad Sareptam. Et tranſmigratio Ieruſalem, quæ Boſphoro eſt poſſidebit ciuitates Auſtri. Locus hic difficillimus eſt, poſt cuius diutinam expenſionem, viſus ſum mihi eius genuinam explicationem inueniſſe, quam vt ego apertè & ordine tradam, hinc ordiri volo. Sarepta ciuitas erat Phœniciæ iuxta Tyrum eratque celebris ob Eliam, qui in ea commoratus eſt. Ideò eius hoc loco fit mentio. ¶ Pro Boſphoro Hebræis eſt ספרד Sepharad. quam omnes Hebræi conſtanter affirmant eſſe Hiſpaniam: eam Hier. ex Iudæi cuiuſdam auctoritate, Boſphorum nominauit: nos Heſperiam dicimus: nomine Hebræo parum immutato. Iam certum eſſe debet, poſteros piorum Iſraelitarum, qui ſub Salmanaſſar tranſmigrauerunt in Mediam, in Iſraelem reuertiſſe: vt nos annotauimus ſuper Oſeæ, & Amos, ex Thobiæ authoritate, qui id ita aſſeruit. Hos Iſraelitas, qui cum Zorobabele in Iſraelem redierunt: vocat Abdias hoc loco, tranſmigrationem exercitus filiorum Iſrael. Quia videlicet olim in Mediam tranſmigrauerant: & inde redierant. ¶ Videndum nunc eſt, quæ fuerit tranſmigratio Ieroſolymæ, quæ erat in Hiſpania: & credendum omnino eſt, quod cum Nabuchodonoſor Ieroſolymam expugnauit, tunc multi Ieroſolymitani ex Ieroſolyma in Hiſpania in commigrarint. Erat enim tunc Hiſpania notiſſima, tam ex eius felicitate: quam ex vicinorum Phœnicum negatione. Siquidem poſt Italiam primum locum fœlicitatis Plinius Hiſpaniæ in toto orbe concedit. Et Tyrij, atque Sidonij mercaturam in Hiſpania faciebant. Nam ex Sidoniis Phœnicibus, noſtram Sidoniam nomen accepiſſe fama eſt, vt ex Tyriis noſtram Serez. Nunc ad rem. Hi Ieroſolymitani qui in Hiſpaniam conceſſerant, cum audiunt famam Machabæorum: quòd per eos totus Iſrael reſtituebatur, regrediuntur ad patrios fines. & hos vocat Abdias, tranſmigrationem Ieroſolymæ.

[Margin: Rabini. Hieron. Oſee.1. 4.Re.17 Oſee.1. Tob. vlt. 4.Ro.pe-nult. Plini. vl. cu.vlt.]

¶ Reſtat vltimum, quomodo tranſmigratio ex Iſrael poſſederit Chananæos vſque Sareptam: & tranſmigratio Ieroſolymitarum ex Hiſpania poſſederit ciuitates Auſtri. Si vis lector eam rem intelligere, & in eius intelligentia quieſcere, ſtatue coram te regnum Iudæ: id eſt tribum Iudæ, & Beniamin. Tum intellige ad Auſtrum Iudææ eſſe Idumæam: ad Occidentem, Philiſtæos: ad Boream regnum,

[Margin: Vide Caliſtum Rudolmund.]

gnum Samatiæ: ad Orientem regionem Galaad. Sed iterum ſummopere nota, ad Auſtrum Iudææ, non ſolam eſſe Idumæam, ſed etiam vrbes alias, quas tribus Simeon olim habitabat. Rurſum ad Boream Iudææ non ſolam eſſe Samariam, ſed inde erant loca Chananæorum vſque ad Sareptam. Erant ſcilicet Galilæa inferior, & Galilæa gentium. Hæc omnia ad oculum videas in tabulis Ziegleri. *Ziegler.*

¶ Cum igitur dixiſſet Abdias terram a Machabæis ita diuiſam, vt auſtralibus Iudæis Idumæa obueniret: Campeſtribus Iudæis Philiſtæa: & Samaria: Beniamitis, Galaad: dicendum ei erat, cui obueniſſent ciuitates reliquæ Auſtrales, iuxta Idumæam, vbi Simeon habitauit, cui etiam obueniſſent reliqua ad Boream loca Chananæorum. Hoc nunc dicit: aſſerens tranſmigrationi Iſraelitarum ex Media, data omnia loca Chananæorum vſque ad Sareptam: & tranſmigrationi Ieroſolymitarum ex Hiſpania, datas Auſtri ciuitates, vt videlicet vtraque tranſmigratio gauderet ſe in propriis ſedibus fuiſſe locatam. Sed tranſmigratio Iſraelis, vtpote maior, omnia Chananæorum loca ſortitur, vbi ſcilicet prius habitauerat. Tranſmigratio verò Ieroſolymitarum: vtpote minor, non regiones ſortitur: ſed vrbes Auſtrales. Has portò Iudam obtinuiſſe habemus, primo Machabæorum quatro, nam per harum vrbium campos Iudas ſuos hoſtes perſequitur. Rurſum Simonem fratrem Iudæ obtinuiſſe loca Chananæorum, id eſt vtramque Galilæam, habemus primo Machabæorum quinto. *Mac. 4. b* *1. Mac. 5. e*

¶ Igitur curauit Abdias docere vniuerſam terram, quam promiſit Deus Moyſi fore ab Iſraelitis poſſidendam, fuiſſe ab eis ſub Machabæo poſſeſſam, vt ita poſſideretur poſt Hebræorum tranſmigrationem, vt fuerat ab eis ante poſſeſſa. *Daut. 11.*

¶ Iam verò, vt per Iudam & fratres eius infœlices Hebræi ex captiuitate in proprios fines reuocātur: ita per Chriſtum & Apoſtolos nos Chriſtiani, ex infœlici ſub peccato captiuitate, in gratiam & virtutes, vt in patriam noſtram reuocamur: omnia enim contingebant illis in figura. *1. Cor. 10.*

Et aſcendens Saluatores in montem Sion, iudicare montem Eſau.

¶ *Et erit Domino regnum.* Ad literam Seruatores gentis Hebrææ poſt eius captiuitatem, & reditum è Babylonia, fuere Machabæi: qui vt diximus, Idumæam expugnarunt. *1. Ma. 5. 6*

Neque

IN IONAM.

DOMINVS docet per hanc hiſtoriam Ionę pœnitentiam portum nobis eſſe tutiſſimum.in quo ſi conſiſtamus,etiam ſi Deus mille ſuper nos fulmina caſura promittat, ab eorum nullo lædemur:imo Dominus tenebit illa, ne cadant. Vult enim Deus id à nobis certiſſimè credi,ab eo maiorem rationem haberi miſericordiæ ſuæ, quam veritatis ſuæ:vt ſi alterum deficere debeat,potius veritas deficere videatur,quam miſericordia. *Protheoria.*

CAPVT I.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi,dicens, Surge & vade in Niniue ciuitatem grandem: & prædica in ea. Quia aſcendit malicia eius coram me.

S.Scriptura tria nos de Iona docet, & quod fuerit filius Amathi,& quod fuerit natus in Geph opher,& quod vixerit tempore Ieroboam;Filij Ioas Regis Iſrael: cui multa fœlicia orænuntiarit.hæc leges 4.lib.Regum.Fallitur ergo vocatus Epiphanius,docens Ionam fuiſſe ex Chitiathma,non longè ab Azoto. imò longiſſimè ab Azoto,ſcilicet ex Gethopher,que eſt in tribu Zabulonis. cum Azotus ſit prope tribum Simeonis.Rurſum falluntur maximè Rabini, & qui eos Latini ſequuntur , credentes Ionam fuiſſe filium mulieris Sareptanæ, quem Elias è morte ad vitam reuocauit Eſt is maximus error.Nam ſi Ionas eſt filius Sareptanæ. & Sareptana non erat Hebræa,ſed Gentilis,vt docet Dominus apud Lucam,igitur Ionas,non Hebræus,erat , ſed Gentilis:quod eſt grandis error.Tum filius Sareptanæ natus eſt in Sarepta.vt videre eſt in 3 Regum.At Ionas hic naſcitur in Gethopher.¶ Vocatur Gethopher in tribu Zabulonis,ad differentiam nobiliſſimæ ciuitatis Geth,quæ erat in Philiſtæa. ¶Igitur Ionas noſter,prophetandi munere clarus,vt qui Regi Iſraelis proſpera nuntiauit, iubetur à Domino, vt eat in Niniuem.¶Niniue erat clariſſima ciuitas orbis. Ædificata fuit à Nino, quem S. Scriptura vocat Aſſur. Ninus verò fuit filius Beli,ait Raphael.& cum Nembroth ædificaret Babyloniam,Ninus Nembroti imperium contemnens , egreſſus eſt è Chaldæa,vbi Babylon ædificabatur,,& abiit in Aſſy-

4.Re.14. *Epiphanius.* *3.Re.17.* *Luc.4.* *3.Reg.17* *Geneſ.10.* *Volaterr.*

riam,& in Campis Atur (ſiue vt Hibræi ex linguæ proprietate proferunt,in campis Aſſur,ita ex Nini ſeu Aſſur nomine vocatis) ædificauit vrbem,quam ex ſuo nomine Ninum vocauit. Hebræorum verò lingua,vocauit Niniue. Aedificata verò eſt inter Licum fluuium. & Tigrin.vt habet *Vopelius* pictura Vopelij.& ædificata eſt annis octo , denis hominũ *Volater.* millibus eam extruentibus.vt habet Raphael Volaterranus.Cõtinebat porrò ſub vno muro quatuor ciuitates, *Anius* ſcilicet Niniue,Rohobot,Reſem,& Chale.vt aſſerit Anius *Euſebius* ſuper ſuo Beroſo.(pro Rohobot legimus nos plateas)vnde iam incredibile non eſt,habuiſſe Niniue trium dierum iter. Porrò licet Euſebius velit. Niniuem vocatam Niſibin at verò longiſſimè diſtat Niniue à Niſibi:Hæc enim iuxta Euphratem erat illud iuxta Licum.Niſibin Theodoritus vocat *Theodoritus.* Antiochiam Migdoniæ. aſſerens eam fuiſſe limitem imperij Romanorũ.in qua Epiſcopus erat Iacobus Niſibenus vir magna ſanctitate conſpicuus.Erat porrò Niniue regia Aſſyriorum. Quam dicunt, à Sardanapalo vltimo Rege Aſſyriorum.nimis excultam , & nimis opibus auctam.planè vt in qua ipſe habitabat, & ſuos theſauros habebat , vt *Herod.in Euter.* habet Herodotus.certè Amintas apud Athenæum, lib.12. ca.12:Sardinapalum Nini Regem dicit.vbi lector multa de eius deliciis legere poteris.¶ Porrò quia Ieroboam , filius Ioas,incipit regnare in Iſrael cum Sardinapalus incœpit in *Euſebius.* Niniue(vt Euſebius tradit)nimis aut certum , aut credibile eſt,Ionam in Niniue prædicaſſe, cum Sardinapalus regnabat in ea.Siquidem poſt Sardinapalũ non erat Niniue caput regni,imò deſtructa videtur. Nã Aſſyriorũ regno de*Strabo.li.16.prin.* ſtructo , regnum in Medos translatum eſt:& Niniue erat ſine Rege.vt idem Euſebius habet.Certè licet poſtea reædificata fuerit.priſtina tamen maieſtate,& frequentia carebat.Ergo Ionas prophetat in Niniue , ſub Sardinapalo.ſub *Gene.10* quo Syri (vt Strabo vocat,vocat & Clitarchus apud Athe*Strabo.lib.16.* neũ vel Aſſyrij (vt Sacra Scriptura nominat) à Medis ſunt euerſi:& eorum regia,ſcilicet Niniue diruta.Hanc rem fuſius in noſtra Hiſtoria videbis. ¶ Quod autẽ Ionas ait,Ni*Grynæus.* niue fuiſſe ciuitatem grandem,habetur etiam in Geneſi.& confirmat Strabo,dicens eam Babylonia fuiſſe maiorem. *Diodorus.* Habuit verò Babylon 385.ſtadia in ambitu,vt ille dicit.Habuit verò Niniue 400.ſtadia.vt Grinæus ſuper Iuſtino retulit. imò habuit in ambitu ſtadia 480.vt Diodorus author eſt. Habuit verò hęc ſtadia cum primum ædificabatur.Nam poſtea

poſtea creſcentibus opibus, ampliora illa efficeretur. ¶ Et hinc ſublucere incipit racio, cur Dominus cum alios Prophetas ad Iudæos, & Iſraelem miſerit, Ionam miſerit ab Aſſyrios cauſa fuit, quia nulla erat tũc in orbe celebrior ciuitas, quam Niniue. caput ſcilicet omniũ ferè Aſiæ regnorum, vt ad Romam miſſus eſt Petrus, ad Meliapor Thomas. Erat enim Thomæ tempore Meliapor illuſtriſſima *Barros.* Indie ciuitas vt Barros ait. ¶ Ergo in viſione prophetica videt Ionas Deum, dicentẽ, Surge Iona, vires ſume, accingere: & vade in Niniuẽ, totius orbis inclytam vrbẽ: in quam *4. Re. fine* (vt ego credo) Iudęi multi confluere ſolebant, cauſa negotiationis: & forſan in ea (vt in Meliapor) ſuam ſynagogam *4. Regnũ primo.* habebant, & Dei miracula apud ſe facta narrabant. Erant enim tũc miracula Eliæ & Heliſæi nimis recentia: & vt credidi, par eſt, in omnium ore verſabantur. ¶ Vade, inquit Dominus, in Niniue, quia aſcendit malitia eius coram me. *Gene. 18* Simile habes in Geneſi. Clamor ait Sodomorum multiplicatus eſt: & peccatum eorum aggrauatum eſt, &c. Ergo, vt erat vrbs maxima Niniuæ, ita peccatis maximè abundabat: ſed quantum ſuſpicor, ſpeciatim abundabat pauperum iniuriis: qui quoniam oppreſſi ad Deum clamabant, clamor malitiæ aſcendiſſe dicebatur. Nihilominus habemus ex hoc loco malitiam, peccata, & crimina contra peccatores *Iacob. 9* ad Deum clamare. Ita Iacobus. Ecce, inquit, merces mercenariorum, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini introiuit. Et Abacuc, Lapis de pariete *Abacuc 6* clamabit: &c. ¶ Ergo etiam ſi pars læſa ſileat: etiam ſi qui le- *Gen. 4* ſit, à læſo veniam extorqueat, adhuc malitia clamat coram Deo: adhuc ſanguis Abel clamat contra Cain.

Et ſurrexit Ionas, vt fugeret ibi Tharſis a facie Domini: & deſcẽdit in Ioppem, & inuenit nauem, euntem in Tharſis: & dedit naulum eius: & deſcendit in eam: vt iret cum eis in Tharſis, à facie Domini. *Chaldæ.*

Quænam Tharſis fuerit varia doctorum opinio eſt. Chaldæus interpres, quem ſequitur Hieronymus, vult ſimpliciter Tharſis mare ſignificare, vt ſit ſenſus. Ionas ſurrexit ex Iſrael, vt fugeret in mare. At verò certũ eſſe locũ, non verò maris nomẽ generale, hic ipſe textus iudicat: ait enim, deſcendit cum eis, ſcilicet, aliis ſociis, vt iret cum eis in Tharſis. Aliis voluerunt Tharſis fuiſſe Prouinciam Indiæ, in quam Salomon olim naues mittebat, quæ ei aurum afferebant, dentes Elephantorum, & cæt. vt habetur libro tertio *3. 6 Reg.* Regum, ita fusè dicit Abulenſ. ſuper cap. 8. lib. ſecundo Pa- *Hieron.*

ralipomen.Sed equidem Tharſis,in quam voluit Ionas ire, non erat hæc Tharſis,in quam Salomon claſſem amandabat:& tertiò quoq; anno,aurum afferebat.Nam Ionas iturus in Tharſin ſuam, venit in Ioppem portum celeberrimum:vt inde Tharſin veniret.at in Tharſis Salomonis claſſis ibat ex Aſiongaber,propè Ailam, ad oram maris Rubri, vnde in Indiam erat certa & breuis via. Et ſoluentibus ex

3.Reg.3 mari Rubro,per Arabicum,ad leuā adeſt prouincia Thar-
2.Par.8 ſis,vt in Geographia videre eſt.lege tertium librum Regū.
2.Par.20 & 2.libr.paralypom.Vide etiam in 2.Paralypom.quomodo claſſem parauerint Ioſaphat & Achab, vt irent in Tharſis, quæ etiam Ophir hoc loco,& in 3.Regum appellatur. Re-
Theodor. pugnet,quantum vellit Abulenſ.Placuit igitur Theodore-
Vatablus. to,Vatablo,& aliis, Tharſin Ionæ eſſe Cartaginem Didonis,quæ,nunc Tunetum vocatur.quamuis Tunetum dica-
Ezech.27 tur nunc ædificata in loco, ab antiquo Carthaginis diuerſo: licet parum diſtante. Ratio quæ Theodoretum coegit ea eſt.quod Ezech.27.pro Tharſis Hebræo,noſtra tranſla-
Vopelus. tio Carthaginenſis habeat. Huic ſententiæ applaudit textus,quem exponimus.Tum quia ex Ioppe facilis eſt in Tu-
Forerius netum nauigatio,nec admodum lōga,id eſt,ab Ioppe,quę
in ca.23 in principio Ægypti,eſt,per oram Ægypti, vſque ad Car-
Eſai. thaginem,quæ in Africa Ægypto conterminata erat.quod facilè videri in Vopelio poteſt.Tum,quia erat tunc Carthago Phœnicibus nota.erat enim Dido Charthaginis fundatrix ex Phœnicia. Doctus Forerius Tharteſſum dici putat.vnde olim auri copia afferebatur. neque verò multum à Charthagine diſtat.

¶Ioppe portus eſt celeberrimus,nunc Iaffa vocatus: per
Stephanus quem omnibus ex Europa Chriſtianis ingreſſus patet.ad Ieroſolymæ loca videnda. Stephanus dicit eam ædificatā
Strabo. ab Aeoli filia,vxore Cephei, quæ vrbem ædificauit.In qua Strabo dicit, Andromadem monſtro marino fuiſſe expo-
Volater. ſitam,Raphael dicit.nunc Zapho à barbatis appellari.

¶Reliquum eſt hoc loco dubium implexum,quomodo
Sap.1 Ionas ſemel,ac iterū dicat ſe à facie Domini fugiſſe. Num non Spiritus Domini repleuit orbem terrarum? Num non
Pſal.138 Ionas ſciebat verba illa,Quò ibo à ſpiritu tuo,& quò à facie tua fugiam? & cætera. Reſponderi poterat, multo fuiſſe
Gene.3. Adam ſapientiorem ; quàm Ionas. at fugit Adam à facie Domino,& abſcondit ſe. Celebre enim eſt illud Gregorij,
Gregorius. Oculos claudit culpa. Sed reſponſio legitima ſumitur ex

hic

his:quæ ſuper Amos diximus. Prophetæ olim erãt teligioſi
in communi domo habitantes, vt nunc monachi noſtri. *Amos*
His Prophetis exhibebat Dominus ſpecialem præſentiam *17.*
ſuam: ſe illis in lumine prophetico domonſtrans, Hanc
Domini præſentiam Ionas fugiebat:hançque cum religo-
ſis familiaritatem.¶ Illud porrò verbum.dedit naulum,do-
cet vſum tunc fuiſſe,portorium dari in nauis ingreſſu.

Dominus autem miſit ventũ magnum in mare:& facla eſt tem-peſtas magna in mari:& nauis periclitabatur conteri,Et timuerunt nautæ.Et clamauerunt viri ad Deum *ſuum.Et miſerunt vaſa.quæ erant in naui in mare: vt alleuaretur ab eis.Et Ionas deſcendit ad interiora nauis,& dormiebat ſopore graui.Et acceſſit ad eum guber-nator:& dixit ei,Quid tu ſopore deprimeris?Surge & inuoca Deum tuum: ſi forte recogitet* Deus *de nobis, & non pereamus.* Primum
docemur, quàm domini nauium cauere debuiſſent.ne viri
iniqui nauem conſcenderent. quàm cauẽdũ eſſet ducibus,
ne in bellum iniquus adnumeraretur,vt enim vnicum pu-
tre pomum cętera, quamuis ſana, putria facit;ita à noxio
vno,multi lædũtur innoxij. Inuigilet ergo quiuis paterfa-
milias,ne in domo ſua commorentur iniqui Igitur pro-
pter fugã Ionæ,nauis proxima erat in periculo,vt cautibus
illiſa cõteretur.¶ Secundò,Timuerunt,inquit, nautæ peri-
culis,& tempeſtatibus aſſueti,minimè in eis timere ſolenti
Sed videntes hanc,qua iactabantur vehementiſſimam eſſe,
eſſeque diſſimilem iis,quibus eatenus iactati erant, credi-
derunt à Deo,non adeò à natura mitti, ideò timuerunt. &
qui in naui erant eorum timorem intellexerunt, & à Deo
excitari credentes, vnuſquiſque Deum ſuum inuocabat;
rogabatque; vt quam excitauerat tempeſtatem auerteret.
Quàm igitur omnia Deo ad nutum obtemperant?¶ Tertiò
intellige conueniſſe in eam nauim variorum rituum ho-
mines.ſ.Phœnices,Philiſtæos,Iudæos, Amalechitas,& ſi-
miles.ideò ſuum quiſque Deũ inuocabat. Siquidem in re-
bus deſperatis. nullum eſt,niſi à Deo, præſidium iuxta
illud,Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſa- *Pſal.6*
pientia eorum deuorata eſt.Clamauerunt ad Dominum
&c.¶ Quartò nota.Sicut Apoſtoli præ triſtitia,& mœrore *Luc.22*
altũ dormiunt:& neſciunt, quid Chriſto interroganti re- *marci 14*
ſpondeant:ita Ionas animi mœrore confectus, hominum *Matt.12*
conſpectum fugiens deſcendit in nauem, ibiq; dormit.Id
verò Dñs procurabat,vt deſcenſu ſuo & ſomno,Chriſti in *Matt.1 2*
ſepulturam deſcenſum.& in ea,mortis ſomnum præfigu-

raret. Simulque docuit Ionas, quam ſit periculoſum plenißimum, ſemel à Deo deſcedere, ſi enim diſceſſeris ſenſu commun velut priuaberis. Nam profectò ſenſus communis, defectus erat, in tanto periculo, in quo etiam infideles Dei præſidia
hoc cap. quærunt, Prophetam ſomno ſe mancipare. ¶ Quinto obſerua, quia Ioppe erat in regione Iudæorum. (Erat enim in tribu Ephraim) ideo neceſſario Nauclerus audierat mirabilia magna, quæ Deus Iudæorum in terra illa deſignauerat. ac ideo ſciebat Deum Iudæorum maiorem eſſe Diis ſuis. Non enim eſt Deus noſter, vt Dij eorum: & inimici noſtri ſunt
Deut. 32. iudices. Cum ergo ex habitu cognoſceret Ionam eſſe Iudæum, & vt ego credo, ex veſte nouerat eſſe religioſum, hac ratione eum in nauis imo quæſiuit, & vt Deum cœli rogaret, admonuit. confidens, ſcilicet potius in eius quam aliorum oratione.

Et dixit vir ad collegam ſuum, Venite & mittamus ſortes & ſciamus quare hoc malum ſit nobis, Et miſerunt ſortes: & cecidit ſors ſuper Ionam. Et dixerunt ad eum, Indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis? quod eſt opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo tu es? Et dixit ad eos, Hebræus ego ſum: & Dominum Deum *cæli ego timeo: qui fecit mare & aridam. & timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri, quod a facie Domini fugeret: quia indicauerat eis Ionas. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare a nobis? Quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Et dixit ad eos. Tollite me, & mittite me in mare: & ceſſabit mare à vobis: ſcio enim ego, quod propter me tempeſtas hæc grauis, venit ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam: & non valebant: quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius: & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem. Quia tu Domine ſicut voluiſti feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare. & ſtetit mare à furore ſuo. ¶ Et timuerunt viri timore magno* Dominum *: & immolauerunt hoſtias* Domino*: & vouerunt vota.*

¶ Primum obſerua, neque gubernatorem nauis, neque remiges eius ſortes miſiſſe, neque enim tanta nauis tactatio, in tam præſenti periculo, tantum otij eis concedebat, vt ſortes mittere vacaret. Igitur cæterorum, qui in nauem conuene-
qo. 2.2. rant hæc vox fuit: Deo ſcilicet inſpirante, vt ſortes mitteren
95.a.8. tur. & in eam ſortionem omnes conuenirent. ¶ Quod ſi roges an liceat mittere ſortes, ad D. Thomam te remittam: quo ſi cares breuiter audi, Si quæris ſortes è fortuna vanè quæris.
Si quæ

Si quæris à ſtellis,& cælo falſo,aut planè incertè quæris. Si quæris à Deo,quando humana ratione poteris inuenire , ꝙ quæris,malè à Deo quęris tantas enim illum.Si enim illum tibi conſtare poterit,quis dignior ſit honore, opibus,aut dignitate:tentas Deum ſuper ea re,ſortiendo, At non eſt peccatum ſortibus a Deo requirere,cum reuerentia:quando aliàs inueniri nequit,quod quæris.Ita ſortibus Ioſue partitur terram promiſſam.Idem per ſortem deprehendit Acham.& Apoſtoli ſorte deligunt Mattheum. Similiter hi viri, ſuper cauſa tanti mali,quod ex Deo irato venire intelligebant,ſortiuntur. Admonebat enim Deus horum animum interius, eam tempeſtatem propter alicuius, qui in naui erat nequitiam ita ſequire.¶ Cæcidit inquit,ſors ſuper Ionam,verè enim dixit Sapiens.Sorres mittuntur in ſinum : ſed à Deo temperantur.vt,ſcilicet.cadant, vt voluerit ille. ¶Indica, nobis, aiunt,blandè & benignè eum interrogant.Nam Hebræa litera dicit,Indica,quæſumus , nobis. Quod eſt opus tuum? quo te ſcilicet exerces.num ariolus es,magus,aut maleficus quos viuere non patitur Deus,graſſator ne,aut ſicarius?quos natura non ſuſtinet. *Num. 33.* *Ioſue. 7.* *Actor. 1.* *Pro.16.* *Deut.18.*

¶Subdunt,quæ terra tua?quaſi dicerent.ſcimus quo vadis ſcilicet,in Tharſis.neſcimus tamē an venias,ex aliqua terra multis ſceleribus maculata:quæ tibi hærent, & propter quæ nos hāc iniuriā patimur.¶ Demū quęrūt,quis tibi populus eſt?ex qua gente & genere tu es?vt tibi generis crimen adhereat &eius ſanguis à te requiratur.¶ Ad interrogata reſpōdet Ionas.Hebræus ego ſum. en reſponſio ad quæſtionem de patria & gente.Et Deum cœli timeo.id eſt.nihil flagitij cōmiſi.en reſponſio ad quæſtionem,de opere meo. Itaque reſponſio eſt,ex gente omnium religioſiſſima ſum: & ego religioſus ſum:nullo ſcelere cōmaculatus. Tu hic lector maximè nota,Ionam totam ſuam peregrinationem viris interrogantibus expoſuiſſe,ſcilicet,quod Propheta eſſet,quod mandato Domini repugnarit,quodque Deū fugiens eam nauē conſcenderit.Ideò in litera ſubditur quod viri timuerunt timore magno ſcilicet ea verba ex ore Ionę ſuſcipientes,& ideò interrogauerunt Ionā Cur iſtud feciſti, id eſt , cur Deo nō obediſti?cur fugiſtis?& textus ſubdit. Nouerunt viri Ionā fugere faciē Dñi,videlicet,quia Ionas indicauerat.Certè q̃a cū Ionas diceret,è religioſa gēte ſū & religioſus ego ſū viri cogebāt cū quō igitur ſors cecidit in te?Hęc ratio Ionā, otā cauſā fateri coegit.¶ Audita cōfeſſione rei viri dicūt, Si *Geneſ. 9*

prophetа es, tu in te ſententiam profer. Dic quid faciemus, vt mare non ita deſæuiat? Tunc Ionas mittite me in mare.
Ioan.15 Id equidem potuit dicere Ionas, maiorem ſiquidē charitatē nemo habet quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quod ſi Curtius tantopere laudatur, quod impeſtilentem lacum, ob patriæ ſalutem ſe coniecerit, quod ille facere non poterat, quantò potius laudetur Ionas, qui non ſe in mare coniecit, occidere enim ſe ille nequibat: ſed ſe coniiciendum aliorum manibus, vt ſanctè poterat, expoſuit? Ego occidere me nequeo: exponere verò me poſſum, vt ab
Soto. aliis occidat. vide Soto lib. 5. de iuſti. q. 1, ¶ Remigabant, inquit. viri, vt reuerterentur ad aridam. Mihi proculdubio mirabile eſt, quam hi exhorrebant homicidium: ſed id faciebant, quia Ionam innocentem agnoſcebant, id eſt, nullo hominum facinoroſorum crimine inquinatum. ideò omnia quæ poterant, remedia tentauerunt, ne eum in mare deiicerent. quibus fruſtra tentatis, ad preces conuertuntur, & ita precantur. ¶ Obſecramus Domine: ne quæſumus pereamus propter mortem, quam huic homini inferre curamus: neq; ponas ſuper nos innoxium ſanguinem eius, id eſt, ne vindictam à nobis ſumas, quòd inſontis ſanguinem effudenmus: quia tu Domine ſicut voluiſti feciſti. Quæ verba mihi indicāt, eos homines ſenſiſſe, Dei voluntatem, & conſilium eſſe, vt Ionas moreretur, id tēpeſtate indicante: & ſortibus declarantib. Hęc inquiunt Domine feciſti, & vis vt hic homo pereat. Si tu vis, huius operis ne tu vindictam de nobis accipias. ¶ Hinc videor mihi ſolutionem habere non leuis difficultatis peccarint ne viri mittentes Ionam in mare? Cum enim non eſſent illi iudices Ionæ: non poterant occidere, quem innocentem fatebantur. Sed arbitror non peccaſſe, quia diuino inſtinctu hanc rem agi videbant, maximè, cum agnoſcerēt illum eſſe prophetam, qui prophetarit
Iudic. 16 dicens: mittite me in mare, & ceſſabit à vobis. Ergo ſicut
Appolō. Samſon, Appollonia & multæ virgines aliæ, in mortem impulſu Diuino ſe coniecerunt. ita & Ionas ſe morti exponit: & illi expoſitū occidunt, vide multa de hac re apud Augu-
Auguſt.1 ſtin. Innocētium, Thomā ¶ Iona miſſo in mare ſtatim mare
Ciui.ca.17 deferbuit, vt ſi miraculū fuit tam ſęua tempeſtas: maius fue-
Thom. 22 rit in medio rabientis tempeſtatis mare conſtitiſſe, & tran-
q.64.ar.5 quillū factum, firmum ſtetiſſe, id enim verbū Hebræum ſi-
Pſal. 134 gnificat. O quam verum eſt igitur illud, Omnia quęcunque
Marc. 4 voluit, fecit, in cœlo, & in terra, & in omnibus abyſſis,

¶ Rectè

¶ Rectè igitur viſo tanto miraculo timent viri illi, vt Petrus viſo miraculo tantæ ſerenitatis in media tempeſtate timet, ipſe & reliqui, qui in naui erant cum eo. Sed rogas, Quid illi timent? Certè numen naui & mari adeſſe ſentiebant, quod tantũ miraculum efficiet, eius ego relgiione tacti timent, & tremunt. Naturale enim nobis eſt, ſupernaturalibus rebus viſis timere. ¶ Timentes verò, hoſtias quas habebant in naui Domino obtulerunt: ac ei vota nuncuparunt, promittentes ſe ſoluturos, cum ad terram appellare continget. Immò Hieronymus vult viros illos factos inde pios, ac veri Dei cultores id, ſibi Dominus lucratus eſt, ex Iona ſubmerſo. ¶ Et ego minimè neſcius ſum paraphraſtẽ Chaldæum voluiſſe, viros illos in naui non ſacrificaſſe: ſed cum è mari egreſſi ſunt. Sed ego videns vota à nauigantib. in mari non in terra nuncupari: & videns textum noſtrum prius facta ſacrificia, quàm vota dixiſſe, aſſerui ſacrificia, in naui facta. *D. Hier.* *Chaldæus.*

CAPVT II.

E*T præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret IonamEt erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.* Ionas non malo animo Dñm fugiebat. Deus verò qui ſcrutatur corda. & renes: quique candorem diligit, & veritatem, rationẽ adhibuit, vt Ionã ſeruaret. cœtum, qui Ionam glutiret, non læderet tamen: ſed ſeruaret. Quod autem cœtus fuerit, qui Ionã deuorauit, certò aſſerendum eſt. Ita enim dixit Dominus Ionã fuiſſe in ventre cœti, Pulchrum verò eſt legere aqud Albertum cœtorũ hiſtoriam, ex qua quantum noſtro textui conuenit excerpemus. Oculos habet cœtus gaudes: vt in vnius oculi fouea, quindecim, & 20. homines facilè capiantur. Antiqui dixerunt ventrem cœti occupaſſe aliquando 4. iugera terræ, eſt autem iugerum 240. pedum, vt Quintilianus ait. Cœtus quem Albertus vidit in particulas diuiſus. 300. currus onerauit Non igitur excedit fidem, quod integrum Ionam eumq́;, illæſum cœtus vnus deuorarit. Plinius ex Iubæ authoritate tradit cœtum 600. pedum longitudinis, 360. latitudinis Arabiæ flumen introiſſe. Si placet multa de cœtis audire lege Ælianũ, & Gilij ad eum acceſſiones. Hunc igitur piſcem Dominus Ionæ parauit, qui eius eſſet mors ſimul & *Hier.11.17* *Pſal. 50* *Alber.de piſcibus.* *Quintil.* *Plin.li.32 cap.1.* *lib.10.* *Ælianus* *Gillius*

vita. ¶ Tu verò lector ne cre das cœtum Ionam deuoraſſe
Oratio Ionæ hacem nia probat ſimul ac è naui in mare deiectus eſt minimè,nam Ionas per aquas maris proruens, ad extrema montium deſcendit: abyſſus eum vallauit: totumq; pelagus caput Ionæ contexit. Cum eſſet porrò in profundo, cœtus prædam videns,Ionã inuaſit,apertoque oris rictu integrum deglutiuit,Manſitque in eius ventre tribus diebus,& noctibus Vt enim tres pueri in mediis flammis læſi non ſunt:Deo ſuſpendente, & deti-
Dan.3, nente flammæ calorem, ne iuuenes contingeret: ita Ionas non læditur à ventre cœti,qui velut furnus ardebat, Deo calorem prohibente,ne Ionam exugeret.

Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis,& dixit. Videns Iones à cœto voratum,in eius tamen ventre ſe ſentiens illæſum, cœpit primò die ad Dominum clamare, clamauit & ſecundò. Ita verò tertio hymnum hunc Deo dixit:non poſt egreſſum è cœto:ſed in ipſo cœti ventre: vt expreſsè habet hic textus. ¶ Doctis hominibus hic hymnus dicitur eſſe lyricum carmen tricolon tetraſtrophon.quo
Buchananus. vſus eſt Buchananus in paraphraſi pſal. 7.11.15. &c. Neque tu lector repugnes, lege Hier. in Galeato,& audies, Da-
Hieron. uidem lyrico carmine Chriſtum perſonare.& Iob proſa incipere:ſed verſu poſtea labi.Non igitur carminum laus Græcorum eſt,aut Latinorum,prior eſt Hebræorum.

ORATIO IONÆ.

Clamaui de tribulatione mea ad Dominum:& exaudiuit me De ventri inferi clamaui & exaudiſti orationem meam. Id eſt. Ex quo fuit tribulatio mihi clamaui ita Hebræus textus.Ergo à primò die,quo cœtus Ionam abſorbuit,ille ad Dominum clamauit:& Diuino lumine reuelante,intellexit ſe fuiſſe exauditum,ideò ſubdit & exaudiuit me. ¶ Porrò intellexit Ionas,cum erat in ventre cœti,ſe eſſe in vent re inferni. (Dei lumine reuelante)quod propter culpam ſuam,ventrem inferni mœreretur in pœnam,ideò dicit,De hoc ventre inferni,quẽ mea culpa promeruit,clamaui:& tu dñe, infernum cõmerentis oratiõnẽ audiſti.ô tuã infinitã clementiam In hunc ſenſum intelliges illud pſalmorũ Dñe eduxiſti ab in-
Pſal.29 ferno animam meam: ſaluaſti me à deſcem. in lacum,&
Pſal.85 Eruiſti animam ex inferno in feriore, & Paulominus ha-
Pſal.93 bitaſſet in inferno anima mea, & alia id genus:Nec me la-
Rabin. tet alter Rabinos,& multos Latinos hunc locum explicare, ſed ſemel ſedit animo,eo,nullã vim,ſi poſſũ,textib. inferre

Et proieciſti me in profundum,in corde maris,& flumen circundedit

dit me. Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper tranſierunt. Id eſt, Cum viri illi me è naui deiecerunt, tu Domine impetu potentiæ tuæ proiecisti me in profundiſſima loca maris. ſ. vt maris ima contingerem. Ergo Ionas non ex naui à cœto ſuſceptus: ſed ad maris ima peruenit. Et vt ego ex textu colligo, aliquis canalis erat in profundo per quem mare vt flumen decurrebat quo flumine Ionas circũdatus eſt. Ideò ait. flumen circundedit me at interim, inquit omnes fluct⁹ tui, & omnes aquarum cumuli quos Hebræus gurgites vocat; ſuper me furentes tranſibant.

Et ego dixi, Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: veruntamen rurſum videbo templum ſanctum tuum. Id eſt. Cum in mare iactarer, intra me dixi, Actum eſt de me, abiectus ſum è vita, & è gratia Dei. Sed ô, tibi ſummæ gratiæ Domine, ꝙ ſubuenisti anguſtiæ meæ, & reuelaſti, me iterum rediturum in Ieroſolymam, ad templum. ſ. ſanctum tuum. Non ſolum Dñe ſeruaſti me, ne morerer: ſed reditũ in templum promiſiſti. ¶ Exiſtimandum eſt, Ionã in templo Dei ſolitum lumine prophetico perfundi, & ad functionem propheticam amandari. Ideò nunc gaudet. confidens ſe ad priorẽ ſtatum reparandum, vt verum illud ſit, Accedite ad eum, ſcilicet potiſs. in templo & illuminamini, *Pſal. 33*

Circundederunt me aquæ vſque ad animã: abyſſus vallauit me: & pelagus operuit caput meũ. abſorbuit Ionas magnam vim aquæ, dum in imũ deſcẽdit, ideò inquit, circundederunt me aquę non ſolũ exterius: ſed intus penetrarunt vſq; ad animam: id eſt, vſque ad intima mea, Et quia ſe infinimis vidit, dicit abyſſus illa profundiſſima vallauit me. Et quia immenſa vis aquarum erat ſuper Ionã, dicit pelagus operuit caput meũ.

¶ Quidã, loco pelagi vertunt alga, vel carex, dicentes, algam ex imò naſci, & in faciem aquæ prodire. at Ionas dicit ſe capite algam habuiſſe, at quis credat algam caput Ionæ in imo periclitantis operuiſſe?

Ad extrema montium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum. Et ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Credendũ eſt ſub mõtibus magnis antra maxima eſſe, quæ ex parte infera extrema ſunt montium, in his antris deliteſcere ſolent maximi piſces. Quia igitur cœtus ad antrum ſuum Ionam deduxit, dicit ſe ad extremum montis deſcendiſſe. ¶ Portò Dñs apud Iob dicit, Circundedi mari terminis meis: & poſui vectem & oſtia. ſ. præceptũ Domini iubentis, ne mare tranſeat finem ſibi præſtitutum, id vectis *Iob. 38*

eſt

eſt,id oſtium eſt.Iuxta illud,Aſcendunt montes,deſcendũt valles?non tranſgredientur tamen terminum,quem poſuiſti eis.Ergo indicauit Ionas ſe Dei voluntate vallatum,ne
Pſal. 103. ex eo vnquam antro exiret.ideò dixit.terræ vectes(ſcilicet Dei mandatum)concluſerunt me,ne prodeam hinc in æternum.At tu Domine Deus meus præter omnem ſpẽ ſubleuabis de corruptione mortis vitã meam, vt intertio verſu dictum eſt.Is enim mos Dei eſt,in deſperatiſſimis rebus
Mat.8.14 ſubuenire.vt cum iubet ventis & mari:& illa quieſcunt.

Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea, ad templum ſanctum tuum. Hebræus ita.Domini recordatus ſum, & venit ad te oratio mea.Hebræi de more habebãt,cum orarent, ad templum Dei orare:vbi credebant Deum(qui in Propitiatorio eſſe credebatur)facilius auditurum.Lege hiſtoriam Danielis.Bonus i-
Dan.6. gitur Ionas in ventre cœti anguſtiam patiebatur: & putabat ſe iam morti vicinum,ſed recordatus eſt Domini.orauitque,& ſentiens ſe exauditum,confidenter dicit,venit oratio mea ad templum Domini,in quo me ipſe exaudiuit. Litera noſtra habet hunc ſenſum, Recordatus ſum Domini,quem rogabam, vt admitteret orationem meam intra propitiatorium ſuum.

Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: Quæcunque voui reddam pro ſalute mea Domino. Omnes interpretes ferè referunt priorem partem huius textus ad idola, vt ſit ſenſus, qui idola cuſtodiunt, Deum à quo miſericordiam eſſent accepturi,derelinquunt,Ego verò intelligo textum, quam latè ille patet,in hunc mundum.Qui vana, & falſa fruſtra ſeruant (vt ego ſeruaui Ionas ait)Ij à miſericordiſſimo diſcedunt,vt ego diceſſi.at nunc laudes, & gratias agens tibi Domine,immolabo hoſtias laudis in tẽplo tuo:& promitto me ſoluturum omnia vota,quæ tibi, vt me ſeruares ego voui.¶ Ergo ratio vana,& falſa Ionam mouerat, vt ſuum Deum,ſuamque miſericordiam derelinqueret. huius culpæ notam ſibi inurit.& pœnitens promittit,ſe hoſtias ſacrificaturum,& vota ſoluturum.¶ Erat porrò ſolenne Iudæis in anguſtia vota Deo pro liberatione nũcupare.vt illud do
Pſa.115. cet,Vota mea Domino reddam,coram omni populo eius,
Pſal. 64. & Reddã tibi vota mea,quæ diſtinx labia mea. *Et dixit Do-*
Pſal.148 *minus piſci, & euomuit Ionã in aridam.* Planè ipſe dixit,& facta
Gen.1. ſunt.nã dixit & facta eſt lux,& quia dixit omnia facta ſunt

Certè

Certè,quia dicendo,facit,vt quod dicit fiat.Ergo q̃a cœtus (vt Aelianus ait)immenſam vim aquę concipit quã magno impetu poſtea eiicit,hoc impetu ſimul cũ aqua ad longã diſtãtiã proiecit Ionam in terram. Neq; enim cœtus nimis ad terram accedit alioqui diſcedere nequiret.¶ Ioſephus citat quoſdã aſſerẽtes Ionam euomitũ in ponto Euxino.vt inde Niniue facilè veniret.quod Clarius etiã dicit,Sed qui tabulas Geographię corã ſe viderit,intelliget eam ſententiã eſſe ſine ratione:potiusque ſentiet Ionam euomitum propè Seleuciam, ad fines maris Siriaci.Nam ex Ioppe, vbi naufragiũ Ionæ contigit ad Seleuciam, per littora Cypri,breuis & facilis eſt via.At ex Ioppe ad extremum Pontus Euxini eſt ſextuplo aut ſeptuplo longior via, eaq; multis ambagibus & antractibus plena.Tum ex Seleucia ad Niniuem via eſt. 135.leucarum,plus minus.at ex Ponto Euxino ad Niniuem longior multo via eſt. ¶ Ergo cœtus Ionam depoſuit in litto re Seleuciæ. Vſusque Deus eſt ventre cœti pro naui, in qua Ionam ad portum adduceret, ex quo in Niniuem promptior via eſſet. *Aelianus.* *Ioſephus.* *Clarius.*

¶ Expectas lector,vt minutim hanc Ionæ hiſtoriam accõmodem Chriſto ſeruatori.Factum id eſt fuſiſſimè à Ruperto:breuius multò à D.Hieronymo.multo verò contractius à Remigio,cuius ſtudium fuit Hieronymum in epitomen contrahere. Contendit idem facere Dionyſius. licet difficultatum pondere preſſus non raro ſucumbat.Fœliciter etiã D.Auguſtinus eam allegoriã tractauit epiſtola ad Deo gratias,q.6.& item poſtea,ad cathœcumenos,li.4.c.6.¶ Ne verò lector diligentiam noſtrã alicubi deſideret,aggrediar hãc allegoriã ſummè difficilem:verum aggrediar eam explicans,quàm contractiſſimè poterò.¶ 1.volens pater æternus gentes ſaluas fieri,& ad agnitionem veritatis venire, dicit Filio ſuo Vade in Niniuen,quæ quia omniũ gentium caput erat,& omnes gentes ferè comprehendebat, dum Filius mittitur ad Niniuem,ad omnes gentes miſſus facile intelligitur.& contra miſſus ad gentes ad Niniue mitti credere.Vade,ait,ad Gentilitatem : quia aſcendit malitia eorum corã me.Sedebant enim in tenebris,& vmbra mortis: & ſubſtantiam obligati erant,viuendo luxurioſè.Vix enim vnquam contaminatior Gentilitas fuit,aut vnquam magis idololatria floruit,quàm pauló ante tempora Chriſti. ¶ 2. Fugit Ionas à facie Domini. quia deſcendit Filius è cælo, faciem Patris, velut relinquẽs.exinaniuit ſiquidem ſemetipſum *Rupertus.* *Hieron.* *Remigius* *Dionyſius* *Auguſt* *Iſai.9.* *Luc.15.* *Phil.2.*

ipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominū factus eſt,& hab.inuen.vt hon. Ergo fugere à facie Dei eſt è cœlo deſcendere, non apparens in faciē Diuina: ſed humana. ¶3. Deſcendit in Ioppem, quæ ſignificat pulchram. Statim Maria pulcherrima virgo nobis occurrit, in quā filius Dei deſcendit, carnem humanam aſſumēs in ea. Nam Ionas in Ioppe ſumpſit, quę ad viam erant neceſſaria. ¶ 4, Egreſſus è Ioppe Ionas inuenit nauim, euntē in Tharſis.& Chriſtus egreſſus è Virgine, inuenit Synagogam, eūtem in contemplationem gaudij. Nam ita Pagninus interpretatur Tharſis. At qui Auguſtinus docuit nos, Eccleſiam noſtram, vt olim Synagogam nauē eſſe. Idem docuit, omnes homines factos vt ſummum bonum contemplarentur possiderent, fruerentur. ¶5. Porrò Chriſtus ingreſſurus in Synagogam naulū dedit, ſcilicet ſuum in circunſicione:& ſanguinē & in Purificatione matris, parturū vt inter Iudęos velut cū nauigantibus, in Synagoga nauigaret. ¶6. Chriſto in Synagogā ingreſſo, Dominus permittit eā ventis dæmonum, tribulationum, errorum, peccatorum nimis agitari. Siquidem nato Chriſto Herodis rabie, pueri in ſontes occidūtur.& Herodi Archilaus ſuccedit, ſub quo miſerrimè vixere Iudæi. eâ enim cauſa accuſatus Archelaus, regno, priuatur, & patria. vt tradit Ioſephus. Archelao ſuccedit Quirinus, ſimul & Coponius. ſub quibus, quæ non mala paſſi ſunt Iudæi? Nam ob Quirini cenſum actū in Iudæa, Iudas Gaulonites truculentiſſimas ſeditiones excitauit in ea Legē Ioſephum. Succedit Quirino vnus alter,& tertius, quorum geſta fere ignorantur, demum ſuccedit Pilatus hic ob inductam Cæſaris in templum imaginem parum abfuit, quin perderet Synagogam, vide iterum Ioſephum ſub Pilato, non dubito quin crederent Principes Iudæorum actum eſſe de Repub. timuerunt proculdubiò, ſuæ cimbæ naufragium. ¶7 Interim Chriſtus deſcendit in nauis ſecreta, id eſt, in deſerta,& abſcondita loca: vbi ſopori dulciſſimæ cōtemplationis ſe integerrimè dedit. Nō ſolum quia per 40, dies fuit in deſerto: ſed quia, vt exiſtimandum eſt, Multū vitæ in deſertis expendit: vt heremitis exemplum præberet: vt à communi hominum familiaritate ſecederet: vt ſine interpellatione totum ſe contemplationi dicaret. ¶8. Neminem arbitror tam rudem, qui neſciat Synagogā olim gubernarā ab Archangelo Michaële. qua cauſa Iudæorū dictus eſt Princeps. Dolēs igitur Michael Iudęorū, quā ſupra dixi, miſeriam.

Marginalia: Luc. 1. — Pagninus. — Auguſt. — Idem. — Luc. 2. — Ibidem. — Matt. 2. — Eodem. — Ioſephus. li. 17. ant. ca. 15. — Libr. 18. anti. c. 1. — Lib. 18. ca. 4. — Matt. 4. — Dan. 10.

miſeriam Chriſtũ in altiſſima contẽplatione quietũ alloquitur ita. Surge, cur obdormis Domine? exurge ne repellas in finẽ. Surge intercede, vt homo, erga Deũ. Si forte miſereatur noſtri. ¶ 9. Surgit Chriſtus, & ad cõmunem hominum conſuetudinẽ venit, vt Ionas è ſumno in nauim aſcendit. Igitur Chriſtus orat, prædicat. &c. at nihilominus mare intumeſcit. Imò venti Phariſeorum, Scribarum, Principũ, Pontificũ, velut rabie acti, Chriſtũ, Apoſtolos, diſcipulos, & pios omnes, qui Chriſto adhæſerant, perſequũtur. exagitant, cõcutiunt. Planè principes illi & põtifices. qbus velut nautis, Synagogæ cura cõmiſſa eſt, actũ de ea eſſe iudicabant. Dicebãt enim venient Romani, & tollent locũ noſtrũ & gentẽ. *Ioan. 11.* *Eodem.*
¶ 10. Igitur in tanta trepidatione, concurrunt ad ſorres: intrant in conciliũ conſultãt dicẽtes. Quid faciemus quia hic homo multa ſigna facit Nũ occidemus eũ? nũ relegabimus? nũ ſat erit occidere Lazarum? quia propter illũ in Chriſtum credebãt. Nũ occidemus omnes diſcipulos? Videtis inquiũt. quia nihil proficimus, ecce totus mundus poſt eũ abit. Num non vides Iudæos dũ hæc conſilia tractant, velut ſortiri, ſuper quẽ caſura ſit mortis ſors? ¶ 11. Tandẽ cecidit ſors ſuper Chriſto dicente Caipha expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo: & nõ tota gẽs pereat. Planè hæc erat ſors: quę. ſ. Deo diſponẽte ſuper Chriſto cadebat. Nec. n. Caiphas id loquebatur à ſeipſo: ſed quia erat Pontifex propheraui, & mouebat eius linguã Spiritus ſanctus. Et planè ita ęquum erat, vt incideret: vt enim ſup Iona rebelli ſors incidit mortis: ita incidit ſuper Chriſto, quia Dñs ſuper eo poſuit iniquitates omniũ noſtrum: & eum qui peccatum nõ fecerat peccatum fecit: non ſuũ, ſed noſtrum. Hæc ſortis & necis cauſa. *Ioan. 11.* *Eodem.* *Ioan. 11.* *Eodem.* *Iſai. 53.* *2. Cor. 5.*
¶ 12. Nauigantes Ionam interrogant, Qui tu es? Et turba Iudæorũ Chriſtũ interrogat, dicens: Nos audiuimus ex lege, quod Chriſtus manet in ęternũ, quomodo tu dicis, oportet exultari filium hominis, Quis eſt iſte filius hominis? quaſi dicãt. Quis tu? quod tibi opus? &c. At Dominus, Hebræus ego ſum qui è cœlo in terrã tranſiui. Deũ cæli timeo: id eſt, peccatũ nullũ feci, nec dolus inuentus eſt in ore meo. Ego lux in mundũ veni: vt omnis q credit in me, in tenebris nõ maneat, & ſi quæritis, quid ſit, mihi operis? certè, qui miſit me, mãdatũ mihi dedit, quid dicam, & etiam quid faciam. *Ioan. 12.* *Ioan. 8.* *Ioan. 12.* *Eodem.*
¶ 13. Timuerunt porro viri, qui in naui erant, quia multi ex pricipibus crediderunt in eum: quanto potius turba credebat? Sed Principes nihilominus intrauerunt attmnt *Eodem.*

prin-

& Niniue ſubuertetur, hæc ſunt, quę prædicabis.

Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuem: iuxta verbum Domini. Poterat dicere Ionas, quod Iob dixerat olim. Nunc oculus meus videt te: iccirco me reprehendo, &c. Arripit igitur citus Ionas viam: erant autem è Seleucia, quo credimus eũ appulſum in Niniuem, quo ibat. 135 leucæ, plus minus. Si modo Vopelij tabulæ vera loquuntur. Significabat porrò tam longa via, eam viam eam longam, quam pedibus Apoſtoli erant confecturi. Siquidem in omnem terram exiuit ſonus eorum. *Iob. vlt.* *Vopelius.* *Rom. 10.*

Et *Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.* Hebræa litera habet, erat ciuitas magna Deo. Eſt enim phraſis Hebræa, quę vult maxima dicere. Dei eſſe dicere. ſ. vt Deus eſt maximus: Ita quæ ſibi appropriantur, maxima eſſe docet: ita dicitur Sopor Dei irruerat ſuper eos, id eſt, ſopor maximus, ita montes Dei cedi DEI. Quanta verò fuerit Niniue explicat, dicens, quod eſſet itinere trium dierum. id eſt, cuius ambitus, & circuitus tres dies itineris haberet. Nam vt Grinæus dixit, primum ædificata eſt in area 400. ſtadiorum, poſtea auctum eſt ab eodem Nino, vt eius area haberet. 480. ſtadia, vt Diodorus Siculus dixit. Ea verò ſtadia efficiunt 15. leucas. Quia verò confluxerant in eã vrbem principes & diuites viri ideò extra vrbem ad duas & tres leucas in circuitu erant innumeræ domus, horti, turres, & loca deliciarum: vt videmus in clariſſima Occidentis vrbe Vliſſipona, ac ita Ciuitas tota, cum hortis, & turribus quas extra ſe in circulo obtinebat, facilè habebat 20. leucas aut 25. longitudinis, quę iter trium dierũ efficiũt. Significabat iter triũ dierum, tres mundi partes, ad quas Apoſtolica prædicatio penetrauit. ſ. Aſiã Aphricã, Europam. *1. Reg. 26* *Grinæus.* *Diodor.* *Vliſſipona*

Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius. Et clamauit, & dixit Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur. Ne credas obſecro Ionam vicatim adiiſſe ciuitatem, & per omnes eius vicos & plateas, hæc inclamaſſe. Nec enim ad vicos quinque leucarum adeundos ſat eſſet vnus dies, imò neque quinque, ſed ingreſſus Ionas portam ciuitatis cœpit clamare, & rectà tendens ad exitum ciuitatis pariter clamabat, per vias. ſ. præcipuas, in quas multitudo virorum confluere ſolebat. Id enim vis verborum exigit. ſ. diem vnum abſumpſit in prima parte ciuitatis, quæ erat tertia totius Niniue pars. Imò Hierony. vult tanta feſtinatione Ionam prædicationem peregiſſe, vt viam trium dierũ, vno die per- *Hierony.*

 curreret.

curreret. Sed credo, vno die, vnam tertiam vrbis partem per egiſſe. Porrò (vt doctiſſimè ille dicit) 40. numerus eſt pœnitentię. Nam 40. annis iter agunt Iudęi per deſerta 40. die-
Idem. bus nihil edit in monte Moſes. 40. diebus ambulat ſine ci-
Nu. 14. bo, Sanctus Elias. 40. diebus Saluator in monte ieiunat. Re-
3. Reg. 19 ctè igitur maximę vrbi. 40. dies pręſcribuntur, in quibus
Matt. 4. pœnitentiam agat, alioqui ſubuertenda. ¶ Obſcurum verò dubium occurrit: Num alia verba vltra ſex illa Ionas prędicarit? Ego quidem ſuſpicor, ſola illa inclamaſſe. Nec enim auderet Propheta alia dicere, quam quę à Deo dicenda acceperat, Sed vt eſt de more hominum, conuenerunt Ionam, qui eum audierant: rogantes ſibi fuſius dici, quæ tã preſſè dixerat, Tunc Ionas, vt credo, totius viæ rationem il-
Theodoritus. lis expoſuit. Impẽdit in hãc ſententiam Theodoritus ita dicẽs, Cum ignotum & alienum hominem Niniuitæ, rerum horribilium declarationem profitentem, viderunt non modo non interfecerunt, ſed ne illi quidem infenſi fuerunt. Et planè Dominus id dicere videbitur, cum ait. Generatio peruerſa ſignum petit, & ſignum nõ dabitur ei, niſi ſignum Ionæ. Quorum verborum dulcis, & non aſperè fluẽs ſenſus eſt. Sicut Ionas Niniuitis expoſuit miraculum ſui caſus in cœtum, & ex cœto reſurrectionẽ; ita Chriſtus exponet per
Matt. 28. cuſtodes primum, tum per Apoſtolos Iudęis & Gentibus Chriſti mortem, & è morte reſurrectionem. Expoſuit igitur Ionas ſui aduentus rationes, & cauſas.

Et crediderunt viri Niniuitæ in Dominum: (2.) & prædicauerunt ieiunium: (3.) & veſtiti ſunt ſaccis, à maiore, vſque ad minorẽ.

Neſcio, an maius hoc miraculum fuerit, quod vno die prædicarit Ionas, & tota ciuitas Dño credat, quàm quòd Ionas ſit euomitus à cœto. Id vnũ ſcio, nullæ hiſtorię, ſimilem in orbe cõuerſionem, ad vnam, non ad plurimas cõciones factã, exponũt. Planè, nec Chriſto, nec vlli ex Apoſtolis ſimilem conuerſionem, memini contigiſſe. Igitur credunt in Dñm Niniuitæ: ſuis forſan abiectis idolis, quibus tunc mundus ſcatebat. Id quod multis miraculis factis Deus à Iudæis non obtinuit. At Ionas â Niniuitis id impetrat nullo miraculo facto. Et licet generatio praua ſignum petat: & ſignum petendum non ſit ad credendum in Deum, & ad vitia relinquenda: at verò ſi excidium regni prædicis intra
De Hereticis c. ex miũcl. ex 40. dies, planè ſignum petere iuſtum eſt. Vide Innocentiũ, de Hæreticis. Ionas tamẽ creditur ſine ſigno, quia Dei potentia & efficatia aderat eius verbo, ſine ſigno. Hæc verbi

poten-

potentia, & Niniuitarum obedientia præſagium fuit potentiæ verbi Dei, ab Apoſtolis prædicati, & obediẽtiæ Gentium verbo pręſtitæ, iuxta illud: Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. fiebant profecto ſigna, & prodigia ab Apoſtolis: ſed maior erat potentia verbi. Igitur crediderunt viri Niniuitæ, id eſt, crediderunt vniuerſi Niniuitæ, viri enim hoc loco pro vniuerſis ſumitur, ſcilicet à maiori ad minorem 2. prædicauerunt, aic ieiunium, id eſt in templis, & plateis iuſſum eſt prædicari & mandari cunctis vt ieiunēt. Nam ſpiritus qui veram cõuerſionem facit, ſtatim ad ieiunandum inſtigat, vt caro, quæ luxu peccauerat, ieiunio caſtigetur. vbi igitur ſunt Lutherani, qui à pœnitentia ieiunium, & ſaccum relegant, & ſolam vitæ mutationem prædicant? at Niniuitæ ieiunio & ſacco carnem affligunt: eos Diuino ſpiritu, quod non nouerant docente: ſicut Chriſtum baptizatum ſtatim ad ieiunandum compulit in deſertum. 3. Erat porrò antiquis mos, in grauiſſimo dolore ſacco veſtiri. Nam Iacob, Ioſephum deflens, cilicio veſtitur, & Rex Iſrael obſidionem patiens, ſacco ad carnem veſtitus apparet. Pro cilicio in vtroque loco Hebręis eſt ſaccus, vide annotationes Eugubini, ſuper priore loco. Et equidem totam ciuitatem videre ita ſaccis indutam, trucis hominis crudelem animam nedum Dei clementiſſimum pectus ad miſericordiam, quã illa petebat, prouocaret. Quis enim pueros, & puellas, ita veſtitos ſiccis oculis aſpiceret? Vide quæ de ſacco dixi in Ioelem, & Amos. *Et peruenit verbum ad Regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit veſtimentum ſuum à ſe: & indutus eſt ſacco: & ſedit in cinere.* Aliud miraculum hoc eſt. Hunc Regem diximus ſupra fuiſſe Sardanapalum. Fuit verò Sardanapalus Regum omnium, quos hiſtoriæ referunt, effœminatiſſimus, luxurioſiſſimus, perditiſſimus. Iuſtinus de eo ita. Fuit is omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter ſcortorum greges nere: & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire: Iuuenalis ita. Et venere, & cœnis, & plumis Sardanapali. At verò ganeo hic corruptiſſimus, hic magiſter pœnitentiæ factus eſt, vt ſicut nullius Regis celebratur luxuria maior: ita nec vllius pœnitentia illuſtrior. Quis enim Regũ hæc fecit, quæ Sardanapalus fecit? abſit iniuria verbo: Si placet, vnũ excipe Dauid. Sed hic nõ mandauit, vt oẽs ad Deũ cõuerterẽtur, & ab iniuſtitia recederẽt. Tandẽ in Sardanapalo Diuina potẽtia, & clemẽtia mõſtrata eſt. Erat

Pſal. 17
Act. 3. 4 5
Matth. 4
Gen. 37
4. Reg. 6.
Eugubi.
Ioelis. 1
Amos. 8
Iuſtinus lib. 1
Iuuenalis
Pſal. 50

verò de more, dolorẽ animi per ſaccũ & cineres demõſtrare, & delicatiſſima Sardanapali caro, delicias pro ſacco cõmutauit, eiuſque potentia in cineres deducta eſt. ¶ Nunc ad textum, vt fama prædicationis, nauigationis, & peregrinationis Ionæ peruenit ad Regem, Rex vita veteri relicta, vitam nouam inchoauit, in præſagium, quod ad prædicationem Euangelij, non vulgus modo, ſed & Reges & Cæſares gentilem & terrenam vitam eſſent deſerturi, nouam verò, & iugum Chriſti ſubituri. ¶ Tu attende, maiorẽ pœnitentiam oſtendit Rex, vt qui maiorũ criminum aculeis pungebatur, & qui illuſtriora exempla ſuæ plebi monſtrare tenebatur. ¶ Attende. 2. habitum pœnitentium eſſe ſaccum & cineres, per quos anima in peccato defuncta perhibetur.

Et clamauit, & dixit in Niniue, (.2.) ex ore Regis, & principum eius. dicens, Homines. (.3.) & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam: nec paſcantur: & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines, & iumenta: & clament ad Deum in fortitudine: & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eius. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ: & non peribimus? Litera Hebræa ex huius interpres: Clamauit id eſt clamari fecit, vt etiam Sanctes traduxit. Rex igitur per Niniuem clamari fecit. 2. ex ore Regis & principum. Solebãt tunc, & ſolent etiam nunc pro grauiſſimis cauſſis Reip. ad conſilium principes viros, & ſapientes aduocare. vt in cauſa Vaſthi Rex fecit aſſuetus. Putauit verò Rex hic hanc Ionæ, grauiſſimam eſſe cauſſam ideò ad eam conuocauit omnes principes vrbis, ex quorũ vnanimi cõſenſione & placito: & animo lubenti (id indicat verbũ Hebræum מטעם mitaã, ex guſtu Regis & principium) decretum id placuit prodire, & publicari, Iã audiamus decretum 3. Homines, & ium. &c. Si Sardanapalus in conſiliũ aduocaſſet Theologos, qui nunc ſunt, & formulam pœnitẽtiæ ab eis requireret, nũ aut meliorẽ, aut etiam breuiorẽ exiberent, quàm hęc? Nam cũ pœnitentia antiqua conſiſteret in ſatisfactione, & contritione, vtramque hæc formula cõplectitur Satisfactionem, cum dicit homines, & iumenta non edant, non bibant. Contritio verò duo dicit. ſ. præterita mala plangere, & plangenda iterum non admittere, vt nos docuit Ambroſius. Planctum igitur præteritorum complectitur verbum clament ad Deum. ſ. pro remiſſione culpę, cui tamen pœnam Ionas promittebat Porrò vt planctus eſſet intimior, inuentus eſt modus. ſ. ieiunet iumenta

Sanctes.

Eſther. 1.

D. Ambroſius.

iumenta,nihil illa,aut edant,aut bibant : vt ieiuna miſerabiliter clament, & clamor eorum homines moueat,vt miſerrimi gemitib. Dominum Deum pulſent.Iã verò cautelam ne præterita mala committat,docet formula cum ait, Conuertatur quilibet à via ſua mala : quia potiſſimè Deus requirit ne proximos grauemus:id formula incidat dicẽs cõuertatur ab iniquitate,& oppreſſione,quã ſuis proximis infert.Nã qui proximũ diligit totã legẽ impleuit.¶ Quod verò formula ſubdit,Quis ſcit,ſi conuertatur , grandis eſt Theologia.ſ. Deus certiſſimè ſuã legem,ſuamq; cõminationẽ adimplet,ſed ita, vt Dñs ſit ſuæ legis,non ſeruus. Ergo ſi tu pœnitentiam dignam egeris , pœnitentiam agetDñs de promiſsione ſua,& comminatione,vt ipſe pe Ieremiam docet.Exemplum, ſit peccaum in Spiritum ſanctũ aſſeritur non remittendum , at ſi tu id peccatum admiſiſti, & ex alia parte dignam Deo peccati pœnitentiam exhibeas , vim legis Dei facies : peccatum tibi remittetur. Quia verò neſcimus ,an integram pœnitentiam egerimus ideò ſapientiſsimè formula dicit, Quis ſcit, an noſtra pœnitentia congrua ſit,ac ideò tam potens,vt Dñm à ſuo furore conuertat? Reliqua dixi ſuper Ioele. Ergo innuit formula ſenſum. Cura te omnes maximam pœnitentiam facere,vt ita Deum à ſuo furore retrahamus.¶ Attende,poteſt princeps præcipere plebi,vt cõuertatur à via ſua mala, præcipuè à rapacitate. Imò id in magis afflictionib.præcipere debet., Et certum ſit , id magnoperè proficere poſſe. Nam plebs obedire tenetur.

Iſai. 51 *Rom. 13.* *Iere. 18.* *Matt. 12* *Exech. 18* *Conc. Trident.* *Ioelis. 2* *Rom. 13*

Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt à via ſua mala. & miſertus eſt Deus ſuper malicia, quam loquutus fuerat,vt faceret eis, & non fecit. Ad præconium decreti prædicti , conuerſi ſunt vniuerſi Niniuitę à ſuis operibus malis.O miraculum ô vim verbi incredibilem ô Deum hanc conuerſionem ſpeciatim operantem vt nobis de ſua miſericordia conſtatet:vbi nam huiuſmodi conuerſionem legunt in hiſtoriis? Miſertus eſt ait Dominus. Quid ni miſeretur, qui vt miſereretur Niniuitarum,eos ad talem pœnitentiam prouocauit? Non vos, inquit me elegiſtis,ſed ego elegi vos, ita nec vos me præueniſtis:ſed ego præueni vos in benedictionibus dulcedinis. Quid ni miſereretur,qui eos præuenit,qui etiam ſi non præueniſſet , ita pœnitentibus miſericordiam tribuiſſet ? Quin ipſe Ionas, ſuæ tam tenax veritatis , ita pœnitentibus non miſereri , non potuiſſet. Ergo miſertus eſt Dominus , qui

Ioan. 15 *Pſal. 20*

ipſa miſericordia eſſentialis eſt:& malum, quod promiſerat ſe facturum, non fecit. Qui eſt finis huius hiſtoriæ, vt in eius principio dixi. ¶ Tu lector attede. Licet magnum
Matt. 13. momentem ad miſericordiam impetrandam ſaccus habeat, cinis, & ieiunium: at potiſſimè dicitur hic, vidit Deus opera eorum, quia conuerſi fuerant à via mala. Ergo conuerſio è via mala potiſſima eſt in pœnitentia. ¶ Notabis 2. Ionam intellexiſſe, quod Deus miſereretur ciuitati, ex Diuina reuelatione, dum dies 40. necdum tranſiſſent. Cum enim ante decimum, vigeſimum, aut trigeſimum diem cõuerſos videret Deus à via mala, conuerſus & ipſe eſt à furore ſuo: quod Ionæ monſtrauit.

CAPVT IIII.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna: & iratus eſt: & orauit ad Dominum, & dixit, Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis. Scio enim quod tu Deus, clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malicia. Et nunc Domine tolle, quæſo, animam meam a me: quia melior eſt mihi mors, quam vita. Et dixit Dominus. Putas benè iraſceris tu? Ex hoc vltimo verbo colligo mihi, afflictionem, iram, & orationem contigiſſe Ionæ in reuelatione, coram Deo cõſtituto, Iona. ſ. iraſcente, expoſtulante, orante, & Domino iræ & orationi reſpondente, vt ſit ſenſus apertus. Dixit Dominus in reuelatione, Ionæ irato. Num tu benè iraſceris? Hic ſenſus adductus placere debet, vt qui rerum geſtarum ordinẽ ſeruat, alioqui, res præpoſterè narrantur. Ergo nunc ad textum. Cum Ionas in reuelatione Deum videret miſericordem, id malè habuit Ionam (vt textus Hebræus dicit) ac ideò Domino ipſi iratus eſt, vt ipſe textus Hebræus docet: quod videnti manifeſtum eſt. Iræ porrò cauſa erat Quòd iam deinceps, non verus Dei Propheta haberetur: ſed vt falſus nugator, & impoſtor reiiceretur. Id quod viro probo, ſine dubio grauius eſt, quàm mori. Et quidem ita Deo iraſci, fuit in Iona peccatum: Dicẽte Domino, Putas ne benè iraſceris tu? Sed non fuiſſe mortale ſcelus, perſuadeo mihi, quia video Dominum benignè præparantem hæderam Ionæ. Nam ſi expenderis omnia verba Iob contra Dominum, inuenies ipſum peccaſſe. Perſuadebis tamẽ
Iob. 37 tibi non peccaſſe ingenti flagitio, ex Diuina in eum cle-
Iob. vlt. mentia. ¶ Quod Ionas dicit, Scio quia, tu Deus clemens, &c.

& miſericors : &c. omnino ſimiliter habentur hæ Diuinæ conditiones hoc loco : & Ioelis 2. quæ quia ibi explicatæ ſunt, non placet amplius explicare. *Ioelis. 2.*

II. PARS.

Et egreſſus eſt Ionas *de ciuitate : & ſedit contra Orientem ciuitatis: & fecit ſibimet vmbraculum ibi: & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret, quid accideret ciuitati.* Manifeſtum eſt intelligenti, & attento lectori, egreſſum Ionam ante diem quadrageſimum, vt videret, quid Dominus de ciuitate decerneret: nam licet Deus reuelaſſet, ſe ciuitati velle miſereri, putauit Ionas tamen, ſua Deum oratione commotum, vt ſi nō pro ſua miſericordia excidium, certè pro ſua & ſui Prophetæ veritate, miraculum aliquod in ciuitate monſtraret, quo oſtenderet ſuum Ionā fuiſſe Prophetam. Id vult, cū ait ſub vmbraculo, expectans, quid Deus faceret ciuitati. Quod ſi poſt 40. dies è ciuitate eſſet egreſſus, non habebat, quid expectaret, ſua iam veritate fruſtrata. ¶ Egreſſus verò eſt de ciuitate, quia Iudæi non coūtuntur Gentibus. Dicente Petro, Vos ſcitis, quomodo abominatum eſt viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam. ¶ Porrò ſedit contra Orientem id eſt, ad Orientem ciuitatis, vt ibi ſub proſpectu habens ciuitatem, ad Occidētem oraret. Cum enim Propiciatorum Iudæis eſſet ad Occidentē, dū orabant, verſus Principiatoriū, & verſus Occidentem orabāt. Ita oraſſe Danielem, quiuis doctus intelliget. Orabat, inquit, contra Ieruſalem, ſine dubio ex Oriente verſus Occidentem. Et manifeſtum eſt Ieroſolymam ferè Occidentalem eſſe tum Babyloniæ, vbi Daniel: tū Niniue, vbi Ionas orabat. ¶ Vmbraculum verò ſibi fecit ex ramis : quos ex proxima ſylua deſumpſit, ad arcendum ſolis feruorem, erat enim tempus calore comburens, vt ſtatim infra dicitur. *Ioan. 4* *Acto. 10* *Exo. 26* *Dan. 6*

Et preparauit Dominus Deus hederam : & aſcendit ſuper caput Ionæ: vt eſſet vmbra ſuper caput eius: & protegeret eum, laborauerat enim. Et lætatus eſt Ionas *ſuper hedera lætitia magna.* Grandis ſe nobis contentio offert ſuper hędera Ionæ. ſuper qua multa Neoterici. Vtinam vidiſſent hi Hieronymum, deſinerent ſua nobis obtrudere. Igitur Hieron. in hoc loco & in quadam epiſt. ad Auguſtinū, dicit pro hędera Hebręis eſſe קיקיון qiqaion. pro quo 70. interpretes verterunt cucurbitam. Simachus verò, Thęodotio, Aquila, hęderam. cum tamen qiqaion, nec eſſet cucurbita, neque hędera: ſed eſſet planta, quæ in modum arbuſculæ creſcit, ſuo ſe pede ſuſti- *Hieron.* *70. Interpretes.* *Simachus.* *Theodotio* *Aquilas*

nens:foliis ad modũ pampini:denſiſſimam vmbram faciẽtibus.è ſemine facilè naſcens,& ſubitò conſurgens in arborẽ.naſcitur in arenoſis locis,& maximè in Palęſtina.Syra & Punica lingua Keroa.vel Elkeroa , dicitur. hactenus
Dioſcori. ex Hieronymo. ¶ Nunc tu lector conſule herbarios Au-
l.4.c.165 tores,ſi placet Lacunam,& Amatum in annota.ad Dioſco-
Amatus. ri. inuenies Keroam , ſiue Keruam Arabibus eſſe Græcis
Lacunæ. κικιν cicin. & Latinis Ricinum, ſeu croton:Pharmacopolis cerua maior ſeu catapucia maior, Hiſpanis Figuera del
Paginnus. infierno.Huic arbori quadrant omnia ſignaHieronymi,vi-
Munſte- ri eruditionis incomparabilis, qui omnia ferè nouit. ¶ Pagninus nihilominus,& Munſterus cucurbitam verterunt. ſed ad effectũ Dñi idẽ valet cucurbita,hedera,Ricinus,¶ Igitur Dominus קיקיון qiqaion miraculo facto vna nocte aſcendere fecit in arborem,quæ ſua vmbra Ionam laborãtem protegeret.laborabat Ionas morbo,ex animi forſan dolore veniente.& Deus vmbra illa Prophetę languorẽ
Hieron. leniebat.¶ Lętatur porrò Ionas primum,quia videbat plantam illam patriæ ſuæ. Dixit enim Hieron. plantam illam fuiſſe Palæſtinæ frequentem.Eſt autem in moribus noſtris, cum longè diſſiti ſimus à patria,viſis eius rebus gaudere. Secundo lætatur , videns Deum habere curam languoris ſui ita vt miraculum propter ipſum effeciſſet. vt nulla eſt lætitia maior ,quam vbi Deum offendiſti, eum tibi ſentire
Pſal.50. fautorẽ.Iuxta illud,Auditui meo dabis gaudiũ.Tertiò,qꝫ Niniuitæ,qꝫ ad Ionã veniebant,illo miraculo cõſpecto,intelligerẽt,quã eſſet ille Deo charus , quãq; mendax Propheta nõ eſſet, vt cuius authoritatẽ Deus miraculo teſtaretur. Id quod maximè Ionas cupiebat. Accedit quartò , viror & amœnitas,ſimul & nouitas arbuſculæ languenrem Ionæ animum demulcebant.ac ideò magna fuit lætitia Ionæ.

Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum : & percuſsit hederam,& aruit,& cum ortus eſset Sol , præcepit Dominus vento calido,& vrenti,& percuſsit Sol ſuper caput Ionæ:& æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ,vt moreretur:& dixit,Melius eſt mihi mori quã viuere. Vnicum diem durauit Ionæ ſua fælicitas, ſuaque lætitia,nam lucifero diei craſtinæ aſcendente per cœlum,Dominus adduxit vermiculũ,qui hærens arbuſculæ, eã exſiccauit,videlicet miraculo facto, quod vbi vermiculus hæſit arbori,exſiccata eſt.nam verbum percuſſit,Hebræis eſt,hæſit.neque verò vermis totam noctem plantam arroſit : ſed

iam

iam poſt luciferi in cœlum aſcẽſum:& ante Solis exortum, planta arida iacebat.vt nõ caſu,ſed virtute Diuina factum Ionas aduerteret.Similiter intellige,tãtopere Sol caput Ionæ torrebat, vt æſtuaret,id eſt , quod Hebræus habet ,deficiebat,& exanimabãtur. ſ.ex lãguore corporis,triſtitia plãtæ,mœrore animi.Illud verò,petiuit,animã ſuam ad mortem,id eſt,petiuit,vt moreretur:ſicut fecit Elias.Deus bone, quàm parum res humanæ conſtant heri planta vitam longam.& pulchram promittebat.nũc tantulum à verme corroſa iacet. heri magnam lætitiam Ionas habebat : hodie mœrore cordis contabeſcit. Flos egreditur: ſed conteritur. *3.Reg.19.* *Iob.13.*

Ei dixit Dominus ad Ionam, Putas ne benè iraſceris tu ſuper hederam? & dixit, Bene iraſcor ego vſque ad mortem.Et dixit Dominus,Tu doles ſuper hederam,in qua non laboraſti:nec feciſti vt creſceret:quæ ſub vna nocte nata eſt:& ſub vna nocte periit.Et ego nõ parcã ciuitati magnæ,in qua ſunt pluſquam centũ viginti millia hominũ, qui neſciunt quid ſit inter dextrum & ſiniſtrum: & iumenta multa?

Illud tu doles,& infra,ego non parcam?vnicum verbum eſt Hebræis,ſignificans,Tu miſereris , & ego non miſerebor?Iam tu nota,in quauis ciuitate,licet corrupta,ſimplices vetulas eſſe : ſimplices agricolas : ſimplices mœchanicos multos,qui velut iumenta aguntur:diſcretione minimè valentes.Horum igitur,qui excedebant numerũ centũ viginti milliũ,Dominus rationem habuit,ne vrbẽ Niniuem deleret,habuit & iumentorum, quę nihil criminis admiſerant. Quod ſi Sodomis inuentus eſſet tãtus hominum ſimpliciũ numerus,aut certè inuenti eſſent decem viri iuſti,Sodoma adhuc ſtaret.Ergo docemur iuſtos licet paucos : ſimplices verò multos,grandes vrbes ſuper humeros tenere , ne pro meritis penitus deleantur. ergo principes , & diuites viri ſuam vitam iuſtis , ac ſimplicibus debent. ¶ Surgit hoc loco non leue dubiũ.Domine ſi habiturus eras rationem ſimpliciũ hominũ.& eorum cauſa ciuitas non periret : cur Ionam coëgiſti,vt vrbis interitum prędicaret ? Si tua te iuſtitia ſimplices delere non ſinit,cur Ionã ad eorum perdictionem prędicandam pertrahis ? Equidem id tu ſtatue lector, Deus eſt vitę noſtrę Dominus.ac ideò ſi eam â nobis auferat,iniuſtus non eſt.poteſt enim, quod vult facere,Sed appendit Dñs in vna parte bilancis ſimplices viros.in altera peccatores.tanta poteſt eſſe horũ nequitia,tanq; poteſt eſſe grauis,vt plus ponderet quàm illorum innocentia.ac ita nequitia innocentiam perdat.contra verò ſi hi peccatores *Gen.18.* *1.Reg 3 d.*

 ſuorum

ſuorum criminum pœnitétiam agant. leuior fit lanx peccatorum,ac ideò plus innocentia pôderabit,quã nequitia.qua ratione innocentia illa cauſa eſt , ne peccatores deleantur.

Quæris forſan curioſè huius hiſtoriæ Allegoriam.Inuenies grandia apud Auguſt epiſt.ad Deo gratias, q. 6. apud
Matt.12. nos hæc pauca.¶1.Ionas ſignificauit Chriſtũ,vt ipſe Chriſtus nos docuit.Chriſtus verò,vt in perſona propria eſt abſorptus à cœto:ita in prædicatoribus ſuis venit in mundum,
Matt.10. qui eſt Niniue ciuitas grandis.¶2. Prædicat Chriſtus in A-
1.Ioan.2. poſtolis,& aliis prędicatoribus,quibus ille os dat,& ſapien-
1.Cor.10. tiam,prædicat,in quam, bræui futurum mundi caſum. Dicẽte Ioãne.Fratres nouiſſima hora eſt.& Paulo,Scripta ſunt hęc ad correctionem noſtram,in quos fines ſęculorum deuenerunt.Audis.adhuc 40.dies,& mundus ſubuertetur?¶3. Ad vocem prędicatorum multi etiam Reges agunt pœnitẽ-
Iſai. 49. tiam,quia Reges videbunt,& cõſurgent Principes, & adorabunt propter Dominum. Hęc hominum in mundo pœnitentia tenet Deum,ne mũdum abſumat.Nam pœniten-
3.Re.21. tia Achab Deum impediuit,ne promiſſam illi pœnam irrogaret.¶4.Zelo igitur feruentes prędicatores cupiunt mundum deleri:dolent quòd mundus duret:quòdque Deus ſua
Luc.9. promiſſa velut infringat.Eo enim zelo tactum Ioãnẽ videmus,cum dixit,Vis dicimus,vt ignis de cœlo deſcendat,& deuoret,eos;¶5.Videntes verò Deum adeò miſericordem, officium prędicandi deſerunt multi:è conuerſatione hominũ,velut è Niniue Ionas,in ſeceſſum recedentes. vbi ſibi quietem parant: contemplantes & orantes ad Deum. vt Ionas ad templum,ſub vmbraculo ſuo.¶6.In ea quiete,Dominus ſuo prędicatori parat cęleſtem guſtum,cęleſtem iubilationem,cęleſtem & miraculoſam reuelationem.O quanta afficitur tunc ille lętitia neque Ionas forſan tanta afficieba-
1. Pet. 1. tur.Exultatis,inquit Petrus,lętitia inenarrabili,& glorificata.¶7.Sed heu venit vermiculus quidẽ,quędã.ſ.negligẽtia, aut alia,quàm Deus nouit cauſa,are facit tuã, ô prędicator deuotionem,exſiccat tuũ concionator iubilum.optas tu eo tempore mori:At Dñs,ſi ita tu prędicator doles,ob amiſſam iubilationem &reuelationem,quę tibi citò venit,& citò re-
2.Pet. vl. ceſſit.Cur non ego doleam de totius mundi ruina? Non ego tardo promiſſum meum:ſed patienter ago propter vos: nolens aliquos perire:ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

FINIS PROPHETAE IONAE.

IN

IN MICHAEAM.

MICHÆAS prophetauit ſub Regib. Iudę, Ioathan, Achaz, Ezechia: regnãtibus in Iſraële Phacee, filio Romeliæ, & Oſea, qui Iſraelis amiſit imperium. Sub his, Iſrael erat corruptiſſimis moribus, vt ipſemet Michęas in hoc cap. conqueritur, & licet in regno Iudę, ſub Ioathan, non adeò floreret idololatria, adhuc tamen ſub eo populus colebat idola. Verum ſub Achaz, Iuda ſe dedit colendis idolis. Hac cauſa acerrimo Michęas tactus dolore, in hoc ca. primum reprehendit Iſraelem. mox in Iudam inuenitur, pręnuntians calamitatem earum ciuitatum, quę vicinę erant patrię noſtri Prophetę.

Protheoria. Mich. 1. 4. Re. 15. Mich. 1. 4. Reg. 15. 4. Reg. 16.

CAPVT I.

V*erbum Domini quod factum eſt ad Michæam Moraſthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechie regum Iudæ: quod vidit ſuper Samariam & Ieruſalem.* Titulus eſt libri. cuius ſenſus eſt. Hæc prophetia ſequens, eſt verbũ Dñi, quod ego Michæas cum loquentẽ audiui, cuius veritatem oculis meis in lumine prophetico cõſpexi. Nam calamitates Iſraelis & Ieroſolymæ vidi, hiſce oculis: Deo. ſ. eas reuelante hęc volui oĩb⁹ dicere, vt quæ dixero verba me tuẽtes à via ſua mala reuocẽtur. ¶ Porrò Michæas fuit ex tribu Iuda. Cũ. n. natus ſit in Moreſa, ſeu Mareſa, quæ ad tribũ Iudę ptinebat (vt in Ioſue dicitur) neceſſario erat ille ex tribu Iuda, Errat igitur libellus Epiphanio inſcriptus, dicens Michæam fuiſſe ex tribu Ephraim. ¶ Natus verò eſt in Moreſa, quam reſcẽſet Ioſue in tribu Iuda, quę cum temporũ iniuria eſſet labefactata, reſtituta eſt, & munita per Roboã. Is enim reædificauit ciuitates collapſas vt in eas reciperet Iſraelitas, qui ex Iſraele fugiebant, ne idola Ieroboam venerarentur. Igitur ex Mareſa. ſeu Moreſa fit Moraſthites. ¶ Quod verò in Epiphanio illo habetur, Michæam præcipitatum ab Achaz (ita enim legi debet, non Achab) fabula eſt: vixit enim Michæas poſt Achaz. ſcilicet ſub Ezechia filio.

Ioſue. 15. Epiphanius. Ioſue. 15. 2. Par. 11. Eodem. 3. Reg. 12. Epiphan.

¶ Demum mentio fit de Samaria, & Ieruſalem: quia illa erat caput regni Iſraelis: vt hæc erat caput regni Iudę. Igitur nomine illarum, regnum Iudę, & Iſrael exiſtima comprehenſa.

Audite

Audite populi omne:: & attendat terra, & plenitudo eius: & ſit
Deut. 32. *Dominus vobis in teſtē. Dominus de tēplo ſancto ſuo.* Simile initiū eſt apud Moſen. Audite cœli quæ loquor, audiat terra ver-
Iſai. 1. ba oris mei. Simile apud Iſaiā. Audite cœli: aurib. percipe terra. Ita nūc noſter Michæas incredibili affectu mot⁹ inquit, Ego Michæas, velut in ſublimi ſuggeſto cōſtitut⁹, ac ſi omnes populos, omnē terrā, imò & Deū ipsū corā me, audientes haberem, clamo. Audite me omnes: vera enim dicturus ſum, maxima & ſumma. Teſtēq; meæ veritatis habeo Deū præſentem, cuius ſunt verba, quę dicam. Vix poterat maiorib. verbis vti Michęas, ad conciliandam ſibi auditorum attentionem. ¶ Dicit etiam, Dominus de templo ſancto ſuo
Amos. 1. ob cauſam, quam ſuper initio primi cap. Amoſi explicaui. Erat enim ſpecialiter Deus in templo illo, ſuper propitiatorio, vbi reſponſa dabantur. iuxta, illud, Dominus in templo
Pſalm. 10. ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius. Ergo ſenſus eſt. Teſtis ſit veritatis Dominus. Dominus ſcilicet, qui ſpiritualiter eſt in templo ſanctiſſimo ſuo.

Quia ecce Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet: & calcabit ſuper excelſa terræ, & conſumentur montes ſubtus eum. Et valles ſcindentur: ſicut cera a facie ignis: ſicut aquæ, quæ decurrunt in præceps. Audite ait omnes, hoc prænuncio vobis, Dñs nunc in ſuo tēplo ſedens, expectans cultū omnium veſtrum, videns ſe à vobis deſeri, & ipſe vos deſerit, egreditur enim è templo ſuo. indeq; (quia tēplū altiſſimum erat) deſcēdet & calcabit omnia templa excelſa, quę idolis ędificaſtis: conſumet mōtes, vt ignis ceram: diſſindet etiam valles, ſicut ſolēt illæ diſſindi à præcipitibus aquis, ſi quando per illas deſcendunt. Eſt autem Allegoria in verbis his. Per excelſa enim ſignificantur idola: per montes principes viri: per valles vulgares homines. Ergo Deus deſcendet è loco propitiationis omnia abſumet. Deos veſtros, principes, & populares. Sed Deos veſtros, inimicos ſuos Dominus calcabit, & ponet ſub pedibus ſuis. Principes veſtros molles, & delicatos, liquabit, vt ceram. Vulgares è terra ſua ſcindentur & rapientur, vt præcipites aquæ terram è vallibus rapere ſolent.

In ſcelere Iacob omne iſtud: & in peccatis domus Iſrael. Quod ſcelus Iacob? nonne Samaria? & quæ excelſa Iude? Nonne Ieruſalem?

Si quæris cur tantum malum prædicetur? & cur Deus relinquat templum ſuum, & Sionem ſuam, quam elegerat prius: quam elegerat in habitationem ſuam dicens,
Pſal. 131. Hæc requies mea in ſæculum, hic habitabo, quoniam elegi eam?

gi eam? Reſpondeo (Michæas ait): Propter ſcelus Iacob,& propter peccata Iſraelis. Quæris, quod ſit ſcelus Iacob certè idola, quæ Samaria colit. Sicut ſcelera Iudæ ſunt idola quæ coluntur in Ieruſalem. ¶ Notabis, idola præcipua Iſraelitarum non fuiſſe in Samaria: ſed in Bethel, in Dan: tum etiam in Panuel & Berſabee. vt ſæpe dictum eſt ſupra. ſed quia Samaria erat caput regni, & hæc erat, quæ idolis illis fauebat, ideo ſcelus Iacob dicitur eſſe Samaria: cuius authoritate, & imperio idola colebantur. Et ſimiliter, licet Salamon fecerit excelſa Chamos & Aſthartis, at ſcelus quo Deus offenſus fuit id erat, quod Ieroſolyma ea idola ſufferret. Nam excelſa durauerunt, vſque ad Ezechiam. Hæc eſt cauſa, quare vocetur Samaria ſcelus Iſraelis, & Ieroſolyma Iudæ: quia hæc & illa, olim facta idola coli mandabat. *3. Reg. 12.* *Oſee 4.* *Amos 4.* *3. Reg. 11.* *4. Reg. 18.*

Et ponam Samariam, quaſi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: & detraham in vallem lapides eius: & fundamenta eius reuelabo. ¶ Et omnia ſculptilia eius concidentur: & omnes mercedes eius comburentur igni: & omnia idola eius ponam in perditionē. Quia de mercedibus meretricis congregata ſunt: & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. Id eſt ſuperbiſſima Samariæ ædificia ruitura ſunt: & lapides illi magnifici, congerētur in aceruos vt plantentur vineæ, vbi nunc eſt glorioſa Samaria. Non alia vrbs (inquit Zieglerus) oſtentat ruinas æquè memorabiles. verum tantum opus nunc ceſſit holitoribus. Et quia erat illa ædificata ad modum pinus in monte, ideò inquit, detraham in vallem lapides eius, cum ipſa corruerit. ruentibus verò è monte in vallem lapidibus, neceſſe erat domorum fundamenta reuelari. ¶ Sculptilia (inquit) quæ ex auro, argento, aut alio metallo facta ſunt contundentur, vt ex ipſis fuſis pecunia fiat. Tum mercedes comburentur igni. id eſt. Solebant antiqui (vt nos ſolemus nunc) denaria in templis ſuſpendere. Verbi cauſa, qui bello vicit, denarium templo, dat, velut mercedem laboris, quem Deus ſuſtinuit, ducem illum in bello victorem efficiens. Ea denaria antiqui vocabant Anathemata, & Aphieromata. quæ dicata Diis ſuſpenduntur in templis. Ita Eraſmus & Budæus. Ea vocat Michæas mercedes, ratione, quā nūc dicebam. Huiuſmodi multa denaria erant in templis Samariæ, hæc dicit Propheta igni comburenda. Idola verò ex ligno & lapide, ſimul & in tabula picta, erunt omnia in perditionem. ¶ Illud vltimum, de mercedibus meretricis, &c. hunc habet ſenſum. Samaria colens idola, meretrix erat: quia Deum legitimum virum ſuum relinquens *Ziegler.* *Idem.* *Eraſmus.* *Budæus.* *Oſe. 1. 2.*

quēs

queas, Diis alienis fornicando iungebatur. Quando verò idolis denaria dabat, mercedem laboris, vt nunc dixi; offerebat. Cum verò hæc denaria erant multa, ex illis conflatis idola noua fiebant. Igitur idola aurea, & argentea fiebant ex mercedibus Samariæ meretricis. Cum autem ſub Salmanaſ-
4.Re.17. ſare idola Samariæ, in Aſſyriam abducta ſunt, oblata ſunt ab alia meretrice (ſcilicet Aſſyria) ſuis idolis, vt merces fauoris, quem Aſſyrij à ſuo Deo Nemroch habuiſſe putabant. Rectè igitur idola conflata ex meretricibus meretricis Samariæ in mercedem meretricis Aſſyriæ conuerſa ſunt, Paraſti igitur Samaria denaria idolis tuis, vt eſſent denaria, quæ idolis ſuis offerrent Aſſyrij.

Super hoc plangam, & vlulabo. Vadam, ſpoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum: & luctum quaſi ſtruthionum. Tan-
Eſai. 20. tam inquit calamitatem, quam à Salmanaſſare patietur Samaria, plangam. Planctum meum oſtendam expoliando me
Ione 3. & nudando. Nam & Iſaias planctum nudus oſtendebat, &
Alber. apud antiquos & nos in planctu noſtras veſtes exuimus, &
Plinius. ſaccis obuoluimur. Subdit, faciam planctum draconum.
Solinus. Ait porrò Albertus ex Plinio, & Solino voces draconum a-
Hiero.1. deò eſſe magnas, vt qui eas audiunt, moriantur. Ait rurſum Hieronymus victos dracones ab Elephantis, vehementiſſimè ſibilare. Rurſum ardentiſſimum eſſe amorem. Struthionum erga prolem, habet Aelianus. Venator verò volens ca-
Aelian. pere Struthionem, circum nidum ferrea ſpicula figit: vt ergo ſe prohiberi pulli Struthio ſentit, aut certè cum ſe ſpiculis transfixum videt, ingentem clamorem, cumque maximè lugubrem edit. tales clamores ſe editurum dicit Propheta, ingentis calamitatis actus dolore.

Quia deſperata eſt plaga eius. Quia venit vſque ad Iudam: tetigit portam populi mei, vſque ad Ieruſalem. Faciam, inquit, planctum, quia plaga, qua Aſſyrius Iſraelem vulnerabit, remedio caret humano, cum ſit plaga tam magna plena doloris, Ab non erit Aſſyrius contentus Iſraelem vulneraſſe, veniet vſque ad Iudam. pertinget vſque ad portas Ieroſolymæ populi mei. Hæc dicit, quia poſt vaſtatam Iſraelem à Salmanaſſare, venit Sennacherib, cœpitque vniuerſas Iudę ciuitates munitas: & obſidionem Ieroſolymę poſuit, & ad portas eius loquuti ſunt hoſtes cum principibus Ezechiæ regis.
4.Reg.8. Venit ergo plaga Aſſyria ex Iſraele ad Iudam, etiam vſque
2.Par.25. ad portas Ieroſolymæ.

II. PARS.

*In Geth nolite anuntiare: Lacrhymis ne ploretis.(2.)In domo pulueris puluere vos conſpergite (3.) Et tranſite vobis habitatio pulchra,confuſa ignominia,(4.)Non eſt egreſſa , quæ habitat in exitu. (5.)Planctum domus vicinæ,accipiat ex vobis. Quæ ſtat ſibimet (6.) Quia infirmata eſt in bonum,quæ habitat in amaritudinibus. Quia deſcendit malũ à Domino in portam Ieruſalem.*Explicat Michęas quod ſupra dixerat , ſcilicet plagam Aſſyriorum ex Iſraele veniſſe ad Iudam : docens veniſſe ad ciuitates in hac,& ſequenti clauſula numeratas,videlicet ad Geth,Iudæ , quam collapſam reædificauit Roboam,quæ vt nobilis , & munita
primo loco,& hic,& in Paralypom.hiſtoria proponitur. Et *2.Par.11.*
arbitror ego quidem , hanc noſtri Michææ Geth,non eſſe
illam Philiſtæorum.Nam Geth Philiſtæa erat Philiſteorum *1.Re.27.*
metropolis,in qua regnabat Achis,non ſolum tempore Da-
uidis:ſed & Salomonis.Quomodo igitur ciuitas regia ſub 3.Reg.2.
Salomone,reædificari potuit à Roboam eius filio? Erat er- *2.Par.11.*
go diuerſa iſta Roboami,& illa Philiſtæa. Adde,Geth Phili- *2.Pa.26.*
ſtæa vaſtatur ab Ozia,ſiue Azaria:Ozias verò fuit pater Ioa- *2.Pa.27.*
than,ſub quo prophetabat noſter Michæas,quomodo enim hæc diceret,in Geth nolite nunciare , quomodo iam vaſtata poſſet nunciari?Ergo differt Geth,Michææ & Roboami, à Geth Philiſtæa.Dicit nunc Michæas,nolite dicere Gethæ vrbi,ne ploret.Imò verò nuntiate,vt lachrymis ploret venturam ſibi ab Aſſyrio calamitatem. Nemo in Geth audeat prædicare,liberam eam à lachrimis fore , imo verò ſuum ei planctum annunciet.¶ 2. Porrò autem,antequam ſequentium verborum,ego obſcuritatem illuſtrem,id præfandum erit.Quæſiuit Michæas ciuitatum nomina , quæ Hebræis
aliquid ſignificarēt.ad quas ſignificationes alludens, ventu- *Fuit O-*
ras illis ciuitatibus miſerias prænunciaret.Igitur poſt Geth *phræ, ſiue*
prædictam,ſecunda ciuitas Iudææ erat Beth Leaphra. quæ *Leaphra*
Latine,domus pulueris ſignificat,ex hac ſignificatione ci- *ciuitas in*
uitati ſuam miſeriam prædicit, dicens,Vos qui habitatis in *tribu Ben*
Domo pulueris,præ dolore,in puluere vos voluptate, pul- *iam. 1. Io-*
uere vos reſpergite.Tanta vos calamitas oppreſſura eſt. ¶3. *ſue.18. d.*
Ciuitas Hebręis erat Sapphir:quæ Latina eſt Pulchra Ait nunc Michæas. Vos qui habitatis in Pulchra tranſite , non pulchri ſed ignominia,& pudore confuſi. Egredimini è Pulchra non cum decore pulchritudinis ·ſed cum dedecore veſtrę infœlicitatis. ¶4. Ciuitas erat Zeanan. id eſt Exitus ſiue Egreſſio. Ait igitur , Vos qui habitatis in Exitu vel

Egreſ

Egreſſu,non eſtis egreſſi ad prӕliandum Hoſtis in veſtra vos vrbe compreſſit.¶5.Ciuitas erat Bethaezel. ideſt domus vicini.& ſexta ciuitas erat Hemdatho.ideſt.Per ſe ſtans videlicet,quӕ ſola ſtabat,ſine vicino:& vt verſio noſtra habet,Quӕ ſtat ſibimet.Ait nunc Michӕas. O Domus vicini, ex veſtra vos vaſtatione plangetis.& ex veſtro planctu,planctum ſibi ſumet Per ſe ſtãs,plangent enim hi cum veſtrum planctum viderint.Poteſt etiam locus hic intelligi , etiamſi Hemdato non ſit ciuitatis nomen proprium, hoc modo , ô ciuitas vicini(id eſt,quӕ vicinos habet) ex planctu veſtro, planctum ſumet ciuitas,quӕ per ſe ſtat ſine vicino.¶7.Ciuitas erat Maroth.quӕ ſignificat amaritudines, ſeu dolores, iam eleganter ait Propheta,Tu quӕ habitas in doloribus, velut infirma,hӕc tua infirmitas in bono non,tendit ad bonum.in peius illa procedit.¶Si quӕris omnium horum cauſam,ait Michӕas,ea eſt,Quia malum maximum à Domino venit in portam Ieruſalem. Si cupis noſſe quod malum à Domino veniat,audi ſequentia.

Tumultus quadrigӕ ſtuporis habitanti Lachis(2.) Principium pec-
Iudic. 18. *cati eſt,filiӕ Siõ.(3.)Propterea dabit emiſſarios ſuper hӕreduatẽ Geth.*
2.Par.11. Lachis vrbs eſt differentiſſima à Lais.Hӕc eſt in tribu,Aſſer licet eam poſſederit tribus Dan.Illa eſt in tribu Iuda, ӕdifi-
Iud. 18. cata à Rege Roboam Illa dicta eſt Leſen Dan, non longe diſſita à Sidone.hӕc à Sidone longiſſimè remota. Sed quia ſimiles in voce videntur,eadem vrbs credita eſt.quod occaſionem dedit multis hoc loco errandi: dando vrbi Lachis, ea quӕ de Lais ſcribuntur.¶Tu verò Lector,ſi placet, habe-
3.Re. 18. to prӕ oculis quӕ traduntur in hiſtoria Ezechiӕ , & forſan huius loci ſenſum habebis.Ibi dicitur Aſſyrium cœpiſſe omnes ciuitates Iudӕ munitas.cumq; obſideret ciuitatem Lachis,Ezechiam miſiſſe nuntios ad Aſſyrium.Id eſt quod dicit litera prӕſens in hunc modum.O vos qui habitatis Lachis ſint vobis ad manum multӕ quadrigӕ,quӕ prӕ multitudine tumultum faciant:& prę velocitate ſtuporem videntibus iniiciant,procurate has quadrigas, in quibus fugiatis
4.Re. 8. obſidionem Aſſyrij.

¶Principium verò blaſphemię regis Sennacherib contra Sion,fuit Lachis.Nam ex Lachis miſit Sennacherib duces ſuos cum epiſtola blaſphemiӕ plena,vt legeretur audientibus Hebrӕis.qui erant in Ieruſalem. Hoc dicit textus noſter. O filia Sion ex Lachis primum veniet peccatum blaſ-
Eodem. phemiӕ contra Deum Regẽ,& te.Quia vero Ezechias mi-

ſit

ſit nuntios & munera Aſſyrio,ideò,inquit, Propterea dabit, ſupple Sion(vt ex litera Hebræa facilè colligas) nuntios emiſſarios:qui pacem ab Aſſyrio cũ Ezechia,datis muneribus impetrent. Docet nos tamẽ Michæas,quod neſciebamus,ſcilicet Ezechiam petiiſſe ab Aſſyrio, vt hæreditatem Geth,(vrbẽ ſcilicet egregiam)illi concederet.Ideò dicit,dabit emiſſarios,qui tractent cum Aſſyrio,ſuper concedenda Geth Ezechie Habemus hinc Michæam ante annos.40. quàm hæc contigiſſent ea perdixiſſe.

Domos mendacij,in deceptionem Regibus Iſrael.(2.)*Adhuc hæredẽ adducã tibi,quæ habitas in Mareſa.*(3)*Vſque ad Odollã veniet, gloria Iſrael.*Ex Hebræo ſenſus eſt.Domus,eius vrbis, (quæ Hebręis dicebatur חבזיב achzib,Latinis Mẽdacium)quãuis ſint munitiſſimæ, & opinionæ omnium inexpugnabiles,faciet Dominus,vt ab Aſſyrio expugnentur.ac ideò in eis Reges Iſrael qui credebant expugnari non poſſe faciet,vt in ſua opinione decipiantur Dabit igitur Dominus vrbem Mendacium,in mendacium.¶2.Ruſum adducã tibi ô ciuitas Mareſa(quæ hęreditatẽ ſignificas)Aſſyrium,qui tuus ex hoſte, ſit hæres. Capiet enim te,& eris poſſeſſio eius.¶3.Tandem inquit,veniet Aſſyrius vſque ad intima tribus Iudæ ſ.ad Odollam vrbem:quæ gloria Iſra.eſt.Siquidẽ in ea primum latuit Dauid,fugiens Saulẽm: & ibi ad eum multi venerunt,quorum ibi cœpit eſſe dux.Gloria planè Iſraelis,quia Dauidem illa à Saule ſeruauit. *1.Re. 22.*

*Decaluare,& tondere ſuper filios deliciarum tuarum.dilata caluitium ſicut aquila:quoniam captiui ducti ſunt ex te.*Senſus eſt.Si hę ciuitates tuæ ſunt capiendæ ô Ierioſolyma:ſi filij tui, quos in his ciuitatibus tam delicatè nutriuiſti, occidendi ſunt, rade capillos capitis tui in ſignum vehementiſſimi luctus. tonde caput,& dilata caluitium, vt ſolet aquila facere: ſiquidem filij tui ciueſque tui captiui ducti ſunt. ¶Antiquis erat de more in maximo luctu caluitium facere, id eſt, *Iob.1.* radere caput. vt Iob fecit: vt ſupra ſuper Amos dictum *Amos.1.* eſt,& adducit etiam Iſaias. ¶Porrò magnus Albertus citat *Alber.* Iorach,& Adelinum dicentes aquilam ſenem,in Spheram *li.23.* ignis aſcendere:ibiq; calefactã,in frigidũ fontẽ ſe demittere:in nidũ ſuũ rurſum aſcendere.vbi amiſſis plumis,nudam *animal.* pulli ſui fouent:quouſque iterum ſuis plumis veſtiatur.Te- *Hieron.* *hoc loco* ſtatur hoc ipſum Hiero.Quin & Ælianus,& Pli.idẽ dicere *Ælian.* videntur aſſerunt enim aquilam non mori ſenio. Cur ita? *Plinius.* certè quia ſenectã exuit,induitque iuuẽtã.Idem quod Plin.

habet Aug. Sed quid egem' teſtib. Ecce plus quã Ionas hic. Habemus firmius ſcripturæ teſtimonium.. Habetur enim
Iſai. 40. apud Iſaiam, Sancti aſſument pẽnas, vt aquilæ:& item, Re-
Pſal. 102. nonabitur vt aquilę iuuentus tua. Ergo aquila ſenex deplumeſcit,& velut caluitiũ toti ſibi adducit, vt iuuenis poſtea fiat. Ita iubet Dominus vt Sion, toti ſibi caluitium dilatet.

Multa ſunt à me in hoc capite explicata diuersè, quàm alij explicauere, quæ temerè aliquis reiicere poterit: ſed ſi legantur ea animi propẽſione,& examine longo, quo ſcripta ſunt opinor, non probari non poterunt.

CAPVT II.

Protheoria Caput hoc Hebręum difficilè eſt Latinum difficilius:& accomodate Hebræa Latinis difficilium. Recenſet Propheta peccata multa populi Hebræi, immiſcens interim calamitates ipſi futuras Calcem verò capitis Catholici autores Chriſto tribuunt.

VAe qui cogitatis inutile,& operamnii malũ: In cubilib. veſtris, in luce matutina faciunt illud: quia contra Dominum eſt manus eorum. Inutile Hebræis און auen. id eſt, iniquitas. Væ igitur his, qui cogitant iniquitatem, & cogitatam opere complent. in cubilibus veſtris non tributis noctem. ſomno: ſed machinamini potius, quomodo malum aliis inferatis. ſtatimque vt mane illuxit, quod noctu excogitaſtis, mane operamini. Certè quia eſtis Dei aduerſarij: ac ita manus veſtras, ac vires in eius offenſis exercitis. Quàm diuerſè Dauid præcepit, cum dixit, Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini. id eſt, ſi quid in corde & in cubili culpæ admiſiſtis, pœniteat vos eius ſtatim. at vos non doletis culpam: imò verò opere completis.

Concupierunt agros:& violenter tulerunt: & rapuerunt domos: & calumniabantur virum,& domum eius: virum & hæreditatem eius. Quod dixerat in genere, explicat in ſpecie. Dixerat, cogitant in cubili iniquitatem:& mane eam exercẽt: declarat exemplo, Concupiſcunt noctu agros:& mane violen-
Pſalm. 4. ter rapiunt, rapiunt ſimiliter & domos. Quæris quomodo rapiant? Certè calumniam aliquam excogitant contra dominum domus, aut hæreditatis. excogitata calumnia rapit à domino eius domum, aut hæreditatem. Ita enim Ie-

zabel

zabel excogitauit calumniam contra Naboth: & rapuit vineam eius. 3.Reg.21.

Iccirco hæc dicit Dñs, Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malũ. Vnde non auferetis colla veſtra: & non ambulabitis ſuperbi: quoniam tempus peſſimum eſt. Id eſt, Quia tantopere contra proximos fratres, ſcilicet veſtros, iniuriam, & iniquitatem admittitis. Ecce ego cogito vos relinquere: & in manum Nabuchodonoſoris tradere. Ille iugum captiuitatis ferreũ collo veſtro imponet: è quo non licebit exire. Ille humiliabit ſuperbiam veſtram. Ah quàm malum, quàm infauſtũ erit vobis tempus illud. ¶ Tu aduerte, propter iniurias proximo factas nos à Deo relinqui, videlicet quia amor proximorum ſumma totius legis eſt, ac ideò de ea maximè in die Iudicij erimus examinandi. Rom.13 Matth.25

In die illa ſumetur ſuper vos Parabola: (2.) & cantabitur canticum cum ſuauitate dicentium. (3.) Depopulatione vaſtati ſumus. Pars populi mei commutata eſt. Quomodo recedet à me? cum reuertatur qui regiones noſtras diuidat. (4.) Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu Domini. Cum ciuitas aliqua fuit olim glorioſa, poſtea verò deſtructam vident tranſeuntes, dicũt Hæccine eſt vrbs perfecta decoris: gaudiũ terræ? Hoc modo vrbs inclyta ſumitur ab hoſtibus in Parabolam, ſeu prouerbium, Iuxta illud, Dabo eos in opprobrium, & in Parabolam, &c Igitur quia per Nabuchodonoſorem erat Ieroſolyma vaſtanda ideò dicit Michæas, ſumetur ſuper vos Parabola, ſeu prouerbiũ dicentiũ, Hæc ne eſt vrbs perfecti decoris, &c. ¶ 2. Et cantabitur can. Erat olim Iudæis, imò & noſtris Hiſpanis, mos in vehementiſſimo luctu adducere cantores, & cantatrices, qui voce ſuaui, id eſt maximè ad luctum accommoda, carmina canerent, quæ ad lachrimas audientes prouocarent. Ita canunt, & replicant cantores lamentationem ſuper Ioſiam, & ita tibicines, & cantores, qui epicedium canerẽt, erant in domo Iairi. ac ita nunc dicit hos cantores, cantaturos nimis lugubre carmen huiuſcemodi. ¶ 3. Ah omnino vaſtati ſumus à Nabuchodonoſore. Proh dolor, Populus meus, qui pars, & hæreditas Dñi erat, cõmutata eſt, vt ſit pars hoſtis, & eiũs hæreditas. Proh quomodo hęc hęreditas recedet à nobis, quomodo rapietur à nobis quãdo hoſtis reuertetur, & diuidet regiones noſtras pauperibus, agricolis, vinitorib. Intelliges locũ iſtũ ſi legeris vltimum, cap. 4. lib. Reg. vbi dicitur, Capta Ieroſolyma per Nabuchodonoſorem, rediit in eam Nabuzardam eius dux, Thren.2 Ierem.24 4.Reg.vl. 2.Paralip. 25 Matt.9 4.Reg.vl.

& tranſtulit principes Iudę in Chaldęam. terram autem reliquit pauperibus, vinitoribus, agricolis, & reliquis, qui māſerunt ſub principe Godolia. dolet igitur Propheta, dicens. Quomodo recedet à noſtra poteſtate terra ſancta noſtra, quæ erat hæreditas noſtra? quomodo recedet à nobis, qui in Chaldæam trāsferemur? quomodo recedet à nobis, quādo eā Nabuzardam rediens diuiſerit pauperibus, & miſeris? 4. demum, quod infeliciſſimum eſt, iam nō erit per 70. annos, qui terram. noſtram nobis reſtituat. Non erit, inquit Michæas, qui funiculo metiatur agros, qui ſorte contingāt cœtui Domini: vt olim Ioſue ſortem mittebat, ſuper agris quos Iſraelis cœtui daret.

Ne loquamini loquentes, Non ſtillabit ſuper iſtos: non comprehendet confuſio. Hebræis eſt. Ne ſtilletis. Stillabunt. Non ſtillabūt
Io. 15. 16. ſuper iſtos: non comprehendet confuſio. Hoc verò colloquium eſt, in quo primum, populus dicit Prophetis, Ne ſtilletis verba prophetiæ veſtrę. Reſpondet populo Propheta. Imò equidem ſtillabunt Prophetæ verba, quæ illis Dominus ſtillare mandarit. Reſpondet populus. Stillent Prophetæ quantū velint: ſed non ſuper Hebræos: nec enim ſuper eos veniet confuſio, quam mendaciter Prophetæ minantur. In hunc ſenſum noſter textus legi debet. niſi quod in
Vide eo ſolus populus loquitur, imperans ita. Loquentes Pro-
Amos 8. phetę, ne iam loquamini: neque enim cofuſio à vobis falſò prædicta cadet, vt pluuia ſuper Hebræos, nec eos illa con-
Deut. 32 tinget. ¶ Dixerat Moſes. Fluat vt ros eloquium meū, quaſi ſtillę ſuper gramina. igitur verba Prophetarum ſunt velut ſtillæ, ab ore Dei, velut è cœlo, cadentes. ideò Prophetis dicebat populus, ne ea verba ſtillarent.

Dicit domus Iacob. (2.) Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus Domini? aut tales ſunt cogitationes eius? an non verba mea bona ſunt cum & qui rete gradit? (13.) Et è contrario populus meus in aduerſarium conſurrexit. Deſuper tunicam, pallium ſubſtuliſtis. & eos qui tranſibant ſimpliciter conuertiſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum. à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine peſſima.

Primum verbum ita habet Hebraice Hoc dictum domus Iacob: quod idem valet ac noſtra tranſlatio Nam ſenſus eſt. Hæc, quæ ſequuntur, dicit domus Iacob. Iam audiamus quid dicat. ¶ 2. Nunquid abb. ſenſus eſt. Propheta minatur nobis

nobis deſolationem.fallitur ille. Deus natura ſua potentiſſimus eſt: nunquid nunc abbreuiatus, aut diminutus eſt ſpiritus eius, vt iam hoſtes vincere non poſſit, quod hactenus potuit? Deus eſt natura benigniſſimus, quomodo cogitationes crudeles habebit: vt terram, de qua dixit, quòd eſſet requies ſua, quòdque in ea vellet habitare, quoniam elegit eam, nunc hoſtibus tradat, à ſe reiiciat? En quid populus ille dicebat. ¶3. At his populi verbis Dominus reſpondet. E contrario, inquit, populus meus ſurrexit, vt eſſet hoſtis, & aduerſarius meus, Si quæris quomodo: audi: quia ſuſtuliſtis pallium hominum, imò & tunicam deſuper: idque, non occultè ſed in ipſorum hominum conſpectu (id enim ſignificat mimul, apud Hebræos.) Secundò, tranſeuntes ſimpliciter ac ideo confidenter, conuertiſtis in hoſtes. Hebræis eſt, ex tranſeuntibus confidenter (ſupple, feciſtis) reuertentes ex bello, id eſt, tranſeuntes ſecurè aggreſſi eſtis, ac ſi hoſtes eſſent, redeuntes è bello cum ſpoliis. Tertiò. Si quæ popularis mulier domum habebat pulchriorem. & amœniorem, in qua illa ſuas haberet delicias, eam inde pellebatis: vt domus deliciis frueremini. Quartò, Cum res Hebræorum ſua pace gaudebant, pueri eorum laudes Dei publicè perſonabant. Dictum enim eſt, Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Et vt Martialis iactabat, ſua carmina à pueris Romanis noctu decantata per vias: ita in Republica benè inſtituta pueri noctu, & diu per vias laudes Diuinas concelebrant. At vos ô iniqui Reipublicę turbatores, has laudes ab ore puerorum abſtuliſtis, non audentibus illis è ſuis domibus propter furta veſtra prodire: imò vobis ipſis pueros impedientibus ne vnquam canant has laudes. Num non apertè probatum, eſt, vos quos mihi delegeram in populum meum hoſtes & aduerſarios eſſe meos:? vt erat Dauidi Saul. Quomodo igitur vos defendam? quomodo ſeruabo? quomodo ſuſtinebo? Surgite. Ite. Iam non licebit vobis in hac terra quieſcere. immunda illa eſt. contaminata eſt in operibus veſtris, infecta eſt ſanguinibus. Igitur ab hoſte Chaldęo corrumpetur, & violabitur peſſima, & execranda violatione. Exuret enim Nabuzandam templum Domini: palatia Regum: turres principum: domos diuitum, & terra ferè ſine cultore manebit: à feris & beſtiis conculcanda. Hæc ſunt verba quæ veſtræ ſtultæ fiduciæ Dominus prædici mandat.

Eccl. 1. Deut. 4. Pſal. 131. Prou. 10. Pſalm. 8. Martialis. 1. Re. 18. Pſal. 105. 4. Re. 25. Eodem.

Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer: Stillabo tibi in vinum & inebrietatem. Et erit ſuper quem ſtil-

latur populus iſte. Hebιæa litera habet ita. Vtinam(eſſem) vir ambulans(ad)ventum:mendacium mentiens: Stillaſſem tibi ad vinum, & ad ebrietatem.Et erit Stilians populo meo. Senſus verò literæ huius eſt idem cum noſtra verſione. Si enim Michæas eſſet vir ambulás ad ventũ,& mendacia cõ-

Iſai. 30. tinuans, planè non haberet ſpiritum Dei: & planè mendacia confingeret:ac ideò ſtilaſſet placentia, & prophetaſſet fore abundantiã vini,tantam,vt poſſent Iudæi inebriari.At (inquit) reuera continget prophetia, quàm ſtillo, populo huic.ita reuera erit populo,vt propheta ſtillans dixit.igitur populus iſte,erit ſuper quem prophetia ſtillatur,& prædicitur.¶ Hæc dixit Michæas ex immenſo dolore. Nam vidẽs templum Dei exurendum:Ieroſolymam diruẽdam:cultum Dei abolendum:Iudæos occidendos:& captiuandos in hęc verba prorupit.ô ſi nunc non eſſem Propheta: ô ſi quæ dixi mendacia eſſe poſſent: ô ſi potius prædicerem vini & ebrietatis abundantiam.Sed fruſtra loquor:vane me diſcrucio.Euenient populo quæ dixi. ¶ Excitant hîc multi grandes quæſtiones,quomodo Michæas cupit mendacia dicere?quomodo cupit nõ eſſe propheta?Sanè Micheas nõ cupit neſſe propheta: ſed cupit non eſſe propheta in hac prophetia de Ieroſolymę ſubuerſione.Nec cupit ille mentiendo peccare:ſed cupit,vt quæ dixit, minimè eueniant. Neu-

Ione.4. trum verò horum peccatum eſt. Et equidem Ionas poſtquam Deus illius animo ſatisfecit,lætatus eſt(opinor)quod ſua prædicatio effectum non habuerit.Ita Michæas cupit mentiri non ex animo:ſed ex euentu.

Congregatione congregabo Iacob totum te:in vnum conducam reliquias Iſrael:pariter ponam illum,quaſi gregem in ouili: quaſi pecus in medio caularum. Tumultuabuntur à multitudine hominum. Aſcendet enim pandens iter,ante eos. Diuident,& tranſibunt per portam: & egredientur per eam,& tranſibit Rex eorum coram eis:& Dominus capite eorum. Theodoritus, Vatablus, & Kimhi credunt vaſtitatem Iudæorum hoc loco prædici. & ſine dubio ſi præcedentia ſpectes,ita prædici videbitur. Nam cum dixiſſet,Erit populus hic ſuper quem ſtillabit prophetia, quadrãtiſſimè ſubnectitur qualis erit calamitas illa,quã ſuper populo propheta ſtillauit.Quia tamen Doctores noſtri hunc textum volunt Chriſto accõmodare:Caldæum interprętẽ ſequuti,& ei ſenſui vltimũ clauſulę verbũ fauet vtrumque ſenſum attingã.¶ Igitur Dñs ait,calamitas veſtra

Theodoritus. Vatablus. Kimhi.

4.Re.ri. hæc erit,Adueniente contra Sedechiam Nabucodonoſor, fugere

ſugere faciam Iudæos ex infirmioribus ciuitatibus, in Ieroſolymam tantopere munitam, ibi eos congregabo, vt oues in caulis, & ſeptis ſuis. vbi præ multitudine tumultuabuntur (vt factum eſt in obſidione Ieroſolymæ à Veſpaſiano.) Porrò poſt tres annos obſidionis, propter famem curabit fugere Sedechias. Ante illum aſcendent, qui per murum iter faciant, pandant. ſ. iter. Diuident illi murum, rupto muro interiore tranſibunt Iudæi per portam vrbis exteriorem, & egredientur fugiẽtes. Ibit ante eos primus in fuga, Rex Sedechias. Dñs enim eos eiicit, impendens capitibus eorum. Hæc ad literam facta, leges in lib. Regum. *Eodem.*

¶ Audi ſenſum poſteriorem: vbi poſt triſtia læta dicuntur. Ego, inquit Dñs, per Chriſtũ orbem congregabo, vt ſit vnũ ouile ſub vno paſtore. Nam quantum eſt ex lege Chriſti, ex Euangelio, ex gratia, & ex ſpiritu, non iam vnica gens ad Deum vocatur ſed orbis vniuerſus. & tanta erit Chriſtianorum multitudo, vt tumultuentur. Tot enim piſces extrahit Euangelicũ rete vt periculum ſit, ne ab eis tumultuãtibus diſrumpatur. Es planè ſi tot animalia immunda comprehẽduntur in lintheo Petri, quis non videt inter ea futurum tumultum; At Chriſtus aſcendit in crucem, velut aquila, alis ſuis ſcindens mare tribulationem, impugnationes dæmonũ tentationumque ventos, ſequuti ſunt Chriſtum Chriſtiani diuidentes & ipſi, & ventos & mare. Neque erit diuiſio caſſa, vt enim Chriſtus ingreſſus eſt è mundo per portas cœli: ita egreſſi, qui eum ſequuntur, in cœlum ingredientur, vbi Dñs tranſiens miniſtrabit illis id eſt perpetuò coram eorum oculis præſens æternitatis fœlicitatem miniſtrabit *Eodem. Ioan. 10 Ioan. 21. Matt. vlt. Acto. 10 Luc. 14*

¶ Si placet audire multos Rabinos hunc locum Michææ Chriſto adſcribentes, lege Galatinum. ibi multa miranda videbis. *Galatinus lib. 4. c. 2 Rabini.*

CAPVT III.

REprændit principes viros Iſraelis: prænuncians pœnam culpæ eorum. 2. Reprehendit falſos prophetas: prædicens vltionem Dei contra eos. 3. Docet ſe eſſe plenum ſpiritu Dei, ac ideò eos reprehendit. *Protheoria*

ET dixi; Audite principes Iacob, & duces dom⁹, Iſrael Nunquid nõ veſtrũ eſt ſcire iudiciũ? Qui odio habetis bonũ: & diligitis malũ. Qui violẽter tollitis pelles eorũ deſuper eis: & carnẽ eorũ deſuper oſſib. eorũ Qui comederunt

ederunt carnẽ populi mei: & pellem eorũ deſuper excoriauerũt: & oſſa eorum confregerunt. Et conſciderunt, ſicut in lebete: & quaſi carnem in medio ollæ. Id eſt, Principes ſunt oculi, & aures, & denique populi caput. Ideò hoc loco Hebræus, pro principes Iacob habet capita Iacob. At verò profectò caput & oculi, & aures proſpiciunt & quærunt, quod toti corpori congruum & iuſtum eſt, cauent verò quod noxium erit. Cur igitur vos capita populi non quæritis quod populo eſt æquum & iuſtum? Imò contra, populum excoriatis: carnem eorum aufertis: eius oſſa confringitis, in fruſtra concidistis: in lebetem, ſeu ollam coquenda coniicitis. Si hanc Parabolam nõ

Ezech.34 intelligis, audi aliam. Væ paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos. Lac comedebatis: & lanis operiebamini: quod craſ-

Ierem.24 ſum erat occidebatis, &c. Audi aliam iterum, Væ paſtoribus qui diſpergunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ. A-

Chaldæus perit Parabolam Chaldæus interpres dicens, Diripientes ſubſtantiam populi eius: & diuitias eorum pretioſas auferentes. Qui expoliant facultates populi mei: & pecuniam pretioſam ab eis auferunt: & reliquias eorum conſumentes & comminuentes, vt comminuuntur membra intra ollam & particula intra lebetem. Et equidem ſi principes illi veſtem, & pallium à populo auferebant: ſi ſecurè tranſeuntes

Mich.2 aggrediebantur, iam intelligis quomodo oſſa populi com-

Amos.8 minuerent. Lege etiam quæ ſupra dixit Amos,

Tunc clamabunt ad Dominum: & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Cum hæc Propheta prænunciaret, oculis mentis videbat cladem his principibus venturã, ac ideò di-

Luc.11 cit. Tunc clamabũt & nõ exaudientur. ¶ At dices Nunquid

Marci.11 non omnis qui petit, accipit? & pulſanti aperietur? Et quæcunque orãtes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Reſpondeo, ſi ſceleſtus eſt, & in tuo ſcelere perſeueras, nõ eſt cur confidas te exaudiendum. Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multi-

Iſai 1 plicaueritis orationẽ, non exaudiam. Cur ita? Manus veſtræ

Tho.2.2 plenæ ſanguine ſunt. Lauamini, mundi eſtote, & venite ar-

q.83. art. guite me, & illud adde, quando bona temporalia petuntur

16.17 quæ ad æterna neceſſaria non ſunt non neceſſario, qui ea

Auguſt petit accipit, ſed aliquando peccata, quæ admiſimus, pro-

lib. ſent. merentur, ne hæc petentes audiamur. Lege D. Tho. Augu-

Proſperi. ſtinũ & Baſilium ſed maximè lege prouerbiorum primò, vbi dicitur. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam.

II. PARS.

Hæc dicit Dominus ſuper Prophetas, qui ſeducunt populum meum. Qui mordent dentibus ſuis: & prædicant pacem. Et ſi quis non dederit in ore eorum quippiam: ſanctificant ſuper eum prælium. Dixi aliàs, fuiſſe Iudęis, religioſos, in domo communi viuentes, *Amos 7*
vni ſuperiori obedientes. vocabantur hi filij Prophetarum: vt & ſui ſuperiores Prophetę vocabantur, & vt plurimum erant. Lege li. 4. Regum. Porrò vt inter noſtros religioſos *4.Reg.2.*
alij ſunt ſancti: alij verò ſeducunt populum, & venientes *Matt.7*
in veſtibus ouium, intrinſecus ſunt lupi rapaces: ita multi inter religioſos illos Iudæos erant falſæ Prophetæ, ſeducentes populum. Qui cũ canes eſſe debuiſſent arcentes luporum truculentam rabiem, ipſi potius mordebant gregem: licet pacem prædicarent: lingua. n. pacẽ prædicãt ſed dentibus mordẽt. Et niſi ori eorũ inieceris offam, q̃ optãt, prælũ tibi excitabunt: ſanctitatis ſpeciem obiicientes: fulminibus maledictionum, exterrentes. ¶ Vix in hac vita magis mortales optamus. quàm noſſe futura. Quod cum Dei proprium ſit, id tempore legis antiquę in gratiam Iudæorum, & vt eos in fide contineret, ſuis Prophetis communicabat. Dicebant hi futura. Hoc munus, vt honorificum, & ſi illi vellent, quęſtuoſum, plurimi ſibi falſo vſurpabant, Sed à fructibus eorum cognoſcetis eos. Si enim mordent, ſi *4.Reg.vl.*
bella parant, lupi ſunt, non Prophetæ. Lege obſecro, 3. Regum.

Propterea, nox vobis pro viſione erit: & tenebræ vobis pro diuinatione: Et occumbet Sol ſuper Prophetas: & obtenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones: & confundentur diuini. & operient omnes vultus ſuos, quia non eſt reſponſum Dei. Deus largitur prophetiam Prophetæ in lumine. Nam infundit lu- *1.Reg.9*
men imaginationi: qua illuſtrata, illuſtratur etiam intelle- *Amos 7*
ctus: qui in eo lumine videt, quæ Deus vult reuelare. Ideò olim vocabantur Prophetæ videntes Lege multa apud *Tho, 2.2*
Tho. 2. 2. Michæas igitur hoc lumine colluſtratus, prædicit *q, 173.*
falſis prophetis futuram eis noctem pro lumine Dei. Id eſt *art. 2*
non modo non dabit Deus vobis lumen ſuum: imò verò permittet intellectum veſtrum magis excęcari: & in rebus clariſsimis viſum amiſiſſe. Iuxta illud, In quibus Deus *2.Cor.4,*
huius ſęculi excæcauit mentes infidelium, &c. & item, Ob- *Rom.1.*
ſcuratum eſt inſipiens cor eorum. & excæca cor populi huius, vt videntes non videãt. Tũ permitet Deus, vos falſis *Iſai.6.*
viſionibus decipi. vt Angelus Sathanæ trãsfiguret ſe in An- *2.Cor.11*
gelum

gelum lucis. ac ideò oriente vobis Sathana verus Sol Deus vobis occumbet: & dæmonis nocte vos operiente lux ſan cta deficiet. Porrò prophetantibus vobis futura: & his mini mè contingétibus, vos erubeſcetis. videlicet, quia dixiſtis
Vide reſponſa veſtra, reſponſa eſſe Dei. vt contigit Sedechie fi-
Zach.13 lio Chananæa.
3.Reg.vl.

III. PARS.

Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, iudicio, & virtute: vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuũ. Id eſt, Longiſſimè abſum à prophetis falſis. Nam plenus ſum ſpiritu Dei fortiſſimo, tum plenus ſum iudicio, quo quid ſum repræhenſurus intelligo. demum omnis timor receſſit à me: plenus enim ſum virtute, & audacia, vt Iacob, & Iſraeli vniuerſo, ſua peccata & ſcelera carpã. ¶ Habes Lector qualis eſſe debeat populi concionator, ſcilicet ple-
Eſai.61 nus ſpiritu Dei. iuxta illud, Spiritus Domini ſuper me: eo quod vnxerit me: ad annunciandũ pauperibus miſit me, Tũ
Ierm.1 plenus ſit ſcientia Domini, & iudicio eius, ſcilicet, vt ver-
Exech.3 ba Dei cum Ieremia receperit, & librũ cum Ezechiele vo-
Ierem.1 cauerit. Demũ plenus ſit virtute vt ſit ciuitas munita: colũna
Matt. ferrea: murus æneus. Nam Chriſtus ſuos Apoſtolos fecit lucem mundi. quantum ad iudicium: & ciuitatem, ſuper montem collocatam, quantum ad robur.

Audite hoc principes domus Iacob, & Iudices domus Iſrael. (1.) qui abominabimini iudicium: & omnia recta peruertitis. (2.) Qui ædificatis Sion in ſanguinibus: & Ieruſalem in iniquitate. (3.) Principes eius in muneribus iudicabant. (4.) & ſacerdotes eius in mercede docebant. (5.) & propheta eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant dicentes, Nunquid non Dominus medio noſtrũ? non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur: & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit: & mons templi in excelſa ſyluarum. Audis lector virtutem Michææ: fortitudinem ſpiritus? Audis ſcelera in mediam lucem publicata? Audis Principes, Sacerdotes, & prophetas traductos? Audis eorum ingentia ſcelera? ſcelera verò ſunt. 1. abominari iudicia. legeſque Dei: easque in propria cũmoda detorquere. 2. ædificare domos, & palacia in arce Sion, & in vrbe Ieruſalem ex ſanguine pauperum: quos excoriatis (ait) quorum carnes detrahitis, quorum oſſa comminuitis vt hoc capitulo dictum eſt, 3. Iudicare propter munera. 4. Simonia
Mich.3 in doctrina, 5. Simonia in prophetia. Eſt enim Simonia

nia vendere aut verbum Dei,aut eius prophetiam.Licet,nō *Silueſter*
ſit Simonia pro vtroq; eleemoſynam ſumere ad ſuſtenta- *Simoni.*
tionem , Subdit Propheta,& cum his ſceleribus ſitis coin- *8.9*
quinati , nihilominus præſumitis de Deo,dicentes, Habe-
mus Deum in templo noſtro:vbi colimus eum. minimè e-
uenient mala,quæ nobis hic Propheta prænunciat.Ah verò
quā contra continget veſtri cauſſa Deus faciet, vt Sion di-
ruatur& aretur & dirutis domibus Ieroſolymæ pulchri ea-
rum lapides in aceruos ab agricolis colligantur. ſ. vt liber *Michæ.1*
ſit locus oleribus(quod de Samaria dictum ſupra eſt.) De-
mum mons Moria,vbi templum illud magnificentiſſimum
Salomon ædificauit , redigetur in ſyluam,quia per ſeptua-
ginta annos tranſmigrationis mons ille ſine ædificio ma-
nebit,ac ideò liberè factus eſt ſylua.lege lib.4.Reg videbis *4.Reg.vl.*
hæc omnia ferè completa. Lege locum pſal. Poſuerunt Ie-
ruſalem in pomorum cuſtodiam.ſ.in hortos,vbi poma ſer-
uantur.¶ Nota lector , Hæc Prophetia dicta eſt populo Iu- *Ierem.26*
dæo,ſub Ezechia Rege Iudæ vt expreſsè habetur in Iere-
mia.Et Nabuchodonoſor prophetiam impleuit.

CAPVT IIII.

PArte priore Chriſti aduentus illuſtriſſimè deſcribitur. *Protheoria.*
Poſterior hiſtoria texitur.

E*Rit,(1.)In nouiſsimo dierum erit(2.)mons domus Domini.(3.)præparatus in vertice montium:& ſublimis ſuper colles,(4.)& fluent ad eum populi : & properabunt gentes multæ.(5.)& dicent. VENITE aſcendamus ad montem Domini:& ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de viis ſuis:& ibimus in ſemitis eius.(6.) Quia de Sion exibit lex : & verbum Domini de Ieruſalem & iudicabit inter populos multos : & corripiet gentes fortes vſque ad longinquum.* Si libet ridere , lege obſecro lector argumenta Hebræorum,quę ex hoc loco Rabini contra nos texunt:& ſi libet multa ſcire, & his argumentis pulchra reſponſa co- *Galati.li.*
gnoſcere lege Galatinum,lib.5.arcanorum.Nobis verò ani- *5.de arch.*
mus eſt ſeriò textum hunc,& ſimul textum Iſaiæ.pro virili *c.1.2.3.& inde.*
explanare.

¶ 1.Tres dies lector agnoſce diem. ſ. legis naturę:diem *Iſai.2.*
legis veteris:diē legis gratię.Cū enim(vt in Geneſi dicitur) *Geneſ.1*
Deus vocarit lucē diē,&tenebras noctē:& lux ſit lex(vt Sa-
lomō nos in prouerbiis docuit) fit vt tres leges,tres dies ef- *Prou.6*
fece-

fecerint.lex ſcilicet naturæ, primum diem. lex vetus ſecundum.lex gratiæ tertium atque nouiſſimum.Ideò Ioan. dicit.
1.Ioan.2. Fratres nouiſſima hora eſt.& Paulus,nos,in quos fines ſæculorum
1.Cor.10. lorum deuenerunt.Ait nunc Propheta,in hoc nouiſſimo die qui dies & hora Chriſti eſt,erit mons domus Domini præparatus.¶2.Mons domus Domini eſt mons,in quo ædificata fuit domus Domini,id eſt,templum Salomonis.Vbi intellige lector Ieroſolymam totam fundatam in ſupino dorſo montis, vt Zieglerus ait. In capite huius,montis erat arx
Ziegler Sion.in medio montis erat olim mons Moria:ſed eius celſitudo cõplanata eſt , vt in eo melius conſiſteret templum.vt
Ioſephus. lib. 6. de bell.c.6. Ioſephus ait. In imo huius templi erat ad Orientem Gethſemani,vbi Chriſtus ſudauit,& comprehenſus eſt. ad Occidentem verò erat mons Caruaria:vbi Chriſtus crucifixus eſt prope quem locum eſt S.Sepulchrum.De hoc monte corpo-
Ioan. 20. rali,& terreſtri::antopere tamen per Chriſtum illuſtrato,hoc loco mentio eſt.¶3.Et dicit Propheta,In nouiſſimo die,ſcilicet in exortu diei Euangelici,mons ille erit præparatus,id eſt,exaltatus ſuper omnes colles,dignior. ſcilicet omnibus, eſ:ſumpta dignitate à Chriſti præſentia,ſicut & dictum eſt,
Agge.2. Maior erit gloria huius domus , quam prioris.ſcilicet quia Chriſtus ingreſſus eſt in poſteriorem:non verò in priorem. & mons ille exaltatus eſt ſplendore,ſuper omnes colles,quia in eius ſummo Euchariſtiam inſtituit: & in eodem ſummo Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos miſſus eſt. In eius montis medio,id eſt in templo,Chriſtus frequentiſſimas conciones habuit.In eius imò ad Orientem,ſudauit & orauit:ad Occi-
Matt.26. dentem vero crucifixus,& ſepultus eſt.Num non hic mons cæteros montes longè præcellit?¶4.Hac ratione , fluent in-
Ioan. 19. quit ad eum populi & gentes.ſiquidem tempore quo Chriſtus verſabatur in terra,fluebant ad eum populi,eum prædicantem audituri. poſt eius verò aſcenſionem fluũt ex omni-
Luc. 21. bus partibus terræ Chriſtiani,ſancta loca viſitaturi. vt expe-
Matt. 4. rientia nos docet.¶5.Porrò Chriſto inter Iudæos viuente,& eius celeberrima fama perſonnante, prouocabant ſe populi ad eum audiendum,dicentes. Venite aſcendamus ad mon-
Ioan. 15. tem,in quo templum Dei eſt : vt ibi doceat ille nos de viis ſuis ſcilicet de ſua patientia,humilitate,charitate:ab eo tantopere,& ſermone,& opere illuſtratis,per quas ille iuit,& vt nos iremus admonuit.Et reuera Chriſto audito, multi ibant per ſemitas illas.Rurſum pij Chriſtiani prouocant ſe vt adeant loca Ieroſolymæ ſacra,dicentes,Venite, viſitemus lo-

ta illa pietate pleniſſima. in quibus Chriſtus adhuc intimè docet peregrinos de viis ſuis.ſcilicet de contemptu ſæcularium: de inquiſitione æternorum:& reuera multi ex his,qui loca illa conſpexerunt,ex deuotione inde concepta, ambulant poſteà in ſemitis domini.¶6.Quia de Sion exi.lex ô mirabilem prophetiam!Non inquit lex Dei ſe continebit intra Ieroſolymæ muros.non erit ſolum in Iudæa notus Deus.Exibit è Sion.& Ieroſolyma lex & Euangelium. Exibit lex,& tribunal ſuum ſtatuet inter gentes,vt eas iudicet.Exibit verbum Euangelij,& arguet mundum de peccato,iuſtitia,& iudicio.occulta enim cordis audientium manifeſta fiunt,& cadentes in terram Deum adorant. Dictum enim eſt,quod Chriſtus percutiet terram virga oris ſui,&c.Neque verò lex Dei,& Euangelium è Ieroſolymis egreſſa, prope Iudæam conſiſtent:ſed in longinquum progredientur. iuxta verbum Domini,Prædicabitur Euangelium regni in vniuerſo mundo,& verbum Pauli.In omnem terram exiuit ſonus eorum: Et experientiam noſtram: quia nullus ferè eſt adeo longinquus orbis angulus,quo lex & verbum Chriſti non penetrarit.¶Specialis porrò fit de Sione mentio. Quia in cœnaculum,quod erat in Sion,venit Spiritus ſanctus,& efflauit apoſtolos qui verbum Domini per orbem adduxerunt. *Pſal. 75.* *Ioan. 16.* *1.Cor.14.* *Iſai. 11.* *Matt.24.* *Rom. 10.* *Act.1.2.*

Et concident gladios ſuos in vomeres: & haſtas ſuas in ligones. Non ſumet gens aduerſum gentem gladium:& non diſcent vltra belligerare. Dixerat Propheta primum effectum verbi Domini, ſcilicet ibimus in ſemitis eius,id eſt, ambulabimus,ſicut ipſe ambulauit, eius veſtigia ſequentes. Nunc addit ſecundum effectum,ſcilicet pacis ſtudium:odium belli.Non dicit Michæas,fore,vt omnes,vbique & ſemper concident gladios: ſed quod multi.Iam tu oculos coniice in antiquos illos monachos,& heremitas: qui ſæculo relicto,ex deſertis ciuitates faciebant,non arma ſecum ferentes ad bellum:ſed inſtrumenta ad agriculturam.Num non vides concidi gladios, & haſtas:& ex eis ligones præparari?D.Chryſoſtomus docuit nos,infinitam multitudinē monachorum in heremo fuiſſe. Reuera illi carebant armis, vtebantur ligonibus, non diſcebant bellum genere in terra: quia bellum, & violentiam cœlo parabant. Et equidem ſi legem Mahumeti reuoluas, bella præcipi continenter videbis,imò & Dauid præcepit,vt filij Iſrael docerentur arcum & bellum. At Chriſtus ait.Pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis, vt ſi bella geramus,nō geramus ex voluntate:ſed neceſſitate.Hic enim eſt *1.Ioan.2.* *1.Pet. 2.* *D. Chryſoſt.* *Matt. 11.* *2.Reg. 1.* *Ioan.14.*

ſpiritus

ſpiritus Chriſti. Bella ſiquidem voluntaria ex ſpiritu ſunt Nabuchodonoſoris,aut Salmanaſſaris: non verò ex ſpiritu Chriſti ¶Hoc loco cogita lector,quale ſit exercitium viri Chriſtiani deuoti ſcilicet poſt orationem agricultura. id eſt manuarium opus.

Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam: & ſubtus ficum ſuam: & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum loquutum eſt. Et tertius effectus verbi Domini,ſcilicet animus amans agri quietem:fugiens vrbi ſi tumultus:contentus vnica vinea

1.Tim. 6. & vnica ficus:fugiens pondus diuitiarum, quia qui volunt

Eodem. diuites fieri incidunt in laqueum diaboli,& habentes victum

Matt. 10. & quibus tegamur(quæ ex vnica vinea contingere ſolent) his contenti ſumus,imò in his ſecuri ſumus, omnium ma-

Phil.1. lorum timore ſublato.Nec enim timemus qui occidũt cor-

Iacob. 1. pus:eum potius cupiamus diſſolui,& eſſe eum Chriſto: exiſtimantes omne gaudium eſſe,cum variis tentationibus agitamur.¶Da tu mihi animum Apoſtolicum, dabò tibi animum qui bella gerere abominetur:qui iis quæ habet,contentus ſit,& qui nulla ſæculi mala vereatur.Si enim os Domini hęc promiſit, ſine dubio præſtitit. ¶Dices. O quam longe ſunt ab his ſæcula noſtra. Fateor in multis ſunt ab his remotiſſima:at in multis etiam ſunt apertiſſima.ferunt enim hæc ſæcula pios multos in quibus hæc eluceant multũ.

Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſque in nomine Dei ſui. Nos autem ambulabimus in nomine Dei noſtri in æternum & vltra. Credunt Iudæi,credunt Mauri ſe colere Deum. ſed non eſt ille Deus,quem colunt. Nec enim Deus eſt in mendacio, quod illi credunt.At nos ambulamus in nomine veri Dei: in

Rom. 12. ſpiritu veri Dei:in feruore veri Dei:in deuotione veri Dei: ſpiritu feruentes:orationi inſtantes, in cœlis conuerſantes:

Phil.3. terrenorum obliti:vitia abhorrentes:angelicam vitam exercentes.Qui feruor,ſpiritus,& deuotio non finietur cum ſæ-

1.Cor. 13. culo:ſed durabit in omnes æternitates.Ideò enim vita Chri-

Matt. 13. ſtiana eſt regnum cœlorum, quia vſque ad regnum cœlorum continuabitur.

In die illa dicit Dominus congregabo claudicantem: & eam quã eieceram colligam: & quam afflixeram coſolabor. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam. Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc & vſque in æternum. Poſt quam Dauid ſibi multas gentes ſubegerat,

Pſal. 17. dixit.Filij alieni mentiti ſunt mihi,filij alieni inueterati ſunt & claudicauerunt à ſeminis ſuis. id eſt, vt Gabaonitæ venerunt

nerunt ad Ioſuæ ſub mendacio inueterati, & claudicantes: factique ei ſerui:ita Gentiles,admodum Gabaonitarum, fa- *Ioſue. 5.* cti ſunt mihi ſerui.Igitur Gentilitas vocatur mantita, vete- *3.Re.17.* rata,& claudicans,quia vt Elias dixit, In vtramque partem claudicabat. Iam ex Paulo, Gentilitatem eiecerat Deus, vt Iudæi miſericordiam conſequerentur. Ergo Gentilitas erat **Rom. 11.** claudicans,& eiecta.Ait nunc Dominus,Hanc Gentilitatem claudicantem, & eiectam congregabo, colligam, conſolabor non in breue aliquod tempus ſed vt permultum tempus durent eius reliquiæ, ſintque eius filij robuſtiſſimi,ſcilicet Reges & Imperatores.Et ſuper Gentiles hos regnabit Dominus in monte Sion:quia eſt in eo monte templum adhuc,in cœnaculo,vbi Chriſtus cœnauit, & Spiritus ſanctus venit,ex quo loco Dominus regnat, adoratus ibi à *Act. 2.* gentibus peregrinis,quæ adoratio in æternum eſt duratura. *2.Reg. 5.* In Sione illa regnauit Dauid,& eſt ibi adoratus à Iudæis: in eadem regnat Chriſtus,ibi adoratus à Chriſtianis, adorandus etiam vſque ad finem mundi:imò & mundo hoc finito, Sancti è cœlo veniēt in eũ locũ,Chriſti memoriã veneraturi.

Et tu turris gregis nebuloſa,filia Sion vſque ad te veniet. & veniet poteſtas prima,regnum filiæ Ieruſalem. Turris gregis nõ poteſt eſſe arx Sion.tum quia,non poteſt arx Sion filia Siõ vocari,vt hic vocatur.tum quia Turris gregis eſt turris.ſeu oppidum non lõgè à Bethania:vbi violauit Ruben concubinã *Geneſ.36.* patris ſui:& vbi cantarunt Angeli paſtoribus, Chriſto nato: *Luc.2.* Gloria in excelſis Deo,vt Zieglerus annotauit.Calixtus dixit,Turrem gregis diſtare milliario vno à Bethlehem. Ex *Zieglerus* hoc verò loco intelligimus fuiſſe eam turrem nimis excel- *Calixtus.* ſam.Nam pro nebuloſa Hebræa veritas habet excelſa,videtur porrò tam excelſa fuiſſe,vt ſæpe nubibus fuiſſet obtecta ideo nebuloſa vocatur. ¶ Quia igitur Domino naſcente in Bethlehem, claritas Diuina in præſepio reſplenduit, & ad *Luc.2.* Turrem hanc, vbi paſtores cuſtodiebant vigilias noctis, peruenit,ideò Michæas dicit.O tu Turris excelſa,filia & ſubdita Sionis,maieſtas & ſplendida gloria Chriſti,qua primũ in Iudæa refulſit,ad te veniet.non cõtinebitur in ſola Bethlehem,ad te ea claritas pertinget.Dicet infra Propheta, in Bethlehem Chriſtus naſcetur.Nunc dicit,gloria & claritas *Mich. 5.* militiæ cœleſtis, ac ita regnum Chriſti naſcentis, perueniet ad Turrem gregis. ¶ Illud verò,regnum filiæ Ieruſalem credo ita intelligi,ad te veniet regnum Chriſti inchoatum in Bethlehem filia Ieruſalem. ¶ Dices, quorſum propheta

tam

tam expreſſam de turre gregis,fecit mentionem? certè ob
Luc.2. eam cauſam qua Deus paſtores in ea turre paſcentes angelica gloria illuminauit. Qui cauſam intelligit,quare millitia cœleſtis ad paſtores venit:intelliget, quare de ea Michæas prænunciauit.

II. PARS,

Nunc quare mærore contraheris?(2.) *Nunquid Rex non eſt tibi?* (3.) *aut conſiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor ſicut parturientem?*(4.) *Dole, & ſatage filia Sion, quaſi parturiens. Quia nunc egredieris ex ciuitate:*(5.) *& habitabis in regione: & venies vſque ad Babilonem.*(6.) *Ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* ¶ *Et nunc* (7.) *congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ, quæ dicunt,*(8.) *Lapidetur.*(9.) *& aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini: & non intellexerunt conſilium eius.*(10.) *Quia congregauit eos ſicut fænum areæ.* ¶ (11.) *Surge, & tritura filia Sion. Quia cornu tuum ponam ferreum & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos:*(12.) *& interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ.* Expendi hæc verba diu, & nimis, placuit tandem credere hæc à Michæa dicta, aduiĉte Rege Sennache-
4.Re.18. rib contra Iudæam. Senſus igitur huius textus eſt. Nunc ô Iudæa, non eſt quod angaris, & ex mœrore vocifereris. Veniet poſt Sennacherib Nabuchodonoſor propter eius aduentum dole, & ſatage. quia captiua venies in Babyloniam. Licet ibi ſis à Deo liberanda. At nunc congregatæ ſunt gentes multæ cum Sennacherib, quæ cupiunt tuam internecionem ſed non intellexerunt conſilium Domini: qui eas adduxit, vt triturarentur, vt fœnum. Eia ſurge Iudæa tritura gentes illas, & earum ſpolia Domino Deo conſecra in templo ſancto ſuo. Hæc eſt huius literæ textura. ¶ Nunc qua breuitate potero ſingula percurram. 2. Nunquid Rex. ſenſus videtur. Si tibi eſſet Achaz. aut Achab. aut Ieroboam Rex eſſet profecto cauſa timendi. Nunc verò cum ſit tibi Rex Ezechias vir ſanctus & iuſtus, non eſt quod mœrore contraharis? non eſt cauſa vociferandi. Lege hiſtorias Regum Iuda, videbis ſub Rege malo Iudeam ſemper vaſtari. contra, ſub pio Rege re-
4.Re.18. ſtitui. Cur igitur ita doles cum ſit tibi Ezechias tam iuſtus
Zacha.9. Rex tam magnus conſiliarius? Quàm pulchrè hæc nobis
Iſai.8. conueniunt, quibus Chriſtus eſt Rex, iuſtus, & manſuetus?
2.Pa.29. quibus eſt Chriſtus magni conſilij Angelus? ¶ 3. Ezechias

catur

vocatur conſiliarius,quia dedit conſilium diſſipandi vniuer-
ſa idola faciendi ſolenniſs.phaſe: muniendi Ieroſolymam..
Quanto excelſior Chriſtus,qui conſilium dedit diſſipandi 4.Re.21.
vniuerſa idola ſpiritualia?&c.¶4.Dole,& ſatage, ac ſi dice-
ret propter Sennacherib,ne doleas,at propter Nabuchodo-
noſor dole.quia ſub hoc eiicieris è Ieroſolyma,imò ex tota
patria tua.¶5 Tunc, eiecta è ciuitate, habitabis in regio-
ne,id eſt cum noraberis in agris,per quos victor Nabucho-
donoſor te,in patriam rediens abducet. Tandem in Baby-
lonem venies infœlix.¶6.ibi liberaberis Si quæris quomo-
do:certè,ſine equis & armis,quia ſic Dominus promiſit, ſic
etiam præſtabit:vt Cyrus & Darius redeundi tibi in tuam 1.Eſd. 1.
patriam facultatem concedant ¶7 At nunc Sub Sennache- Nehe. 1.
ribe congregatæ ſunt plurimæ gentes,ſcilicet vt minimum
centum octuaginta quinque millia.imò & plurimi alij, 4.Re.19.
qui fugerunt contra mare orientale,& occidentale, vt Ioel Ioelis. 2.
nos docuit ¶.omnes illæ gentes dicebant,Lapidetur Ieroſo-
lyma,quaſſentur eius muri lapidibus ingentibus, quos ia-
ciant noſtra tormenta,vaſtetur Sion,quia rebellis fuit Aſſy-
rio Regi ¶9.Aſpiciat,deſpiciat,rideat,& irrideat oculus no- 4.Re.18:
ſter ſuperbam Ieroſolymam.Hæc ſunt verba hoſtium Ie-
roſolymę.¶10.Sed hi non intellexerunt eos, Dominum in
ea caſtra congregaſſe,vt congregatur fœnum in area. nam
fœnum congregatur,vt trituretur:& illi congregati ſunt in
loco caſtrore, vt etiam triturentur. Dominus enim diſ- Pſal. 32.
ſipat conſilia gentium:& cogitationes populorum.at conſi-
liũ eius manet in æternũ,¶11.Cũ igitur conſiliũ Dñi fuerit
tuos hoſtes,Sion,congregare,vt triturentur,Surge tu: confi-
de:& tritura,non viribus tuis:ſed viribus Angeli: quem tibi
dedi,velut ducem exercitus.eius igitur viribus velut corni-
bus ferreis:& velut vngulis boum æreis,tritura hoſtes tuos. 4.Re.19.
¶12.Ex eorum portò interfectione tu ſume ſpolia,quæ illi
catenus ab aliis rapuerunt:Tu ſume eorum vexilla, eorum
arma,& robur,quæ Domino dedices,& velut Anathema in
eius templo ſuſpendas.

CAP. V.

NVNC vaſtaberis filia latronis:obſidionem poſuerunt ſuper nos in virga percutient maxillam iudicis Iſrael. Proſequitur Michæas his verbis,quod cap.præcedente dicere cœperat.Vt porrò eum intelligamus, aduertendum eſt ex Ioſepho Iero-

ſolyma habuit ſuburbum: quæ Bezetha Hebræè, Latinè
Ioſephus. ciuitas noua dicebatur arbitror de ea nunc fieri mētionem:
lib.6.de eamq;à textu Hebræo vocari filiam turmæ. quia cum tur-
bell.ca.6 ma Iudæorum nō caperetur intra mœnia Ieroſolymæ,ex
ea velut è matre prodit Bezetha, veluti filia vocata verò
eſt à textu Latino filia Latronis:nos Ioſepho docēte, quod
Eodem ea pars Ieroſolymæ,vnde ciuitas illa noua prodierat,& cui
ipſa adiacebat, latrocinia exerceret. ideò Bezetha filia la-
tronis nuncupatur,Lege Ioſephum vbique,videbis quàm
eſſent latrocinijs aſſueti multi Iudæi. Ait ergo nunc Mi-
chæas.ô Bezetha, ô filia turmæ Ieroſolymitanæ intra mœ
nia concluſæ,nunc veniente Sennacheribe, turmis hoſtiū
cingēris:& quia muro cares,ab ijſdem vaſtaberis. Neque
tua vaſtatione erunt illi contenti, obſidionem ponent toti
4.Reg.18 Ieroſolymæ.Neque id ſolum,ſed blaſphemiis.& conuitiis
19. proſcindent Ezechiam iudicem, & Regem Iſraëlis. Nam
4.Reg.19 Thartam,Rabſaris,& Rabſacem eum vocabunt, & eo au-
diente (vt exiſtimo)dicent,Non vos decipiat Ezechias.No
lite eum audire,&c.Quibus verbis eum velut virga in ma
xilla percuſſerunt.Nam dicere verba,quæ dolent.apud He-
Eſai.11 bræos.eſt virga percutere.iuxta illud.Percutiet terram vir-
ga oris ſui:& ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.
¶ At verò Ezechias ſibi ſubditos fideles defendens,ac pro-
Marci.14 pterea in facie percuſſus figura fuit Chriſti,qui vt nos ſibi
Matt.27 ſubiectos.& fideles à Dei ira defenderet, à turmis militum
cingitur.& tum ab eis, tum à principibus Iudçorum in
facie percutitur.

IN ſequentibus verbis Michæas tradit nobis quatuor.
primo aduentum Chriſti. Secundò vaſtationem Aſſy-
Propheo rij propter vaſtationem Ieroſolymæ.Tertiò exaltationem
tia. Machæbeorū.Quartò vaſtationem Iudæorum, quia Chri-
ſtum non receperunt.

ET tu Bethlehem Ephrata,paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio,à diebus æternitatis. Libuit hoc lòco,quędam ex Galatino
producere:vt quæ noſtræ Religioni vehe-
Galat li. menter conducāt, Adducit ille Targum
4.c.13 Ionathę,magnæ apud Iudæos autoritatis,explicans locum
iſtum de Meſſia in hunc modum. Ex te mihi egredietur
Ionathas. &c.id eſt.Ex te coram me egredietur Meſſias. Rabi Hacā-
Hacados. dos totum locum explicat ita.Egreſſus eius ab ini.&c.

Dici

Dicit Propheta, Egreſſus, numero multitudinis, quia duo ſunt Meſſiæ egreſſus: vnus Diuinitatis: qua eſt æterna. ideò dicit ab æterno, alter humanitatis, que in ſuæ matris ſubſtantia extat: quæ, ab hora creationis mundi creata eſt: & icirco ait, à diebus ſæculi. Hactenus Rabi iſte, quē Iudæi, Magiſtrū noſtrū ſanctū vocant. qui verbū noſtræ verſionis ab initio legit ille, ab ęterno. & verbū à diebus æternitatis, legit, & diebus ſęculi Audi nunc ipſum Galatinū ita dicentē. Tu Bethlehem, & ſi in millibus Iuda, minima ſis, tamen ex te primus Rex Iuda, id eſt Dauid, exortus eſt Meſſias etiam *Galat.* qui vltimus erit, ex te mihi egreditur, inquit, vt ipſum ex *Eodem.* humano ſemine generari non debere, oſtenderet. In hoc *1. Re. 16.* etiam geminā eius naturā diuinā, & humanā mira breuita- *17.* te inſinuauit. cū dixit, ex te, eius humanitatem demonſtrauit. Cum verò ait, mihi, eius diuinitatem innuit, Mihi enim inquit, ac ſi diceret. Is homo qui ex te egredietur, mihi, id eſt Diuinitati meę vniri dignus erit: Quod manifeſtius expreſſit dicēs. egreſſus eius ab æterno, à diebus ſæculi. Egreſſus quippe hoc loco pluralis eſt numeri. Senſus ergo eſt. Egreſſus huius Dominatoris ſunt duo: vnus ab æternitate quo ſecundnm Diuinitatem à Patre procedit. alter à diebus ſęculi, quò ſecundum humanitatem à matre prodiit. Quod *Athanaſius.* cū Simbolo Athanaſij optimè cōgruit. Hactenus Galatinus

Addamus nos quædam. Placuit Patri æterno, non ſolum Chriſtum mundo promittere: ſed etiam omnia eius acta, per Prophetas prędicere. Placuit igitur prænuntiare locum vbi eſſet ille naſciturus ſcilicet Bethlehem: Eligitur porrò Bethlehem natali Meſſię. vt veritas figuræ ſpondeat. Naſcitur in Bethlehem Dauid Chriſti figura. naſcitur in Bethlehē Chriſtus, quem Dauid præfigurat.

¶ Quia verò erat duplex Bethlehem, altera in tribu Zabulonis. vt eſt in Ioſue: altera in tribu Iuda, quæ Ephrata dicebatur. vt eſt in Geneſi, de hac vnde fuit Dauid, mentio no- *Ioſue 16* bis eſt. Ideò Michæas Ephrata verbum appoſuit, vt ab altera Bethlehem apertè diſtingueret. Chriſtus enim ad tribū *Gen. 35.* Iuda (vbi erat Ephrata) pertinebat. ¶ De hac dicit Prophe- *48.* ta, Tu Bethlehem, hoc ſolo paruula es, quod non ſunt in te miriades hominum, vt in aliis vrbibus Iudæ, in reliquo paruula non es Siquidem ex te mihi orietur, &c. Hunc eſſe genuinum huius loci ſenſum, habemus ex Matthæo, qui expoſuit. vt nos. ſcilicet, tu Bethlehem nequaquam minimas es: ſ. dignitate, & ſplendore Dauidis prius, Chriſti vlti *Matt. 2*

ederunt carnē populi mei: & pellem eorū deſuper excoriauerūt: & oſſa eorum confregerunt. Et conſiderunt, ſicut in lebete: & quaſi carnem in medio ollæ. Id eſt, Principes ſunt oculi, & aures, & denique populi caput. Ideò hoc loco Hebræus, pro principes Iacob habet capita Iacob. At verò profectò caput & oculi, & aures proſpiciunt & quærunt, quod toti corpori congruum & iuſtum eſt, cauent verò quod noxium erit. Cur igitur vos capita populi non quæritis quod populo eſt æquum & iuſtum? Imò contra, populum excoriatis: carnem eorum aufertis: eius oſſa confringitis, in fruſtra conciditis: in lebetem, ſeu ollam coquenda coniicitis. Si hanc Parabolam nō
Ezech.34 intelligis, audi aliam. Væ paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos. Lac comedebatis: & lanis operiebamini: quod craſ-
Ierem.24 ſum erat occidebatis, &c. Audi aliam iterum, Væ paſtoribus qui diſpergunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ. A-
Chaldæus perit Parabolam Chaldæus interpres dicens, Diripientes ſubſtantiam populi eius: & diuitias eorum pretioſas auferentes. Qui expoliant facultates populi mei: & pecuniam pretioſam ab eis auferunt: & reliquias eorum conſumentes & comminuentes, vt comminuuntur membra intra ollam & particula intra lebetem. Et equidem ſi principes illi veſtem, & pallium à populo auferebant: ſi ſecurè tranſeuntes
Mich.2 aggrediebantur, iam intelligis, quomodo oſſa populi com-
Amos. 8 minuerent. Lege etiam quæ ſupra dixit Amos,

Tunc clamabunt ad Dominum: & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Cum hæc Propheta prænunciaret, oculis mentis videbat cladem his principibus venturā, ac ideò di-
Luc.11 cit. Tunc clamabūt & nō exaudientur. ¶ At dices Nunquid
Marci.11 non omnis qui petit, accipit? & pulſanti aperietur? Et quæcunque orātes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Reſpondeo, ſi ſceleſtus eſt, & in tuo ſcelere perſeueras, nō eſt cur confidas te exaudiendum. Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multi-
Iſai 1 plicaueritis orationē, non exaudiam. Cur ita? Manus veſtræ
Tho.2.2 plenæ ſanguine ſunt. Lauamini, mundi eſtote, & venite ar-
q.83. art. guite me, & illud adde, quando bona temporalia petuntur
16.17 quæ ad æterna neceſſaria non ſunt non neceſſario, qui ea
Auguſt. petit accipit, ſed aliquando peccata, quæ admiſimus, pro-
lib. ſent. merentur, ne hęc petentes audiamur. Lege D. Tho. Augu-
Proſperi. ſtinū & Baſilium. ſed maximè lege prouerbiorum primò, vbi dicitur. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam.

II. PARS.

Hæc dicit Dominus ſuper Prophetas, qui ſeducunt populum meum. Qui mordent dentibus ſuis: & prædicant pacem. Et ſi quis non dederit in ore eorum quippiam: ſanctificant ſuper eum prælium. Dixi
aliàs, fuiſſe Iudęis, religioſos, in domo communi viuentes, *Amos 7*
vni ſuperiori obedientes. vocabantur hi filij Prophetarum:
vt & ſui ſuperiores Prophetę vocabantur, & vt plurimum
erant. Lege li. 4. Regum. Porrò vt inter noſtros religioſos *4. Reg. 2.*
alij ſunt ſancti: alij verò ſeducunt populum, & venientes *Matt. 7*
in veſtibus ouium, intrinſecus ſunt lupi rapaces: ita multi inter religioſos illos Iudæos erant falſæ Prophetæ, ſeducentes populum. Qui cũ canes eſſe debuiſſent arcentes luporum truculentam rabiem, ipſi potius mordebant gregem: licet pacem prædicarent:: lingua. n. pacẽ prædicãt ſed dentibus mordẽt. Et niſi ori eorũ inieceris offam, ꝙ optãt, prælıũ tibi excitabunt: ſanctitatis ſpeciem obiicientes: fulminibus maledictionum, extertentes. ¶ Vix in hac vita magis mortales optamus. quàm noſſe futura. Quod cum Dei proprium ſit, id tempore legis antiquę in gratiam Iudæorum, & vt eos in fide contineret, ſuis Prophetis communicabat. Dicebant hi futura. Hoc munus, vt honorificum, & ſi illi vellent, quęſtuoſum, plurimi ſibi falſo vſurpabant, Sed
à fructibus eorum cognoſcetis eos. Si enim mordent, ſi *4. Reg. 16.*
bella parant, lupi ſunt, non Prophetæ. Lege obſecro, 3. Regum.

Propterea, nox vobis pro viſione erit: & tenebræ vobis. pro diuinatione: Et occumbet Sol ſuper Prophetas: & obtenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones: & confundentur diuini. & operient omnes vultus ſuos, quia non eſt reſponſum Dei. Deus lar-
gitur prophetiam Prophetæ in lumine. Nam infundit lu- *1. Reg. 9*
men imaginationi: qua illuſtrata, illuſtratur etiam intelle- *Amos. 7*
ctus: qui in eo lumine videt, quæ Deus vult reuelare. Ideò
olim vocabantur Prophetæ videntes Lege multa apud *Tho. 2. 2*
Tho. 2. 2. Michæas igitur hoc lumine colluſtratus, prædicit *q. 173.*
falſis prophetis futuram eis noctem pro lumine Dei. Id eſt *art. 2*
non modo non dabit Deus vobis lumen ſuum: imò verò permittet intellectum veſtrum magis excęcari: & in rebus
clariſsimis viſum amitiſſe. Iuxta illud, In quibus Deus *2. Cor. 4.*
huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, &c. & item, Ob- *Rom. 1.*
ſcuratum eſt inſipiens cor eorum. & excæca cor populi
huius, vt videntes non videãt. Tũ permittet Deus, vos falſis *Iſai. 6.*
viſionibus decipi. vt Angelus Sathanæ trãsfiguret ſe in An- *2 Cor. 11*
gelum

gelum lucis.ac ideò oriente vobis Sathana verus Sol Deus vobis occumbet:& dæmonis nocte vos operiente lux ſan cta deficiet.Porrò prophetantibus vobis futura:& his minimè contingẽtibus,vos erubeſcetis. videlicet,quia dixiſtis
Vide reſponſa veſtra,reſponſa eſſe Dei.vt contigit Sedechie fi-
zach.13 lio Chananææ.
3.Reg.vl.

III. PARS.

Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini,iudicio, & virtute:vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuũ. Id eſt,Longiſſimè abſum à prophetis falſis. Nam plenus ſum ſpiritu Dei fortiſſimo, tum plenus ſum iudicio, quo quid ſum repræhenſurus intelligo. demum omnis timor receſſit à me:plenus enim ſum virtute,& audacia,vt Iacob, & Iſraeli vniuerſo, ſua peccata & ſcelera carpã. ¶ Habes Lector qualis eſſe debeat populi concionator, ſcilicet ple-
Eſai.61 nus ſpiritu Dei.iuxta illud,Spiritus Domini ſuper me: eo quod vnxerit me:ad annunciandũ pauperibus miſit me,Tũ
Ierem.1 plenus ſit ſcientia Domini,& iudicio eius,ſcilicet, vt ver-
Ezech.3 ba Dei cum Ieremia receperit, & librũ cum Ezechiele vo-
Ierem.1 cauerit.Demũ plenus ſit virtute.vt ſit ciuitas munita:colũna
Matt. ferrea:murus æneus.Nam Chriſtus ſuos Apoſtolos fecit lucem mundi.quantum ad iudicium:& ciuitatem ſuper montem collocatam,quantum ad robur.

Audite hoc principes domus Iacob, & Iudices domus Iſrael.(1.) qui abominabimini iudicium: & omnia recta peruertitis.(2.) Qui ædificatis Sion in ſanguinibus: & Ieruſalem in iniquitate.(3.) Principes eius in muneribus iudicabant.(4.) & ſacerdotes eius in mercede docebant.(5.) & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant dicentes, Nunquid non Dominus medio noſtrũ? non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri,Sion quaſi ager arabitur: & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit: & mons templi in excelſa ſyluarum. Audis lector virtutem Michææ:fortitudinem ſpiritus? Audis ſcelera in mediam lucem publicata? Audis Principes,Sacerdotes,& prophetas traductos? Audis eorum ingentia ſcelera? ſcelera verò ſunt. 1.abominari iudicia.legesque Dei:easque in propria cũmoda detorquere.2.ædificare domos,& palacia in arce Sion, & in vrbe Ieruſalem ex ſanguine pauperum: quos excoriatis (ait) quorum carnes detrahitis, quorum oſſa comminuitis vt hoc capitulo dictum eſt,3.Iudicare propter munera.4.Simonia
Mich.3 in doctrina,5. Simonia in prophetia. Eſt enim Simonia.

nia vendere aut verbum Dei,aut eius prophetiam.Licet,nõ *Silueſter*
ſit Simonia pro vttoque eleemoſynam ſumere ad ſuſtenta- *Simoni.*
tionem , Subdit Propheta,& cum his ſceleribus ſitis coin- *8.9*
quinati , nihilominus præſumitis de Deo,dicentes, Habe-
mus Deum in templo noſtro:vbi colimus eum. minimè e-
uenient mala,quæ nobis hic Propheta prænuntiat.Ah verò
quã contra contingetlveſtri cauſſa Deus faciet, vt Sion di-
ruatur& aretur & ditutis domibus Ieroſolymæ pulchti ea-
rum lapides in aceruos ab agricolis colligantur. ſ. vt libet *Micha.1*
ſit locus oleribus(quod de Samaria dictum ſupra eſt.) De-
mum mons Moria,vbi templum illud magnificentiſſimum
Salomon ædificauit , redigetur in ſyluam,quia per ſeptua-
ginta annos tranſmigrationis mons ille ſine ædificio ma-
nebit,ac ideò liberè factus eſt ſylua.lege lib.4.Reg videbis *4.Reg.vl.*
hæc omnia ferè completa. Lege locum pſal. Poſuerunt Ie-
ruſalem in pomorum cuſtodiam.ſ.in hortos,vbi poma ſer-
uantur.¶ Nota lector , Hæc Prophetia dicta eſt populo Iu- *Ierem.26*
dæo,ſub Ezechia Rege Iudæ vt expreſsè habetur in Iere-
mia.Et Nabuchodonoſor prophetiam impleuit.

CAPVT IIII.

PArte priore Chriſti aduentus illuſtriſſimè deſcribitur. *Protheoria.*
Poſteriore hiſtoria texitur.

ET erit,(1.)*In nouiſſimo dierum erit(2.)mons domus Domini.(3.)præparatus in vertice montium: & ſublimis ſuper colles,(4.) & fluent ad eum populi : & properabunt gentes multæ.(5.) & dicent.*
VENITE aſcendamus ad montem Domini: & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de viis ſuis: & ibimus in ſemitis eius.(6.) Quia de Sion exibit lex : & verbum Domini de Ieruſalem & iudicabit inter populos multos : & corripiet gentes fortes vſque ad longinquum. Si libet uidere , lege obſecro lector argumenta
Hebræorum,quę ex hoc loco Rabini contra nos texunt:&
ſi libet multa ſcire, & his argumentis pulchra reſponſa co- *Galati.li.*
gnoſcere lege Galatinum,lib.5.arcanorum.Nobis verò ani- *5.de arch.*
mus eſt ſeriò textum hunc,& ſimul textum Iſaiæ.pro virili *c.1.2.3.&*
explanare. *inde.*

¶ 1.Tres dies lector agnoſce diem. ſ. legis naturę:diem *Iſai.2.*
legis veteris:diẽ legis gratię.Cũ enim(vt in Geneſi dicitur) *Geneſ.1*
Deus vocarit lucẽ diẽ,&tenebras noctẽ:& lux ſit lex(vt Sa-
lomõ nos in prouerbiis docuit) ſit vt tres leges,tres dies ef- *Prou.6*
fece-

fecerint.lex ſcilicet naturæ, primum diem. lex vetus ſecundum.lex gratiæ tertium atque nouiſſimum.Ideò Ioan. dicit.
1.Ioan.2. Fratres nouiſſima hora eſt.& Paulus,nos,in quos fines ſæculorum
1.Cor.10. deuenerunt.Ait nunc Propheta,in hoc nouiſſimo die qui dies & hora Chriſti eſt,erit mons domus Domini præparatus.¶2.Mons domus Domini eſt mons,in quo ædificata fuit domus Domini,id eſt,templum Salomonis.Vbi intellige lector Ieroſolymam totam fundatam in ſupino dorſo montis, vt Zieglerus ait. In capite huius,montis erat arx
Ziegler Sion.in medio montis erat olim mons Moria:ſed eius celſitudo cōplanata eſt , vt in eo melius conſiſteret templum.vt
Ioſephus. lib. 6. de bell.c.6. Ioſephus ait. In imo huius templi erat ad Orientem Gethſemani,vbi Chriſtus ſudauit,& comprehenſus eſt. ad Occidentem verò erat mons Caluaria:vbi Chriſtus crucifixus eſt prope quem locum eſt S.Sepulchrum.De hoc monte corpo-
Ioan. 20. rali,& terreſtri::anropere tamen per Chriſtum illuſtrato,hoc loco mentio eſt.¶3.Et dicit Propheta,In nouiſſimo die, ſcilicet in exortu diei Euangelici,mons ille erit præparatus,id eſt,exaltatus ſuper omnes colles,dignior. ſcilicet omnibus, eis:ſumpta dignitate à Chriſti præſentia,ſicut & dictum eſt,
Agge.2. Maior erit gloria huius domus , quam prioris.ſcilicet quia Chriſtus ingreſſus eſt in poſteriorem:non verò in priorem. & mons ille exaltatus eſt ſplendore,ſuper omnes colles,quia in eius ſummo Euchariſtiam inſtituit: & in eodem ſummo Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos miſſus eſt. In eius montis medio,id eſt in templo,Chriſtus frequentiſſimas conciones habuit.In eius imò ad Orientem,ſudauit & orauit:ad Occi-
Matt.26. dentem vero crucifixus,& ſepultus eſt.Num non hic mons cæteros montes longè præcellit?¶4.Hac ratione , fluent in-
Ioan. 19. quit ad eum populi & gentes.ſiquidem tempore quo Chriſtus verſabatur in terra,fluebant ad eum populi,eum prædicantem audituri. poſt eius verò aſcenſionem fluūt ex omni-
Luc. 21. bus partibus terræ Chriſtiani,ſancta loca viſitaturi. vt expe-
Matt. 4. rientia nos docet.¶5.Porrò Chriſto inter Iudæos viuente,& eius celeberrima fama perſonnante, prouocabant ſe populi ad eum audiendum,dicentes. Venite aſcendamus ad mon-
Ioan. 15. tem,in quo templum Dei eſt : vt ibi doceat ille nos de viis ſuis ſcilicet de ſua patientia,humilitate,charitate:ab eo tantopere,& ſermone,& opere illuſtratis,per quas ille iuit,& vt nos itemus admonuit.Et reuera Chriſto audito, multi ibant per ſemitas illas.Rurſum pij Chriſtiani prouocant ſe vt adeant loca Ieroſolymæ ſacra,dicentes,Venite, viſitemus lo-

ta illa pietate pleniſſima, in quibus Chriſtus adhuc intimè docet peregrinos de viis ſuis.ſcilicet de contemptu ſæcularium: de inquiſitione æternorum:& reuera multi ex his,qui loca illa conſpexerunt,ex deuotione inde concepta, ambulant poſteà in ſemitis domini.¶6.Quia de Sion exi.lex ô mirabilem prophetiam!Non inquit lex Dei ſe continebit intra Ieroſolymæ muros.non erit ſolum in Iudæa notus Deus.Exibit è Sion.& Ieroſolyma lex & Euangelium. Exibit lex,& tribunal ſuum ſtatuet inter gentes,vt eas iudicet.Exibit verbum Euangelij,& arguet mundum de peccato,iuſtitia,& iudicio.occulta enim cordis audientium manifeſta fiunt,& cadentes in terram Deum adorant. Dictum enim eſt,quod Chriſtus percutiet terram virga oris ſui,&c.Neque verò lex Dei,& Euangelium è Ieroſolymis egreſſa, prope Iudæam conſiſtent:ſed in longinquum progredientur.iuxta verbum Domini,Prædicabitur Euangelium regni in vniuerſo mundo,& verbum Pauli.In omnem terram exiuit ſonus eorum: Et experientiam noſtram: quia nullus ferè eſt adeo longinquus orbis angulus,quo lex & verbum Chriſti non penetrarit.¶Specialis porrò fit de Sione mentio. Quia in cænaculum,quod erat in Sion,venit Spiritus ſanctus,& efflauit apoſtolos qui verbum Domini per orbem adduxerunt.

Pſal. 75. *Ioan. 16.* *1.Cor.14.* *Iſai. 11.* *Matt.24.* *Rom. 10.* *Act.1.2.*

Et concident gladios ſuos in vomeres: & haſtas ſuas in ligones. Non ſumet gens aduerſum gentem gladium: & non diſcent vltra belligerare. Dixerat Propheta primum effectum verbi Domini, ſcilicet ibimus in ſemitis eius,id eſt, ambulabimus,ſicut ipſe ambulauit, eius veſtigia ſequentes. Nunc addit ſecundum effectum,ſcilicet pacis ſtudium:odium belli.Non dicit Michæas,fore,vt omnes,vbique & ſemper concident gladios: ſed quod multi.Iam tu oculos coniice in antiquos illos monachos,& heremitas: qui ſæculo relicto,ex deſertis ciuitates faciebant,non arma ſecum ferẽtes ad bellum:ſed inſtrumenta ad agriculturam.Num non vides concidi gladios, & haſtas:& ex eis ligones præparari?D.Chryſoſtomus docuit nos,infinitam multitudinẽ monachorum in heremo fuiſſe. Reuera illi carebant armis, vtebantur ligonibus, non diſcebant bellum gerere in terra: quia bellum, & violentiam cœlo parabant. Et equidem ſi legem Mahumeti reuoluas, bella præcipi continenter videbis,imò & Dauid præcepit,vt filij Iſrael docerentur arcum & bellum. At Chriſtus ait.Pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis, vt ſi bella geramus,nõ geramus ex voluntate:ſed neceſſitate.Hic enim eſt

1.Ioan.2. *1.Pet. 2.* *D. Chryſoſt.* *Matt. 11.* *2.Reg. 1.* *Ioan.14.*

ſpiritus

ſpiritus Chriſti. Bella ſiquidem voluntaria ex ſpiritu ſunt Nabuchodonoſoris,aut Salmanaſſaris: non verò ex ſpiritu Chriſti ¶Hoc loco cogita lector,quale ſit exercitium viri Chriſtiani deuoti ſcilicet poſt orationem agricultura. id eſt manuarium opus.

Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam: & ſubtus ficum ſuam: & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum loquutum eſt. Et tertius effectus verbi Domini,ſcilicet animus amans agri quietem:fugiens vrbis tumultus:contentus vnica vinea

1.Tim. 6. & vnica ficus:fugiens pondus diuitiarum, quia qui volunt

Eodem. diuites fieri incidunt in laqueum diaboli,& habentes victum

Matt. 10. & quibus tegamur(quæ ex vnica vinea contingere ſolent) his contenti ſumus,imò in his ſecuri ſumus, omnium ma-

Phil.1. lorum timore ſublato.Nec enim timemus qui occidũt cor-

Iacob. 1. pus:eum potius cupiamus diſſolui,& eſſe cum Chriſto: exiſtimantes omne gaudium eſſe,cum variis tentationibus agitamur.¶Da tu mihi animum apoſtolicum, dabò tibi animum qui bella gerere abominetur:qui iis quæ habet,contentus ſit,& qui nulla ſæculi mala vereatur.Si enim os Domini hęc promiſit, ſine dubio præſtitit. ¶Dices. O quam longe ſunt ab his ſæcula noſtra. Fateor in multis ſunt ab his remotiſſima:at in multis etiam ſunt apertiſſima.ferunt enim hæc ſæcula pios multos in quibus hæc eluceant multũ.

Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſque in nomine Dei ſui. Nos autem ambulabimus in nomine Dei noſtri in æternum & vltra. Credunt Iudæi,credunt Mauri ſe colere Deum. ſed non eſt ille Deus,quem colunt. Nec enim Deus eſt in mendacio, quod illi credunt.At nos ambulamus in nomine veri Dei: in

Rom. 12. ſpiritu veri Dei:in feruore veri Dei:in deuotione veri Dei: ſpiritu feruentes:orationi inſtantes, in cœlis conuerſantes:

Phil.3. terrenorum obliti:vitia abhorrentes:angelicam vitam exercentes.Qui feruor,ſpiritus,& deuotio non finietur cum ſæ-

1.Cor. 13. culo:ſed durabit in omnes æternitates.Ideò enim vita Chri-

Matt. 13. ſtiana eſt regnum cœlorum, quia vſque ad regnum cœlorum continuabitur.

In die illa dicit Dominus congregabo claudicantem: & eam quã eiecceram colligam: & quam afflixeram coſolabor. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam. Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſque in æternum. Poſt quam Dauid ſibi multas gentes ſubegerat,

Pſal. 17. dixit.Filij alieni mentiti ſunt mihi,filij alieni inueterati ſunt & claudicauerunt á ſemitis ſuis. id eſt, vt Gabaonitæ ve

nerunt

nerunt ad Ioſuæ ſub mendacio inueterati, & claudicantes: factique ei ſerui:ita Gentiles,admodum Gabaonitarum, facti ſunt mihi ſerui.Igitur Gentilitas vocatur mantita, veterata,& claudicans,quia vt Elias dixit, In vtramque partem claudicabat. Iam ex Paulo, Gentilitatem eiecerat Deus, vt Iudæi miſericordiam conſequerentur. Ergo Gentilitas erat claudicans,& eiecta.Ait nunc Dominus,Hanc Gentilitatem claudicantem, & eiectam congregabo, colligam, conſolabor non in breue aliquod tempus ſed vt permultum tempus durent eius reliquiæ, ſintque eius filij robuſtiſſimi,ſcilice Reges & Imperatores.Et ſuper Gentiles hos regnabit Dominus in monte Sion:quia eſt in eo monte templum adhuc,in cœnaculo,vbi Chriſtus cœnauit, & Spiritus ſanctus venit,ex quo loco Dominus regnat, adoratus ibi à gentibus peregrinis,quę adoratio in æternum eſt duratura. In Sione illa regnauit Dauid,& eſt ibi adoratus à Iudæis: in eadem regnat Chriſtus,ibi adoratus à Chriſtianis, adorandus etiam vſque ad finem mundi:imò & mundo hoc finito, Sancti é cœlo veniẽt in eũ locũ,Chriſti memoriã veneraturi. *Ioſue. 5.* *3.Re.17.* *Rom. 11.* *Acto. 2.* *2.Reg. 5.*

Et tu turris gregis nebuloſa,filia Sion vſque ad te veniet. & veniet poteſtas prima,regnum filiæ Ieruſalem. Turris gregis nõ poteſt eſſe arx Sion.tum quia,non poteſt arx Sion filia Siõ vocari,vt hic vocatur.tum quia Turris gregis eſt turris.ſeu oppidum non lõgè à Bethania:vbi violauit Ruben concubinã patris ſui:& vbi cantarunt Angeli paſtoribus, Chriſto nato: Gloria in excelſis Deo,vt Ziegletus annotauit.Calixtus dixit,Turrem gregis diſtare milliario vno à Bethlehem. Ex hoc verò loco intelligimus fuiſſe eam turrem nimis excelſam.Nam pro nebuloſa Hebræa veritas habet excelſa,videtur porrò tam excelſa fuiſſe, vt ſæpe nubibus fuiſſet obtecta ideo nebuloſa vocatur. ¶ Quia igitur Domino naſcente in Bethlehem, claritas Diuina in prçſepio reſplenduit, & ad Turrem hanc, vbi paſtores cuſtodiebant vigilias noctis, peruenit,ideò Michæas dicit.O tu Turris excelſa,filia & ſubdita Sionis,maieſtas,& ſplendida gloria Chriſti,qua primũ in Iudæa refulſit,ad te veniet.non cõtinebitur in ſola Bethlehem,ad te ea claritas pertinget.Dicet infra Propheta, in Bethlehem Chriſtus naſcetur.Nunc dicit,gloria & claritas militiæ cœleſtis, ac ita regnum Chriſti naſcentis, perueniet ad Turrem gregis ¶ Illud verò,regnum filiæ Ieruſalem credo ita intelligi,ad te veniet regnum Chriſti inchoatum in Bethlehem filia Ieruſalem. ¶ Dices, quorſum propheta *Geneſ. 36.* *Luc. 2.* *Zieglerus* *Calixtus.* *Luc. 2.* *Mich. 5.*

tam

tam expreſſam de turre gregis,fecit mentionem? certè ob
Luc.2. eam cauſam qua Deus paſtores in ea turre paſcentes ange-
lica gloria illuminauit.Qui cauſam intelligit,quare millitia
cœleſtis ad paſtores venit:intelliget, quare de ea Michææ
pronunciauit.

II. PARS,

Nunc quare mœrore contraheris?(2.)Nunquid Rex non eſt tibi?
(3.)aut conſiliarius tuus periit?quia comprehendit te dolor ſicut parturientem?(4.)Dole,& ſatage filia Sion,quaſi parturiens. Quia nunc egredieris ex ciuitate:(5.)& habitabis in regione: & venies vſque ad Babilonem.(6.)Ibi liberaberis:ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.¶*Et nunc (7.) congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ,quæ dicunt,(8.)Lapidetur.(9.)& aſpiciat in Sion oculus noſter.Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini:& non intellexerunt conſilium eius.(10.)Quia congregauit eos ſicut fœnum areæ.* ¶*(11.)Surge,& tritura filia Sion.Quia cornu tuum ponam ferreum & vngulas tuas ponam æreas:& comminues populos multos:(12.)& interficies Domino rapinas eorum,& fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ.*Expendi hæc verba diu, & nimis,placuit tandem credere hæc à Michæa dicta,aduéte Rege Sennache-
4.Re.18. rib contra Iudæam. Senſus igitur huius textus eſt. Nunc ô
Iudæa,non eſt quod angaris,& ex mœrore vociferēris. Venit poſt Sennacherib Nabuchodonoſor propter eius aduētum dole,& ſatage.quia captiua venies in Babyloniam. Licet ibi ſis à Deo liberanda.At nunc congregatæ ſunt gentes multæ cum Sennacherib,quæ cupiunt tuam internecionem ſed non intellexerunt conſilium Domini:qui eas adduxit,vt triturarentur,vt fœnum.Eia ſurge Iudæa tritura gentes illas,& earum ſpolia Domino Deo conſecra in templo ſancto ſuo.Hæc eſt huius literæ textura.¶Nunc qua breuitate potero ſingula percurram. 2.Nunquid Rex.ſenſus videtur.Si tibi eſſet Achaz.aut Achab.aut Ieroboam Rex eſſet profecto cauſa timendi.Nunc verò cum ſit tibi Rex Ezechias vir ſanctus & iuſtus,non eſt quod mœrore contraharis?non eſt cauſa vociferandi.Lege hiſtorias Regum Iuda, videbis ſub Rege malo Iudeam ſemper vaſtari.contra,ſub pio Rege re-
4.Re.18. ſtitui.Cur igitur ita doles cum ſit tibi Ezechias tam iuſtus
Zacha.9. Rex tam magnus conſiliarius? Quàm pulchrè hæc nobis
Iſai.8. conueniunt,quibus Chriſtus eſt Rex, iuſtus, & manſuetus?
2.Pa.29. quibus eſt Chriſtus magni conſilij angelus?¶3. Ezechias
catur

vocatur conſiliarius,quia dedit conſilium diſſipandi vniuerſa idola faciendi ſolennifs.phaſe: muniendi Ieroſolymam.. Quanto excelſior Chriſtus,qui conſilium dedit diſſipandi vniuerſa idòla ſpiritualia?&c.¶4.Dole,& ſatage, ac ſi diceret propter Sennacherib,ne doleas,at propter Nabuchodonoſor dole.quia ſub hoc eiicieris è Ieroſolyma,imò ex tota patria tua.¶5 Tunc, eiecta è ciuitate, habitabis in regione,id eſt com moraberis in agris,per quos victor Nabuchodonoſor te,in patriam rediens abducet. Tandem in Babylonem venies infœlix.¶6.ibi liberaberis Si quæris quomodo:certè,ſine equis & armis,quia ſic Dominus promiſit, ſic etiam præſtabit:vt Cyrus & Darius redeundi tibi in tuam patriam facultatem concedant ¶7.At nunc Sub Sennacheribe congregatæ ſunt plurimæ gentes,ſcilicet vt minimum centum octuaginta quinque millia.imò & plurimi alij, qui fugerunt contra mare orientale,& occidentale, vt Ioel nos docuit 8.omnes illæ gentes dicebant,Lapidetur Ieroſolyma,quaſſentur eius muri lapidibus ingentibus, quos iaciant noſtra tormenta.vaſtetur Sion.quia rebellis fuit Aſſyrio Regi ¶9.Aſpiciat,deſpiciat,rideat,&irrideat oculus noſter ſuperbam Ieroſolymam.Hæc ſunt verba hoſtium Ieroſolymę.¶10.Sed hi non intellexerunt eos, Dominum in ea caſtra congregaſſe,vt congregatur fœnum in area. nam fœnum congregatur,vt trituretur:& illi congregati ſunt in loco caſtrorum, vt etiam triturentur. Dominus enim diſſipat conſilia gentium:& cogitationes populorum.at conſiliũ eius manet in æternũ,¶11.Cũ igitur conſiliũ Dñi fuerit tuos hoſtes,Sion,congregare,vt triturentur,Surge tu: confide:& tritura,non viribus tuis:ſed viribus Angeli: quem tibi dedi,velut ducem exercitus.eius igitur viribus velut cornibus ferreis:& velut vngulis boum æreis,tritura hoſtes tuos. ¶12.Ex eorum porrò interfectione tu ſume ſpolia,quæ illi eatenus ab aliis rapuerunt:Tu ſume eorum vexilla, eorum arma,& robur,quæ Domino dedices,&velut Anathema in eius templo ſuſpendas.

4.Re.xl. *1.Eſd. 1.* *Nehe. 1.* *4.Re.19.* *Ioelis. 2.* *4.Re.18:* *Pſal. 32.* *4.Re.19.*

CAP. V.

NVNC vaſtaberis filia latronis:obſidionem poſuerunt ſuper nos in virga percutient maxillam iudicis Iſrael. Proſequitur Michæas his verbis,quod cap.præcedente dicere cœperat.Vt porrò eum intelligamus, aduertendum eſt ex Ioſepho Ieroſolyma

Dicit Propheta, Egreſſus, numero multitudinis, quia duo ſunt Meſſiæ egreſſus: vnus Diuinitatis: qua eſt æterna. ideò dicit ab æterno, alter humanitatis, que in ſuæ matris ſubſtantia extat: quæ, ab hora creationis mundi creata eſt: & iccirco ait, à diebus ſæculi. Hactenus Rabi iſte, quẽ Iudæi, Magiſtrũ noſtrũ ſanctũ vocant. qui verbũ noſtræ verſionis ab initio legit ille, ab ęterno. & verbũ à diebus æternitatis, legit, & diebus ſęculi Audi nunc ipſum Galatinũ ita dicentẽ. Tu Bethlehem, & ſi in millibus Iuda, minima ſis, tamen ex te primus Rex Iuda, id eſt Dauid, exortus eſt Meſſias etiam *Galat.* qui vltimus erit, ex te mihi egreditur, inquit, vt ipſum ex *Eodem.* humano ſemine generari non debere, oſtenderet. In hoc *1. Re. 16.* etiam geminã eius naturã diuinã, & humanã mira breuitate *17.* te inſinuauit. cũ dixit, ex te, eius humanitatem demonſtrauit. Cum verò ait, mihi, eius diuinitatem innuit, Mihi enim inquit, ac ſi diceret. Is homo qui ex te egredietur, mihi, id eſt Diuinitati meę vniri dignus erit: Quod manifeſtius expreſſit dicẽs. egreſſus eius ab æterno, à diebus ſæculi. Egreſſus quippe hoc loco pluralis eſt numeri. Senſus ergo eſt. Egreſſus huius Dominatoris ſunt duo: vnus ab æternitate quo ſecundum Diuinitatem à Patre procedit. alter à diebus ſęculi, quò ſecundum humanitatem à matre prodiit. Quod *Athanaſius* cũ Simbolo Athanaſij optimè cõgruit. Hactenus Galatinus.

Addamus nos quædam. Placuit Patri æterno, non ſolum Chriſtum mundo promittere: ſed etiam omnia eius acta, per Prophetas prędicere. Placuit igitur prænuntiare locum vbi eſſet ille naſciturus ſcilicet Bethlehem: Eligitur porrò Bethlehem natali Meſſię, vt veritas figuræ reſpondeat. Naſcitur in Bethlehem Dauid Chriſti figura. naſcitur in Bethlehẽ Chriſtus, quem Dauid præfigurat.

¶ Quia verò erat duplex Bethlehem, altera in tribu Zabulonis. vt eſt in Ioſue: altera in tribu Iuda, quæ Ephrata dicebatur. vt eſt in Geneſi, de hac vnde fuit Dauid, mentio no- *Ioſue 16* bis eſt. Ideò Michæas Ephrata verbum appoſuit, vt ab altera Bethlehem apertè diſtingueret. Chriſtus enim ad tribũ *Gen. 35.* Iuda (vbi erat Ephrata) pertinebat. ¶ De hac dicit Prophe- *48.* ta, Tu Bethlehem, hoc ſolo paruula es, quod non ſunt in te miriades hominum, vt in aliis vrbibus Iudæ, in reliquo paruula non es Siquidem ex te mihi orietur, &c. Hunc eſſe genuinum huius loci ſenſum, habemus ex Matthæo, qui expoſuit. vt nos, ſcilicet, tu Bethlehem nequaquam minimas es: ſ. dignitate, & ſplendore Dauidis prius, Chriſti vlti- *Matt. 2.*

mo ex te naſcentium.¶ Ex te mihi, id eſt, ex te orietur mihi, in gloriam meam, in beneplacitum meum. Sanè quiuis mortalium aliquid facit ſibi: aliquid facit in commodum, & vtilitatem ſuam. At Chriſtus pleniſſimè nudus à ſe, totum ſe in Patris voluntatem transfudit: Patri egreſſus eſt,
Io.4.5.6. non ſibi. Ita ille, Nō veni, vt faciā volūtatem meā: ſed Patris
Luc.22. & rurſum, Non mea voluntas fiat: ſed tua. Ita & Paulus, Sū
Roma.1. Apoſtolus Chriſti, qui factus eſt ei. & Dauid nomine Chri-
Pſal.21. ſti, & anima mea illi viuet. Hæc porrò Theologia ab ali-
Taulerus. quo Taulero explicanda erat.¶ Cum audis ex te mihi egre-
Pſalm.18. dietur, ſubeat memoriam tuam verbum Pſalmi, Ipſe tanquā
Pſal.44. ſponſus procedens ex thalamo ſuo, ezultauit vt gigas, ad currendam viam ſuam. Egreſſus igitur eſt, velut ſponſus: vt gigas, exultās ad currendam viam. ſubeat etiam illud, Specie tua, & pulchritudine tua, procede, & regna, ac ſi diceret, egredere. regna.¶ Egredietur ait, qui ſit dn̄ator in Iſrael,
Kimhi. Repugnat R. Dauid Kimhi, ſi Chriſtus Chriſtianorum nō eſt dominatus Iſraeli, quomodo ei hæc prophetia cōueniet? Conueniet profectò, quia prophetia ita habet Hebraicè. ex te mihi egredietur, vt ſit dominator in Iſrael. Certè pa-
Ioan.12. ter æternus Chriſtum dedit, vt dominaretur: Chriſtus ipſe venit, vt dominaretur. vos ipſi in dominica Palmarum
Luc.23. ſuſcepiſtis eum, vt eſſet Rex veſter: & vobis dominaretur: ſi
Matt.21. poſtea in Paraſceue eum reieciſtis, cuius tandem hæc culpa eſt? Vos dixiſtis hic eſt hæres, ac proinde dominator. Si poſteà eum eieciſtis, & occidiſtis. num incredulitas veſtra
Rom.3. fidem Dei euacuat? Ergo Chriſtus venit vt dominaretur,
Matt.vlt. quia data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Sed quia
Luc.22. dominium ipſe exercebat, miniſtrādo, & dando animam ſuam pro multis. ideò à vobis fuit ignoratum.¶ Egreſſus inquit eius, id eſt, Egreſſiones eius. multa dixi de egreſſibus his in Commenta. ad Matthæum, quæ nunc minimè repe-
Matth.2. tere libet. Illud nunc. Nulla res omninò ſecundum eſſe naturæ duas habet egreſſiones, niſi ſolus Chriſtus: qui ab æterno eſt egreſſus ex patre & in tempore eſt egreſſus à matre. Quem nos non nihil imitamur, egreſſi ſecundum
Ioan 3. eſſe naturæ. ex matre: & ſecundum eſſe gratiæ, ex aqua, & Spiritu ſancto. At Chriſtus ſecundum eſſe naturæ Diuinitatis, eſt egreſſus à patre. Item ſecundum eſſe naturæ humanitatis eſt egreſſus à matre.¶ Dubium verò ingens eſt, quomodo hæ duæ egreſſiones ſint ab initio, à diebus æternitatis? Nam licet egreſſio prior ſit ab æterno: iuxta illud

illud, Ab æterno ordinata ſum: ex antiquis ante quam terra fieret. & illud, Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarũ: antequàm quicquam faceret: ab initio, at egreſſio poſterior, non ab æterno, ſed in ſæculo facta eſt. Reſpondetur. Si fluxum temporum ſpectes, egreſſio humanitatis in tempore facta eſt: ſed ſi nunc æternitatis aſpicias, in eo nunc æternitatis facta monſtrabitur, quod te D. Thom. docere poterit. Sed ne te in illud Thomæ & Caietani pelagus coniiciam, facilius dicam. Egreſſio Chriſti ſecundum humanitatem æterna eſt, id eſt, æterno coram oculis Dei præſentes: non ſicut res aliæ, à Deo ab æterno præuiſæ: ſed ſicut finis omnium rerum. Nam doctore Ariſtotele, finis licet ſit vltimus in exequutione, primus eſt tamen in intentione, quia igitur Pater, propter Chriſtũ Deum hominem condidit vniuerſa: ideò eius egreſſio etiam ſecundum humanitatem prima eſt in eius intẽtione: ac ideò in ipſa erit æterna. Enim verò, ſi finis legis Chriſtus, eadẽ omnino ratione finis oĩm Chriſtus. Vt. n. patres legis antiquę ideò fuerunt, vt ex eis Chriſtus egrederetur: planè & omnes res ideò fuerunt, ſunt, & erunt, vt omnia Chriſto ſeruirent, vt pater, qui totam familiam propter ſuum hęredem inſtituit. Sed hactenus. ne videamur Scótum contra Thomam excitare.

Prou. 8. *Sapiẽtia. 9* *Athan.* *D. Tho. 1. q. 14. art. 13.* *Caietan.* *Ariſtot.* *Rom. 10.* *Heb. 2.* *Scotus.*

Propter hoc dabit eos, vſque ad tempus: in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael. Senſus eſt. Quia te ô Bethlehem eſt Criſtus egreſſurus, propterea ſuſtinebit Deus Iudęos, non eos abiiciet (vt abiecit & abſumpſit Chananęos, Iebuſęos, Heueos, Corrhęos) donec Reſpublica Iudaica, quę hactenus Chriſtum in tot figuris parturiit, tandem eum pariat. Cum verò eum pepererit, tunc non omnes Iudęi: ſed reliquię fratres Chriſti ſecundum carnem, pauci illi conuertentur, vt ſint veri filij Iſraelis. Nam vt Ioannes conuertit, corda patrum in filios, faciens vt eſſent illi veri filij Abrahę: ita cõuertit Chriſtus reliquias, exiguos quoſdam, & paucos, vt eſſent veri filij Iſraelis. ¶ Dabit eos inquit, id eſt dono quodam particulari eos ſeruabit, repugnantibus etiam totius viribus orbis. ¶ In quo parturiens pariet. Neminem credo tam eſſe exoculatum, qui non videat Synagogam in tot cęremoniis, vmbris & figuris velut CHRISTVM parturiiſſe. ac tandem eum in Bethlehem peperiſſe. Et equidem minimè audeo dicere Virginem parturiiſſe. Docet ſiquidem

Ioſue. 10, 11. 12. *Mala. 4.*

Auguſt. Auguſt. parturire eſſe cum dolore.quę Eccleſia virgini ac-
tractia in commodari minimè patitur. Neque verò Gentilitas dicen-
Ioa. 101. da eſt parturiiſſe. Si quidem de ea ſcribitur, Erumpe & cla-
Galat. 4 ma, quæ non parturis. ¶ Porrò ſumma adnotatione illud eſt
obſeruandum. reliquæ inquit, fratrum eius. Igitur domina-
tor ille è Bethlehem egrediens, fratres eſt habiturus, licet
Hebr.2. ſit ab æterno egreſſio eius videlicet quia ſecundum huma-
nitatem Iudæi erant illi fratres. Meritò igitur Paulus de
Chriſto dicit. Non confunditur eos vocare fratres dicens.
Pſal. 21. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. ¶ Nec minus anno-
tandum eſt, quod hi Chriſti fratres ſecundum carnem cō-
uertantur ad filios Iſtael, vt. ſ. licet Iſrael ſecundum carnem
fiat Iſrael ſecundū ſpiritum. Paulo docente Non qui in ma-
Rom.2 nifeſto, Iudæus eſt: neque quæ in manifeſto in carne, eſt
circuncifio.

Et ſtabit, & paſcet in fortitudine. Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur, vſque ad terminos terræ. Et erit iſte pax. Senſus vt credo eſt. Licet Chri-
ſtus dominator Iſtaelis ſit ab eo occidendus, ſtabit tamen
Iſai. 53. reſurgens ex mortuis. Neque enim mors fuit illi ruina: ſed
ſtatus, eſt exaltatio, quia enim poſuit pro peccato animam
ſuam videbit ſemē longæuum. ¶ Si quæris quomodo Chri-
Mat. 10. ſtus ſtat: ſubdit Propheta. quia paſcit in fortitudine domini.
Paſcit ſiquidem per Apoſtolos. & prælatos, totum orbem. re-
pugnantibus omnibus inferni dæmonibus: omnibus gen-
Matt. 16. tilitatis & Paganiſmi principibus: omnibus carnis affectib.
& deū repugnantibus vniuerſis virib. orbis at præualet ille,
quia paſcit vt homo quidem: ſed idem, vt fortiſſmus Deus
¶ Et item paſcit, ſibi vendicans, & adſcribens ſublimitatem
nominis Domini Dei ſui: docens nos, ſe eſſe verè, naturali-
ter, & propriè filium Dei viui. ſ. Deum de Deo: Deum verū
de Deo vero. Nā licet ex carne ſit ſeruus, eſt tamen ex Di-
uinitate filius. Non igitur rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æ-
Philip.2 qualem Deo. ¶ Igitur hi quos tantus paſtor paſcet, con-
Ioſue.3.4 uertentur. Neque enim tanta fortitudo paſtoris infirma ad
1. Reg. 17 conuertendum erit Imò verò poterit Iordanem prono al-
1. Pet. 1 ueo ruentem, ad ſupera reuocare. poterit & ouem ex ore lu-
pi atque leonis eruere. Igitur hi quos Chriſtus per ſuos mi-
niſtros pauerit, conuertētur à vana ſua conuerſatione, con-
uertentur ex tenebris & vmbra mortis in admirabile lumē
1 Pet. 2 Chriſti. ¶ Per hanc porrò conuerſionem hominum, Chri-
ſtus magnificabitur vſque ad terminos terræ. Nam prædi-
cabitur.

cabitur. Euangelium regni in vniuerſo mundo. Et in omnem terram exibit ſonus Apoſtolorum. Et illuxit illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti. ¶ Demum ait Propheta, Erit iſte, pax. Vix quicquam potuit dici ſublimius. Eſt Chriſtus pax Dei & hominum. Siquidem reconſiliauit nos Deo. Eſt pax Angelorum & hominum bonæ voluntatis. Eſt pax Iudæorum & Gentilium. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, medio. ſ. pariete diſſoluto. Eſt pax Chriſtianorum inter ſe eo dicente, pax vobis ego ſum. Eſt pax hominis ſecum. Nam pax multa diligentibus legem tuam quam Chriſtus diligere facit. Demum erit pax totius orbis cum enim tradiderit regnum Patri, tunc erunt illi omnia ſubiecta: & ſumma pace fruentur. *Matt. 2. 4* *Rom. 10* *2. Cor. 4* *Rom. 5* *Luc. 2* *Epheſ. 2* *Ioan. 21* *Pſalm.* *1. Cor. 15*

II. PARS

Aſſyrius cum venerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris, & ſuccitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines. Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nerod in lanceis eius. ¶ *Et liberabit ab Aſſur: cum venerit in terram noſtram, & cum calcauerit in finibus noſtris.* Quã ſit hæc litera difficilis oſtendit gloſſarum varietas: Sed litera Hebręa erit vera Latinæ gloſa. Hebræa igitur ita legit. Aſſyrius quia venit in terram. n. & quia calcauit in d. n. & ſuſcita. Et infra. Et liberabit ab Aſſur, quia venit in terram noſtrám, & quia cal. in fin. no. Ergo ſenſus eſt, Quia Aſſyrius venit in terram noſtram, ideo nos contra eum exitabimus ſeptem paſtores, & octo primates: qui nõ in baculo paſtorali: ſed in gladio cruento Aſſyrium paſcent, ſimul & Chaldęum. (Eſt enim terra Nemrod, ſiue campus Sanaar, Chaldęa.) ¶ Et tunc Deus liberabit Iudęos ab Aſſyrio. eo. ſ. oppreſſo: quia auſus fuit venire in terram Iudææ. & calcare in finibus eius. En ſumma huius literæ. Eius explicationem audies ſi primum ſtatuas. Quis ſit Aſſyrius de quo loquitur Michæas. *Gene. 10*

¶ Et ſine dubio Aſſyrius hic non eſt Sennacherib probatur: quia textus noſter dicit Aſſyrius quando calcauerit in domibus noſtris: at Senacherib non calcauit domos Ieroſolymæ, nec in eam ingreſſus eſt, vt expreſsè habet Iſaias. cap. 37. g. ¶ Ergo ſi per tempora illa nullus Rex ingreſſus eſt Ieroſomam, vt eam vaſtaret, niſi Nabuchodonoſor ſine dubio, is eſt quem Michæas Aſſy rium vocat.

¶ Dices. cur vocatur Aſſyrius, qui Babylonius & Chal-

dæus erat? Certè quia Aſſyriæ monarchiam à Pharaone. Nechao Ægyptio,& Cyaxare Medo deſtructam,ſibi vendicauit,ideò à ſumma monarchia nomen accepit, quę in noſtra hiſtoria vide. ¶ Nunc ad literam. Auſus eſt Aſſyrius Nabuchodonoſor venire cõtra Iudæã:pugnauit contra eã, deſtruxit eamatq; deleuit. Deleuit inquã cultum Dei,templum Dei,religionẽ Dei,fideles Dei,eamq; prouinciam,vbi ſolum in toto orbe terrarum Deus colebatur. Propter hoc ingentiſſimum ſcelus,nomine Iudęorum,& in eorum vindictam, Deus excitabit contra Aſſyrium ſeptem paſtores: & octo primates, qui non pauerunt Aſſyrios benignè in charitate: ſed crudeliter in lanceis & gladio. ¶ Totum pondus belli huc incumbit, qui ſunt hi ſeptem, & octo? Reſpondeo,Michęas ipſe reſponſum indicat,ait enim illi ſeptem,& octo paſcent Aſſur(id eſt, regnum Aſſyrię) in gladio. Et Nemrod(id eſt,regnum Chaldæum)in lãceis. At primus qui vtrumque regnum habuit, Aſſyrium & Chaldæum fuit Nabuchodonoſor. Ergo qui gladio & laceis regnum Nabuchodonoſoris inuaſerunt,hi ſunt ſeptem,& octo. Quis verò eſt qui ſi hiſtorias nouit, hanc ignoret? quod.ſ. Nabuchodonoſor, qui vaſtauit Iudæam, genuit

Iere. vlt. Euil merodach. Hic genuit Balſaſar, Regem Babylonis. Contra hunc Deus ſuſcitauit Cyrum Perſam,& Darium

Dan. 7 Medum,vt Daniel dicit. Hi duo regnum Balſaſari eripuerunt. Sed Cyrus iturus contra Scythas regnum Chaldæum

Dan. 8 & Aſſyrium Dario reliquit, ideò Cyrus non cenſetur vt paſtor Iudæorum.Succeſſit Cyro eius filius Cambyſes, qui profectus contra Ægyptios & Æthiopas nihil negotij cum Iudæis habuit.Succeſſit Darius filius Hiſtaſpis,ſublatis Magis, propter equi hinnitum: Dario ſucceſſit filius

1. Eſdr. 4 Xerxes.Huic,filius Artaxerxes,vocatus Eſdre Darius Græcis Longimanus.Huic ſucceſſit Darius Nothus: cui Arta-

Plutarch. xerxes Mnemon,cuius vitam Plutarchus literis mãdauit. Huic ſucceſſit eius filius iunior Ochus,vt idem Plutarchus

Idem. habet.Cui ſucceſſit Arſes,ſeu Arſames puer, exiguo tempore regnãs,cui(à ſuo duce interempto)ſuccedit Darius, quem Alexander Magnus vita priuauit & regno.¶ En vndecim viri contra regnum Aſſyrium à Domino,Iudæorũ

Dan. 8. cauſſa ,excitati.Tolle hinc Cyrum:quia vt dixi parum negotij habuit cum Iudæis. Tolle ſecundò Cambyſen, qui paſtor Iudæorum non fuit, vt qui nihil cum eis habuit. Tolle tertiò Arſen,qui puer regnat,& adoleſcẽs extinguitur.

tur. Tolle quarrò Darium. quem Alexander imperio priuat. Reliqui ſunt ſeptem Reges, quos dicit Michæas à Deo excitatos, cauſſa Iudæorum, contra Aſſyrium regnum. Quos ſolos Ioſephus recenſet. ¶ Porrò hi ſeptem vocantur paſtores, quia benignè tractarunt Iudæos, vt Carion adducit: eisque fidem Iudæi ſeruabant, vt ex hiſtoria Alexandri cognoſcere facile eſt. Prudens præterij Smerdin: Artabanum: Xerxem. 2. Sogdianum. quia horum nullus octo regni menſes exceſſit. ideò ferè nulla de eis, autoribus mentio eſt. *Ioſephus li 11. ant.* *Carion.*

¶ Alexandrum Magnum per quem Chaldæum regnum deſiit à Perſis & Medis ſecuti ſunt primates, qui id regnum ſibi vſurparunt: hoc ordine, Alexander Magnus. Seleucus Nicanor: Antioch⁹ Soter: Antiochus Theos: Seleucus Callinicus: Seleuc⁹ Ceraunus: Antiochus Magnus: Seleucus Philopator. En octo primates homines, qui regnū Chaldæorum, ſeu Aſſyriorum inuaſerunt, ſibique vſurparunt. Et quia omnes hi Macedones erant, Aſſyrios gubernarunt, ſimul & Chaldæos in continuis bellis: ideò dicit Michæas. Paſcent terram Aſſur in gladio: & terram Nemrod in lanceis. ¶ Hos octo Aſiæ Reges ſequitus eſt Antiochus Epiphanes & ipſe Aſiæ Rex: ſed quia fuit atrociſſimus Diuinæ legis deſtructor, infenſiſſimusq́; Iudæorum inimicus, quorum terram vaſtauit, & religionem deſtruxit, nulla de eo hic mentio fit. Maximè quia eius tempore ſurrexerunt Machabæi, qui vltionem de hoſtibus ſuis manibus ſumpſerunt. ¶ Igitur quia potentia Aſſyriorum eorumque tyrannis iam ceſſauerat, dicit Michæas. Liberabit (Deus) ab Aſſur iam vaſtato. quia venerit in terram noſtram & quia calcauerit fines noſtros. En lector explicatio difficilimi textus: à te nimis amplectenda: vtpote quam clamet ipſe textus, & ordo hiſtoriarum *Terra Nērod id eſt, Chaldæam. Gene. 10*

III. PARS

Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, quaſi res à Domino: & quaſi ſtilla ſuper herbam quæ non expectat virum: & non præſtolatur filios hominum. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorum, quaſi leo in iumentis ſyluarum: & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum tranſierit, & conculcauerit & ceperit. non eſt qui eruat. Et exaltabitur manus tua ſuper hoſte tuos. & omnes inimici tui interibunt Deus bone, quàm ſunt hęc omnia pulchra quā ſunt veritati hiſtoriarū accōmoda?t

Dixerat de ſeptem paſtoribus,& de octo Regibus Aſiæ,nūc quaſi interrogatus, Quid contiŋget poſt hos octo Aſiæ Reges,reſpondet. Erunt Reliquiæ Iacob, id eſt Machabæi in
1. Mac.2. medio tot barbarorum, velut ros, & pluuia ſuper ſitientiſſimam terram miſſa:vt enim pluuiam nullus facit hominum: ita ille non ope humana: ſed auxilio miraculoſo & Diuino religionem ab Epiphane relegatam, reſtituerunt Alij duces militum fauorem expectant:expectant etiam copias hominum auxiliares: at Machabæi non homines expectabant,
1. Mac.3.8 ſed Deum. Erantque in medio innumerabilium hoſtium,
1. Mac. 5. veluti leones in medio aliorum animalium ſyluæ: & veluti catuli leonum in medio ouium, quas cum illi arripuerint, non erit,qui eruat. O Iudæa, inquit Propheta, tunc exaltabitur manus tua:celebrabitur etiam inter Romanos nomen
1. Mac. 2. tuum:& Idumæi,Ammonitæ,Gentiles,& cæteri hoſtes tui,
1. Mac. 5. Machabæo gladio peribunt.

IIII. PARS.

Et erit in die illa dicit Dominus,auferam equos tuos de medio tui & diſperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ tuæ. Et deſtruam omnes munitiones tuas: Et auferam maleficia de manu tua: & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui.Et conteram ciuitates tuas.Et faciam in furore,& indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt. Dixerat Propheta de Machabæis, nunc velut rogatus, quid poſt eos ſequetur reſpondet. Poſt Machabeos peribit funditus Iudaiſmus,ſub Tito, & Veſpaſiano: peribunt equi eius.& quadrigæ. peribunt ciuitates amplæ, & munitiſſimæ turres.Iam non erit in Iudæa,aut maleficium, aut diuinatio, aut idolum:penitus enim Iudæa delebitur.Cur ita Domine? Certè quia in die viſitationis Chriſti non cognouiſti,quæ ad pacem tibi. Et vt feci Iudææ, ita faciam omni genti quæ E-
Luc. 19. uangelio prædicato non obedierit:vltionem quippe ſumam de ea in furore, & indignatione mea. Erit enim dies iræ,
Sophon. 1. dies illa.

CAPVT VI.

Protheoria. PRior pars eſt pulcherrima Prophetæ cum populo, ex mandato Domini diſceptatio. Poſterior explicat populi ſcelera,& eis pœnam prædicit.

Propheta

Propheta.

Audite quæ Dominus loquitur. Deus ad Prophetam. *Surge contende iudicio aduerſum montes: & audiant colles vocem tuam.* Propheta ad montes. *Audiant montes iudicium Domini: & fortia fundamenta terræ, Quia iudicium Domini cum populo ſuo: & cum Iſrael diiudicabitur.* Deus ad populum. *Popule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti: & de domo ſeruientium liberaui te. Et miſi ante faciem tuam Moſen, & Aaron, & Mariam? Popule meus, memento quæſo. quid cogitauerit contra te Balach, rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor. De Setim vſque ad Galgala: vt cognoſceres iuſtitias Domini.* Populus. *Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelſo? Nunquid offeram ei holocauſtomata, aut vitulos anniculos? Nũquid placari poteſt Dominus in millibus arietum? aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meũ pro ſcelere meo? fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* Propheta ad populum. *Indicabo tibi ò homo, quid ſit bonum: & quid Dominus requirat à te. Vtique, facere iudicium: & diligere miſericordiam: & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.* Prima vox eſt Prophetæ ad populum, quem congregatum corã ſe, pro cõcione videbat. Huic Propheta, ingenti clamore dicit. Audite, Audite: Dominus Deus loquitur. Iam ſequitur ſecunda vox, Dei ſcilicet ad Prophetam, dicens. Tu Michæa ſurge, & diſcepta cũ hoc populo, qui in hiſce montibus habitat: & qui habitant hos colles, audiant vocem tuam. Surgit Propheta feſtinus, & dicit vocibus grandis. Audite vos populares, qui in his montibus eſtis, audite vos principes, & maiores qui eſtis fundamenta populi, vt ſunt rupes fundamenta terræ mollioris: & oſſa totius corporis, Audite igitur & vos, & illi hanc Domini diſceptationem. Tunc Dominus, attentione facta in populo per Prophetam, non expectans vt Propheta diſceptet, is ipſe diſceptat, dicens. Popule mi, quid mali contra te admiſi? quid tibi nocui? Reſponde obſecro. Nunquid nocui tibi, quia eduxi te de Ægypto, vbi in miniſterio turpi, & fœdo miſerè ſeruiebas? in opera ſcilicet luti & laterum. Nec enim Ægyptus te, ſecus ac fœda mancipia tractabat. *Exod. 5.* Nunquid nocui tibi, quia ſanctiſſimos Moſen, Aaronem & Mariam duces præfeci tibi? Erat Aaron tuus ſanctiſſimus Pontifex. Dux erat Moſes virorum. *Exod. 7.* Ductabat fœminas Maria. Hi poſt exitum de Aegypto, per ſolitudines deſerti humaniſſimè te gubernabant. Cum

verò

verò iam ad terram promiſsionis appelleres Rex Moab
Num 24 conduxit Balaam Prophetam, vt tibi malediceret, Nunquid nocui tibi,quia voce aſinæ ſuæ eum prohibui,ne malediceret:imò verò eum inſtigaui, vt tibi fauſtiſsima præ-
Eodem. nuntiaret? Memento mirabilia magna quę deſignaui,te progrediente de Setim, vſque ad Galgala. Nam in Setim
Num.25 tu fornicatus es cũ Madianitis:ex conſilio Balaam.In Galgalis verò,circuncíſio facta eſt totius populi, à Ioſue iam
Ioſue 5 in terram promiſſionis ingreſſo.planè merebamini propter fornicationẽ cum Madianitis,vt vos ego delerem.at cõtra feci.videlicet,vt Madianitas vinceretis: & inde ſpolia opi-
Num 31 ma vobis ſumeretis.Rurſum pinguiſsima terrę paſcua dedi tribui Gad,& Ruben,ab antiquis poſſeſſoribus ablata.Et ne
Num.32 cuncta commemorem,ſiccaui aquas Iordanis: vt per eius alueum,vos ſicco pede tranſiebatis.Vires &animos Amor-
Ioſue 3 ręorum,& Regum Chananęorum diſſolui,vt vobis reſiſtere non poſſent.Hæc omnia à me deſignata ſunt, vt me co-
Ioſue.5 gnoſceretis,& iuſtitias legis meæ cuſtodiretis: & mandata mea quæreretis. Num in horum aliquo vos læſi? His quærimoniis Dei,reſpondet Prophetæ populus : nec enim præ reuerentia, Deo reſpondere præſumit. Quid dignum offeram Domino?Cõtentus ne erit,ſi ipſi genua flectam? Num volet holocauſta?aut non cõtentus holocauſtis, volet millia arietum,& hircorum? Aut certè nec his contentus, pro ſua maieſtate, & celſitudine requiret, vt offeramus ei primogenita noſtra,aut certè alios filios noſtros, quos in remiſſionẽ culparum noſtrarum,ſuę Maieſtati ſacrificemus, Neque enim habemus maiora quę ei offeramus, quàm filios noſtros. Reſpondet Propheta vice Dei. Si quæris, quomodo ſit Deo placendum,Ego indicabo tibi vel(vt pulchtè Hebræus habet) Ipſe Deus iam indicari fecit tibi,ſcilicet,per alios Prophetas ſuos,quid ſit bonum,& quid Dominus requirat à te. *Vtique facere iudicium.*id eſt,vt principes reddant ius cuique ſuum *Dilig.re miſericordiam.* id eſt,vt populares ex animo ſint in proximum miſericordes. Demum *Sollicitum ambulare cum Deo.*id timor facit & amor:timor facit ſollicitum:amor cum Deo ambulantem:amor nos Deo coniungit,vt ſimul cum eo ambulemus : timor veretur, &
Mat.5.25 cauet ne hęc cõiunctio diſſoluatur.Et ſi breuior tibi Theologia placet, amor facit vtrunque,coniungit enim ille, &
Ouidius. ſollicitus offendere timet Res eſt ſolliciti plena timoris amor.¶ Hæc inquit Propheta,Deus iam indicari fecit tibi.

Plenus

plenus.n.eſt hac prędicatione Moſes. Diliges inquit. Dñ Deum tuum ex toto corde tuo,&c.Rurſum, Dominũ Deũ tuũ timebis, & illi ſoli ſerutes. ¶ Tu lector aduerte in hoc vltimo.ſ.ſolicitum cũ Deo ambulare, infinitã populi multudinẽ errare. innumeri ſunt, qui nihil Deum curãt: nulla eos Dei memoria tangit.Nihil aliud quàm opus ſuum curat agricola:nihil aliud quàm nũmos mercator:nihil aliud quàm ſuum lucrum mœcanicus. Quod ſi clericorum magna pars,& religioſorum cum Deo ambulat,ambulat quidem,ſed non cum ſolicitudine timoris & amoris.¶ Aduerte rurſum.quam Deus. iuſtus requirat à magiſtratibus ius,ſcilicet officiũ ab officiali.¶ Demum quantopere velit vt diligamus,miſericordiã.Magnus Deus præcipiendi artifex,grandius eſt diligere miſericordiam:quàm eam exercere.Eſtote inquit miſericordes.vt ſi benefacere non poteſtis,miſericordia locum benefaciendi inueniat.Si miſericordiam non pręſtas , iudicium tibi ſine miſericordia fiet. Colophonem huic diſceptationi Michęas addit.*Vox Domini ad ciuitatem clamat:& ſalus erit timentibus nomen eius, Audite tribus:Et quis approbabit illud.*id eſt.Hęc vox, quam hactenus audiſtis Domini Dei eſt, ad vrbem clamantis.O quanta ſalus,ô quantum bonum erit timenti nomen Domini!Audite obſecro Dominum vos omnes.At proh dolor. quis approbabit eã Domini vocem? Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc:& intelliget miſericordias Domini?¶ Poteſt hęc particula ſequentibus vt procemium aptari.

Deut.6
Eodem.
Matth.5
Matt,25
Iacob.2.
Pſal.106

Surgit hoc loco diſceptatio grãdis.Populus quęrit, quomodo placeat Deo:& promptum ſe exhibet ad ſacrificandum Deo,non holocauſta ſolum:ſed & filios.At Propheta ſacrificiis reiectis ,iudicium miſericordiam , & ſollicitam quærit cum Deo ambulationem : Aſſerens hęc , non illa fuiſſe iam olim à Deo præcepta. Quid?num non pręcipit Deus,hoſtias,munera, oblationes , ſacrificia , holocauſta? Quid aliud liber Leuitici præcipit,quam hęc?Res eſt controuerſia,non hoc loco ſolum: ſed in tota etiã ſcriptura:in qua frequentiſſimè inuenies ſacrificia reiici: frequẽtiſſimè etiam ea placere,atque mandari. Principio,Sacrificia reiiciuntur pſal,39.Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti:holocauſtũ pro peccato,non poſtulaſti.Pſal.49.Nunquid manducabo carnes taurorũ:aut ſanguinem hircorum potabo?Immola potius ſacrificium laudis. Pſal.50. Si voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtique, holocauſtis non delectaberis.

Pſal.39
Pſal.46
Pſal.50.

Iſai.1. Iſaiæ 1.holocauſta arietum,adipem pinguium, &c. nolui.
Iere.6.14 Ieremiæ.6.Holocauſta veſtra nō ſunt accepta,victimæ ve-
Oſee.6. ſtræ non placuerunt mihi Idipſum habet c. 14. Oſeas ca.6.
Amos.5. Miſericordiam volo:&non ſacrificium.Amos.c.5.holocau-
Malec. 1. ſta veſtra non ſuſcipiam Malachias,inquit,Sacrificium acceptum non habebo de manibus veſtris.Et quod magis le-
Ierem. 7. ctor mirere,dicit Dominus apud Ieremiam Nō ſum loquutus cum patribus veſtris,& non præcepi eis in die,qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocauſtomatum, & vi-
Iſai.1. ctimarum. Et apud Iſaiam. Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris? At in contrarium,quam Deo placuerint ſacrificia,&
Gen.4. munera,Scriptura plena teſtimoniorum eſt. Reſpexit Deus
Gen.8. ad Abel.& ad munera eius.Obtulit Noë holocauſta:&odo-
Gen. 14. ratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Sacrificium Abrahæ;
Gen.22. & quod obtulit ſummus Sacerdos Melchiſedec, accepta
Canon. fuiſſe Deo vehementiſſimè,S.Eccleſia quotidie docet,in ca-
Miſſa. none Miſſæ.Quam etiam placuerit Deo, ſacrificium quod
Iudic.6. ei Gedeon obtulit,Angelus,qui locum Dei tenebat, apertè demonſtrauit, igne de cœlo ipſum abſumens:hiſtoriam
Pſai.68. hāc habes in lib.iudicum.Pſalmus item dicit,Placebit Domino ſuper vitulum nouellum,cornua producētem, & vn-
2.Par. 7. gulas. Et ignis de cœlo deſcendens, deuoranſque holocauſta in dedicatione templi Salomonis oblata: atque maieſtas Domini deſcendens, oſtendit ei fuiſſe iucunda.
3.Reg.18. Similiter oſtendit placitum fuiſſe ſacrificium Elię Et de-
2.Par.25. mū placuerunt Deo Ezechias, & Ioſias, propter holocauſta,quę offerri mandarunt.

In hac controuerſia patres noſtri doctiſſimi voluerunt ſachrificia quidem ante Chriſti paſſionem mandata,& pla-
Tertullia. cita:reiecta verò poſt eam.Ita Tertullianus lib.2.cōtra Mar-
Cyprianus tionem.Cyprianus.li.1.aduerſus Iudæos.c.16.Hiero. in c.I-
Hieron. ſai.66.¶ Secundò modo hanc controuerſiam dirimunt.hęc ſacrificia(dicunt) nunquam Deo placuerunt · conceſſa verò,aut in Iuſta fuerunt à Deo,velut coacto,ob duriam Iu-
Thedoretus. dæorum,qui his ſacrificiis erant aſſueti.ita Theodoretus, de curandis Græco.affectibus.c. 7. Ita Chryſoſtomus. ho-
Chryſoſt. mil 18.ſuper epiſt.ad Heb.in illud, vt faciam voluntatem
Cyrillu. tuā Deus Ita Cyrillus lib 4 contra Iulianū. ita Auguſtinus
Auguſt. li.18.contra Fauſtum.c.2.dicens. Quis neſciat, magis ea peruerſo populo congruenter impoſita: quā Deo deſiderā-
Repert. ti oblata Rupertus Abbas multus eſt vbique ſuper habere: contendens ob peccata Iudæorum,hęc illis ſacrificia mandata

data.vide eum in ca.6 Iſai. ¶Hoc ipſum ex Iudæis fatentur Kimhi, & Rabi Moſes, in directore. At hi non vident hęc ſacrificia placita fuiſſe antelegem placuitenim ſacrificium Abel, Noe, Abrahæ, Melchiſedec. vt ſupra citaui. ¶Poteram ego quidem ſuperhac telaiuſtum volumen implere. ſed abſit, eruditionemoſtentare, qua careo. Libet vnico verbo rem abſoluere. *Kimhi.* *R. Moſes.*

Eſt in homine anima, & corpus, & melius quidem eſt anima in corpore: quàm ſine corpore. Eſſe tamen benè poteſt ſine eo. at corpus ſine anima putre cadauer, eſt, atque fœtet. Ita profectò anima ſacrifici, eſt pietas & ſanctitas vitæ corp⁹ eſt ſacrificium ipſum. Si igitur Deo offeras ſacrificij corpus cum anima ſua. id eſt ſacrificium cum pietate & deuotione, nimis ei placebunt, & accepta habebit, vt accepta fuerunt munera pueri tui (ait) Abel & ſacrificium Patriarche noſtri Abrahæ: & quòd tibi obtulit ſummus. ſ. Melchiſedec. & reliqua ſacrifica, quæ in contrarium adducta ſunt. Quod ſi ſacrificium ſine deuotione obtuleris, id eſt, ſine anima cadauer: reiiciet planè illud Deus, fœtet enim illi: quod probant teſtimonia priora. At ſi pietatem & deuotionem animæ offeras, & ea profectò placebit. Nam ſi vera pietas eſt, ſacrificia ſine dubio mandata litabit. Qua cauſa nunc Michæas, & ſupra Oſeas eam ita exegerũt. Hactenus. *Canon. Miſſæ.* *Gen. 4. 8.* *14. 22.*

II. PARS.

ADVC ignis in domo impij: theſauri iniquitatis: & menſura minor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate: & habitantes in ea locuti ſunt mendacium: & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Pro ignis vertunt Sanctes, & Tigurinus, & Mũſterus, an nõ. Sed abſque dubio Hieroymus legit אש haes. quod ignem ſignificat ac ita. 70. legerunt. Ergo michæas accuſat principes populi, quod ignis auaritiæ ſit in domibus eorum quodq; ſint eis theſauri, iniuſtè cõparati. quod etiam ſit ephi, id eſt, modius vel menſura, iuſto minor. ac ideò plena iræ Diuinæ. contra eum qui tali menſura vtitur. De ephi dixi multa ſupra, ſ. apud Amos. vnde facilius intelliges, quæ Michæas dicit hoc loco, Nũ, ait Dominus, velut iuſta reputabo ſtaterã falſam, & in ſaculo repoſita pondera, per quæ diuites repleti ſunt rapina: & mercatores hi loquũtur ſemper mendacia, vt nunquam lingua eorum non loquatur *Sanctes.* *Munſterus* *Leo.* *Hieron.* *Septuaginta.* *Amos. 8.*

quæ tur frau les & dolos. Hi enim in ore mercatorum continuo verſantur. Pulchrè vero vocatur auaritia ignis, vt enim hic quo plus initiis materiæ amplius ardet: ita illa creſcit quantum ipſa pecunia creſcit. Eſt igitur vterque inſatiabilis,
Prou. 30. quæ dicunt ſemper affer, affer.

Et ego ergo cœpi percutere, perditione ſuper peccatis tuis. Tu comedes: & non ſaturaberis. Et humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, & non ſaluabis: & quos ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis & non metes. Tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo: & muſtum, & non bibes vinum. Id eſt, veniente Sennacherib, cœpi te infirmare, & vrbes tuas deuaſtare. Imò etiam ſub Ioathan cœpit Dominus infirmare, & mittere in Iudæam Raſin, &
4. Re. 19 filium Romeliæ ¶Addam, ait Dominus, tibi famem. vt etiam
4. Re. 15. ſi cibis te impleas, nunquam ſis ſatur. ¶Erit humiliatio tua
2. Pa. 33. in medio tui arbitror de Manaſſe fieri mentionem, qui captiuus è Babylone in Iudæam rediit Ea certè vera fuit humiliatio Iudæ. ¶Et apprehendes, & non ſal. Iudææ linguæ periti dicunt verbum apprӕhendes, ad coniugium eſſe referendum. vt ſit ſenſus, Iungentur coniuges, & ſterilles eos reddam, neque enim partus in lucem edetur, & ſi edatur, reſeruabitur in gladium Nabuchodonoſoris ¶Tu ſemina-
4. Re. vl. bis, exiſtimo fieri mentionem eius ſterilitatis, quę ſub Ioſia
Iere. 14. contigit: quam planxit Ieremias, vbi non contigit meſſis ex ſemente propter inopiam pluuiæ: oleum vero tam fuit parcum, & muſtum, vt in vſus dominorum ferè non venerit. Confuſi (Hieremias ait) ſunt agricolæ, operuerũt capita ſua.
Eodem. *Et cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulaſti in voluntatibus eorum: vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in ſibilum. opprobrium populi mei portabitis,* Cum Rege Iudæ (niſi fallor cum Achaz impiiſſimo Rege) & cum principibus eius Prophetę ſermo eſt. Fuit autem Amri Rex Iſrael impius ſuper alios Reges Iſrael. fuit item Achab, Am-
3. Re. 16. ri filius, & vt hic docemur, hi duo Reges præcepta dederunt
Eodem. & ſtatuta ad idola colenda, quæ ſequutus eſt impiiſſimus Achaz Rex Iudæ. Ideo, inquit, dabo te in perditionem. & populum in ſibilum & irriſiones inimicorum. Tu & principes tui culpam plebis portabitis. quod ita contigit. Omnes enim
2. Pa. 25, hoſtes Iudæ, eum ſub Achaz vaſtauerunt,

CAPVT VII.

Protheoria. Diuinè, licet obſcurè, contexitur ordo rerum Iudaicarum à tempore Michææ, vſque ad Chriſtum, 1. docet Michæa

Michęas tempore ſuo,omnem periiſſe bonitatem arbitrandum enim eſt hanc prophetiam dictam tempore Achaz. quando omnis probitas funditus perierat.ac propterea, vaſtitas Iudææ per Nabuchòdonoſoré Babylonium prænunciatur. 2.Apoſtrophe eſt ad Babiloniam, per Cyrum, & Darium vaſtandam.3 prædicitur facultas redeundi in Iudæam & redi u Iudæorum ad eam,tempore Cyri. 4. prædicitur terræ Iudææ v ſtatio tempore Antiochi Epiphanis. 5. eius reſtitio per Machabæos.6. Deſiderium aduentus Chriſti, atque eius aduentus.

V*AE mihi,quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: Non eſt botrus ad comedendum: Præcoquas ficus deſiderauit anima mea.* Aliquanto diuersè Hebræa litera.ita enim habet Væ mihi,quia fui ſicut collectiones æſtatis:ſicut racemi videmiæ.Sed eſt omnino idem ſenſus cum litera noſtra.Sen ſus igitur vtriuſque eſt.Cum aima mea deſideraret primos veris fructus(id eſt præcoces ficus)ac deinde ſperarem fructuum abundantiam,contra mihi contigit.factus eni m ſum,vt qui ſpicilegium facit in æſtate: racemationem vindemiæ in autumno,videlicet,qui nullum botrum inuenit ad comedendum.Quærebam fructus primos ,ſperans medios & vltimos.at nec primos inuenio,nec medios , neque vero vltimos.Si quæris ,quid ſibi Parabola velit , explicat dicens.*Periit (1.)ſanctus de terra.Et rectus in hominibus nō eſt.Omnes in ſanguine(2.)inſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem venatur: (3.)Malum manum ſuarum dicunt bonum. (4.) Princeps poſtulat & Iudex in reddendo eſt.(5.)Magnus loquutus eſt deſiderium animæ ſuæ: & conturbauerunt eam.Qui optimus in eis eſt.(6.) quaſi paliurus & qui rectus,quaſi ſpina de ſepe.*¶ D *I E S* (7.) *ſpeculationis tuæ. Viſitatio tua venit. Nunc erit vaſtitas eorum.* ¶ Sancti, & recti
hoc eſt diſcrimen.Sanctus Hebręis eſt: חסיד chaſid,id *Munſter.*
eſt miſericors.qui ſcilicet in alios miſericors & benignus eſt. *ita in Le-*
Rectus ad iuſtitiam inclinat.qui ſcilicet iuſtus eſt:& rectitu- *xico.*
dini legis ſuos mores affirmauit.¶ 2.quid ſit inſidiari in ſan-
guine,explicat Prophata ſcilicet,mortem fratri procurare. *Ioſephus.*
Mirabile ſiquidem eſt,quam erant ſiccarij Iudæi:certè mon-
tes Adumim vocabantur ſangninarij,vt qui viatorum ſan- *Iſai.5.*
gnine manderent. ¶ 3.Quod malum aſſeramus eſſe bo-
num,& tenebras eſſe lucem corruptiſſimi , & iam deſpe- *Amos.5.*
rati ingenij eſt.¶ 4.Principes tributa exigunt,& quæ populus

ſ minimè

minimè debet. At iudex qui vice populi conatibus Principum obſiſtere debuiſſet, totus in reddendo eſt. id eſt, cogit populum, vt quæ non debet, reddat. ¶ 5. Nagnus loq. expli-
Pſal. 9 catur ex Hebręo, qui habet ita. Magnus, loquutus eſt peruerſitatem animæ ſuæ: & intricauerũt eam. id eſt. Princeps peruerſiſſimũ deſideriũ ſuum prodit: at nõ deſunt literati, qui rem apertiſſimè malam fuco, & coloribus obtexant, &
Prou. 22 conturbent, ne mala videatur. verbũ enim conturbauerunt.
26. & 29 Hebręis ſignificat, frondibus ſuperpoſitis intricatis cõtexere: & obuelare. ¶ 6. quaſi paliurus. Paliurus eſt חדק chedeq. ſpina, quę ſine lęſione tangi nequit. quales ſunt iracũdi: quos ſine tuo nocumento tractare nequeas. ¶ 7. Ah, clamat Propheta. Ah, veniunt hoſtes tui, ſcilicet Chaldęi, qui
4. Reg. vl. opes tuas ſpeculentur, vt ſibi diripiant. Venit en viſitatio, quâ culpas tuas Deus viſitat. Nunc per Nabuchodonoſoré venit vaſtitas Iudęorum.

Nolite credere amico. Et nolite confidere in duce. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri: & filia conſurgit aduerſum matrem ſuam: nurus aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. Id eſt, adeò ſunt infœliciſſima, & deprauatiſſima, tempora hęc, ait Propheta, vt nõ ſit amicus, cui te credas: non ſit magiſtratus, aut præceptor, cui confidas: non ſit fida vxor, cui tua ſecreta committas: non ſit filius, qui ſuum patrem non contemnat: nõ ſit filia quæ contra matrem non inſoleſcat: non ſit nurus quæ contra ſenem ſocrum non ſuperbiat: non ſint ſerui
Matt. 10 adeò à te beneficiis affecti, qui non ſint tui hoſtes acerbi. Multos nodos inuenit natura, quibus homines hominibus adnecteret. ſ. amicitiæ, coniugij, conſanguinitatis, affinitatis, dominij. Hos omnes noſtrorum temporum peruerſitas violenter abrupit. nulla igitur ſeruatur naturæ neceſſitudo. ¶ Non intelligas hæc lector, modo Peripathetico, ſci-
Gen. 8 licet nullum tunc fuiſſe pium Sed quod maxima pars ho-
Eccle. 7 minum tũc eſſet omnino peruerſa; certè vt non inueniens
Pſa. 10. 14 columba, vbi tuto pedem poneret, ad Noë ſe reuocaret. id eſt, vt non inueniens pius in terra cui fidat, recurrat ad Deum, cui ſe tutò committat. Ideò ſequitur.

Ego autem ad Dominum aſpiciam: Expectabo Deum ſaluatorẽ
Pſal. 14. *meum. Audiet me Deus meus.* Vidêor audire. Ad te leuaui animam meam Deus meus: in te confido: non erubeſcam. Et
Pſal. 122. ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuę: ita oculi noſtri ad Dominum: donec miſereatur noſtri. Si non eſt in terra quem aſpiejas, aſpice Deum. Si nullus eſt cui confidas, confide

confide in Domino, reuela Domino viam tuam, & ipſe fac.et. Expende verò, quàm confidenter dicat, Audiet me *Pſal. 33.* Deus meus. Quia oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.

II. PARS.

Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam, cum ſedero in tenebris. Dominus lux mea eſt. Iram Domini portabo: quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet; & faciat iudicium meum. Educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius. Et aſpiciet inimica mea & operietur confuſione, quæ dicit ad me, vbi eſt Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam. Nunc erit in cõculcationem vt lutũ platearum.

Eſt apoſtrophe in Babyloniam: quam Iudæa captiua alloquitur. Ait igitur. Iudæa in Babylone captiua. Babylonia inimica mea, ne adeò inſoleſcas, videns me cecidiſſe. Quia etiam ſi in tenebris ſedeam, conſurgam. Quia Dominus eſt lux mea. Peccaui ei: ideò iratus ille mihi, me tibi captiuam dedit, Sed iram eius ſuſtinebo, donec pœnam quam commerui, luam: & iudici Domino ſatisfaciam. Siquidem pœna ſoluta, ille me lucem adducet è tenebris. Tunc videbo *Daniel. 5.* iuſtitiam eius, quam contra te per Cyrum & Darium, exercebit. Tunc Balſaſare tuo Rege interfecto, & te in poreſtatem inimici ſubacta. aſpicies tu me, & pudore operieris: quę mihi dicebas, vbi eſt Deus tuus, quem tantopere ſuper noſtros deos iactabas? Tunc, oculi mei videbunt Babyloniam, citò erit illa in conculcationẽ. Calcabunt enim eam Perſæ. & Medi Cyro duce, vt calcatur lutũ in plateis. ¶ Tu lector obſerua Michææ ordinem Dixit omnẽ probitatẽ exulaſſe tunc à Iudæa dixerat, Nunc eius vaſtitas per Nabuchodonoſor venit: dicit nunc in hoc textu, quid Iudęa in Babylone, cõtra Babylonem à Cyro vaſtatam dictura ſit. vbi ſimul & Babyloniæ calamitatem, & Iudææ felicitatem prædicit.

III. PARS

Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ. In die illa longe fiet lex. In die illa, & vſque ad te veniet de Aſſur, & vſque ad ciuitates munitas & à ciuitatibus munitis, vſque ad flumen: & ad mare de mari: & ad montẽ de monte. Litera Hebræa ita habet. Dies, vt ædificentur macerię tuę: die illa lõge fiet lex, die illa vſq; ad te veniet de Aſſur, & ciuitatibus munitis: & de munitione vſque ad flumen, & mare de mari: & montem de monte. Sed ferè *1. Eſdr. 1* idem eſt ſenſus, prædicit enim propheta facultatem à Cyro conceſſam Iudæis redeũdi in patriam auitã: & reedificãdi macerias eius: Ait igitur: vaſtata per Cyrum Babylone, iam

tempus eſt, vt ex Cyri facultate ædificentur materiæ ſeu pa-
4.*Re.vlt.* rietes, quos Nabuchodonoſoris ira deſtruxerat. Iam tempus
eſt, vt lex tributorum, quibus captiui opprimebantur Iudæi
lõge fiat, atq; deleatur. Mãdauit enim Artaxerxes, quod an-
1.*Eſd.*1. 7 tea mãdauerat Cyrus, vt liberũ eſſet Iudæis ſoluta captiui-
tate, in ſuam libertatem redire. Iam tempus eſt, vt vſque ad
te, ô Iudæa tua gens redeat. Redeat, inquam, ex Aſſur, id eſt
ex ciuitatibus Aſſyræ. Babyloniæ propinquis. & aliis ciuita-
tibus munitis. ad alias ciuitates. & inde ad flumen Euphra-
tem, & inde ex mari perſico, ad mare Iudææ. id eſt, ad ma-
re Mediterraneum : veniens. ſ. ex mari ad mare, & ex mon-
Vopelius. tibus ad montes. ¶ Si tabulas Geographiæ corã te nunc le-
ctor habueris, videbis apertè quod hîc tradit Propheta. Nã
Babylonia habet ad Orientem propinquum mare Perſicum
ad Meridiem fluuium Euphratẽ. Ergo Iudæi è Babylone &
aliis ciuitatibus in Iudæam redeuntes, veniebant ad alias ci-
uitates, quæ in via eis occurrebant. Inde venerunt ad Eu-
phratem, (qui Emphaſis cauſa flumẽ abſolute dicitur.) Inde
relicto mari Perſico, ad Mediterraneum properabant, venie-
bãt igitur à mari ad mare, & de mõtibus ad montãa Iudeæ.
1.*Eſd.*2 ¶ Porrò deſcribitur hęc Iudęorum profectio, quia ex Iudæis
redibant quadraginta duo millia treceti, & ſexaginta exſer-
uis eorum ſuptem millia trecenti triginta ſeptem: cum ma-
xima copia iumentorum. Erat igitur iuſtum explicare, quo
itinere ea expeditio venerit. venit enim rectà è Babylonia
per terram, vſque Iudæam: nihil verita longiſſimum iter.

IIII. PARS,

*Et terra erit ad deſolationem : propter habitatores ſuos : & propter
fructum cogitationum eorum.* Poſtquam Iudæi redierunt in pa-
1.*Mach.* 1 trios fines, vixeruntque fœliciter ſub gubernatione Regum
Perſarum prius: poſtea verò, Regum qui poſt Alexandrum
vſque ad Epiphanem Aſiam gubernauerunt, multis ſe vi-
tiis dediderunt. Multi enim ex eis dixerunt contribulibus
ſuis, Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus,
quæ circa nos, ſuntiquia ex quo receſſimus ab eis, inuene-
runt nos multa mala, & ita perſuaſerunt multis. Ait nunc
Propheta. Terra Iudææ ſuis habitatoribus poſt reditum è
Babylonia & Aſſyria plena, non ſemper ita durabit. imo de-
ſolabitur ab Antiocho Epiphane: propter habitantes in Iu-
dæa, ea enim vaſtatio erit fructus peruerſarum cogitatio-
num

nũ Iudæorum:quibus parant à Deo ſuo deciſcere.¶ Habes lector pœnam eſſe fructum culpæ,ſeminas crimina,naſcũtur tibi calamitates. Ne igitur ſemines mala in ſulcis iuſtitiæ:alioqui colliges ea in ſeptuplum.Germinat quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos grai. *Eccleſ.7*

V. PARS. *Oſe.10*

Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantes ſolos in ſaltu:in medio Carmeli. Deus Paſcentur Baſan, & Galaad,iuxta dies antiquos. Secundum diẽ egreſsionis tuæ de terra Aegypti oſtendam ei mirabilia. Videbunt gentes. & confundentur ſuper omni fortitudine ſua ponent manum ſuper os, aures eorum ſurda erunt lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus ſuis. Videns Propheta infœliciſſimam Iudęorum calamitatem ſub Antiocho Epiphane,illiq́ue intimè compatiẽs ita Deum quem præſentem habebat,ſuppliciter orat.Paſce Domine tuo baculo populum tuum, id eſt gregem, quem tuam hęreditatem eſſe voluiſti. Fac ne commiſti ſint inter impias gentes:ſed in ſua patria habitent ſoli:velut grex ſolus in ſaltu, ſeu in medio montis Carmeli. Qui mons erat aptiſſimus pecori paſcendo. In quo Nabal ſua pecora paſcebat.Huic tam ſupplici orationi reſpondet Deus. Ita fiet *1.Reg.25* Paſcẽtur enim Iudæi in pinguiſſimis paſcuis, ſcilicet in Baſan,& Galaad:iuxta dies antiquos.Nam induam fortitudine *1.Mach.5* Machabęos,qui eiectis impiis gentibus,non ſolum ex Iudæa,ſed etiam ex terra Baſan.& ex ipſi proxima, terra Galaad,fideles Iudæos, in terris illis habitatores ſubſtituant. vt olim ſub Moſe,deuicto Og Rege Baſan, & ſubacta vniuerſa terra Galaad, eiuſq́ue habitatoribus eiectis, in terra illa *Deut.3* tribus Ruben,& Gad habitauerunt.Hæc Moſis hiſtoria habetur in Deuteronomio. illa verò Machabæorũ habetur in eorum lib.primo.Pergit Dominus.Vt in egreſſione populi *1.Mach.5* Iudaici deſignaui magna mirabilia, dans victoriam Iudæis ex inuincibilibus gignãtibus,qui terrã promiſſam habitabãt ita deſignabo,oſtẽdamq́ue mirabilia magna in Machabęis qui non brachio ſuo extento, ſed mirabili fauore meo incredibiles victorias de hoſtibus reportabunt. Videbunt tũc *1.Mach.3* hæc mirabilia gentes,& pudore afficientur, aſpicientes tãtam fortitudinem ſuam, à pauciſſimis ſub. Machabæo diſſipari,velut muti conticeſcent:velut ſurdi ſtupebunt:occludent ſe præ timore in antra(vt ſolent ſerpentes) & nec ibi tuti manebunt: nam abducentur ex eis, vt reptilia ſolent abduci.Quàm expauerit Antiochus andiens inexpugnabiles

biles copias ſuas à Machabæo expugnatas legimus 1.Ma-
1.Mac. 6 chab.manſit igitur Anthiochus velut ſurdus & mutus.oc-
cluſiſſe ſe velut in antrum ciues Ephronis, adueniẽte Ma-
chabæo, habes in libro eodem.Demum quia inimici ſuba-
1.Mac. 5 cti à victoria, coram eo adorant interra proſtrati,dicuntur
lingere terram,vt ſerpentes, iuxtaillud,Inimici eius terram
Pſal.71 lingent.quod facturos coram Machabæo propheta docet.

VI. PARS.

Dominum Deum noſtrum deſiderabunt:& timebunt te. ¶ *Quis Deus ſimilis tui? Qui aufers iniquitatem.(2.)& tranſit peccatum reliquiarum hæreditatis quæ(.3.)non immittet vltra furorẽ ſuum:quoniã volẽs miſer cordiam eſt (4.)reuertetur,& miſerebitur noſtri.(5.)Deponet iniquitates noſtras.(6.)proiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* ¶(7.) *Dabis veritatem Iacob,miſericordiam Abraham: quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.* Illud verbum Non immittet vltra furorem ſuum,cum ſequentibus cogit omnino me vt hũc textum de Chriſto intelligam:in hunc ſenſum.A tempore Machabæorum ad Chriſtum Iudæi multi pij erunt,qui Deum noſtrum deſiderabunt,vt veniat
Luc.1 2 teque Domine(quem in lumine prophetico video)timebũt.
Philip. 2 Videns verò propheta,Chriſtum patantem deſiderium Iu-
1.Pet.2 dæorum piorum cõplere.ſ.deſiderium Zachariæ, Annæ Si-
Rom.5 meonis,& aliorum multorum:videnſque eum in carne venire,exclamat,dicens,ô Domine quis ſimilis tibi?quis tan-
Ioan.1 tus ita ſe dimittat? quis cum in forma Dei eſſet, formam
ſerui acciperet?¶ 1.Tu aufers iniquitates noſtras: Euãgelio
Luc.13 quod docuiſti:exemplo vitæ,quod oſtẽdiſti: Spiritu ſancto
quẽ nobis dediſti charitate, & aliis virtutibus, quas in nos
Ioelis.2 effudiſti:Sacramentis quæ ad peccata tollenda,inſtituiſti.
Nam hic eſt omnis fructus vt peccata tollãtur, verè agnus Dei qui tollis peccata mundi,id eſt, qui tuo ſanguine deles lituram quam atramentum peccati in nobis effecit.

¶ 2.Tu tranſis ſuper peccata tuorum piorum, qui ſunt pauci,vt reliquiæ: at hi ſunt hæreditas tua Ita loquuntur Hiſpani Paſſays per neuſtros peccados.Ita & tuus Ioel lo-
Eſai.42 quutus eſt,diſſimulans peccata propter pœnitentiam,Ita & tu dixiſti,Tacui,ſemper ſilui,& item, Amplius non recor-
Ezech.18 debor peccatorum eius.

¶ 3. Eia mortale iam Deus noſter non amplius mittet furorem ſuum in ſuos.Reiecit ille Iudæos profectò, at minimè reiiciet Chriſtianos immiſit in illos furorem:non ita

immittet

immittet in hos. Ipſo dicente, Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi certè quia olim diligebat iuſtitiam: nunc autem miſericordiam. Siquidem diligit pios, vtpote quos ſuo ſanguine in ſuis manibus tenet ſcriptos. *Matth.21* *Matth.vlt.*

¶ 4. Igitur Deus reuertetur, & ex iuſto eum habemus miſericordem: ex leone agnum: ex iudice aduocatum: ex hoſte chariſſimum fratrem, & patrem, nec enim confunditur nos fratres vocare dicens. Nunciaui nomen tuum fratribus meis. *Iſai.49* *1.Ioan.2* *Hebr.2*

¶ 5. Deponet, inquit, iniquitates noſtras. Certè Deus poſuit ſuper Chriſto omẽs omnium noſtrorum iniquitates: vt ipſe pro nobis noſtra debita diſſolueret. at poſt quam crucifixus eſt pœna ſoluta, exonerauit debita vniuerſa, depoſuitque crimina noſtra, quæ ſuper eum Deus poſuerat. iam iniquitates non ſunt ſuper humeris. ſed ſub pedibus Chriſti. iam non premunt noſtra peccata Chriſtum: ſed potius ipſe ſubigit & calcat omnia crimina noſtra. *Iſai.52*

¶ 6. Neque verò ſolum calcat iniquitates noſtras: ſed eas proiecit in profundum maris: ſicut olim Ægyptios. qui Iudæos perſequebantur in profundum maris eiecit. Chriſtiani, quantum eſt ex Chriſto, quantum eſt ex lege, & ſpiritu eius, iam ſunt demerſa cuncta peccata, iam peccare non licet. ô infœlicitatem, ſi iniquitatem in profundo iacentem, ad nos reuocamus. Maledicebatur, qui maledictam Iericho reædificaret: num non magis maledicentur, qui ſepultam in profundo iniquitatem, vt iterum viuat, inde reduxerit? *Exod.12.* *Ioſue.6*

¶ 7. Sed ad te Domine conuerto ſermonem. Tu Domine veniens tu auferes iniquitatem noſtram: tu diſſimulabis peccata noſtra: tu non immittes amplius tuum furorem, æterna. ſ. redemptione inuenta: Hæc tu facies omnia, vt impleas veritatem, quam promiſiſti Iacob vt impleas miſericordiam, quam iuraſti Abrahæ: neque Abrahæ ſoli ſed Dauidi, & Prophetis patribus noſtris non ab heri & nudius tertius: ſed ab origine mundi. Nã ipſe Adæ id promiſiſti, verbis certè illis. inimicitias ponam inter te, & mulierem: inter ſemen tuum, & ſemen eius, . ipſe conteret caput tuum. vt Hebræa litera dicit. *Hebr.9* *Gene.23* *Gene.1325* *Gen.3.*

FINIS PROPHETÆ Michææ.

IN NAHVM.

Protheoria. IN hac prophetia maximè nos vndique tenebræ premunt. Omnes enim penè authores vnde lucem ad has tenebras illuſtrandas parabimus aſſumere, adeò variant: vt maiores tenebras efficiant. Dicam quæ certiſſima eſſe intellexero, ex quibus lux noſtro Prophetæ poſſit inferri.
Gene.10 Nembrod primus Rex mundi poſt diluuium, ædificauit ciuitatem Babyloniæ: quam imperij ſui caput eſſe voluit. habetur hoc in Geneſi. Inde (vt ex Rabinis Galatinus af-
Galatin. fert) expulit Aſſur, alio nomine Ninum, patruum ſuum. Egreſſus Aſſur, ſeu Ninus Babylonia, ædificat Niniuem de
Gene.10 nomine ſuo: vt in Geneſ. dicitur. ¶ Fuit Niniue maior quam Babylonia, vt inquit Strabo. Habuit quippe iter trium die-
Strabo. li. 16. rum ab ingreſſu ad egreſſum, vt Ionas ait. Nec mirum, nam decem millia hominum eam ædificauerunt, an. 8. vt Vol-
Ionæ 3 laterr. dicit. ¶ Fixit in hac vrbe ſuum imperium Ninus: &
Volaterra. inde bellum toti intulit Orienti. ipſum ſibi ſubigens, vt li. 1.
Iuſtinus. Iuſtin. ait, & multò quam Iuſtinus grauior Auguſt. lib. 18.
Auguſt. de Ciuit. c. 2. ¶ Hoc Aſſyriorum imperium durauit in Aſſy-
Grinæus. riæ Niniue ann. 1239. vt Grinæus ſuper Iuſtinum computat.
Euſebius. Euſeb. in Chronic. dicit regnatum in Aſſyria ann. 1240. Licet ego probauerim duraſſe 1450. ¶ Porrò regnarunt in
Ioan. Lucidus. Niniue vſque ad Sardanapalum. 36. Reges. vt iidem & alij conſtanter affirmant. ¶ Iam Sardanapalo victo à ducibus
Strabo. ſuis Arbace, & Belloco (quem Diodorus Belleſum vocat)
Diod. li. 3 Niniue illa orbis caput deletur à ducibus dictis. Ita Strabo.
Strabo. li. 16. Poſt euerſos, inquit, à Medis (ſcilicet ab Arbace) Syros
Eodem. qui Ninum (id eſt, Niniuem) ædificarunt, ex templo Niniue
Clitarch. deleta eſt. Arbacen Strabo Orbacem nominat: Alij Arba-
Athenæus. ctum. Clitarchus apud Athenæum li. 12. c 12. affirmat Sardanapalum vixiſſe poſt Syriorum imperij euerſionem, id eſt, poſt vaſtatam Niniuem, Syriorum vel Aſſyriorum (vt Strabo
Ionæ.1 dicit) caput. En lector prima Niniuis euerſio: quæ incidit
Diod. li. 3 in tempora Ioathan, vel Azariæ Regum Iuda: vt ſuper Ionam dixi, quã Diodorus velut per ſomnia tradit. ¶ Sed bre-
4 Re. 15 ui, vaſtata Niniue reſtituta eſt. Nam Belloco, qui eam va-
4 Re. 16 ſtauit ſucceſſit Phal-Aſſar: & huic Salmanaſſar: qui captiuũ
Tob. 1. vl. Iſraelem in Niniuem adduxit: vt liber Tobiæ nos docet: vbi dicitur, quod vſq; ad annum 102, vitæ ſuæ, Tobias in Niniue durauit. Rurſum & Sennacherib, dum in Niniue ſuum

Deum adorat, à filio occiditur: vt in 4. Regum habetur.
Erat igitur Niniue reędificata ſub Regibus his: licet non *4.Reg. 19*
tam fœlix vt olim:quod infra nos hic propheta docebit.Et *Nahum 3*
quia Sennacherib regnauit tempore Ezechię Regis Iuda: *4.Reg.19*
fit vt Ezechię tempore Niniue iam ciuitas eſſet. ¶ Ezechię
ſucceſſit Manaſſes, Amon, Ioſias: Cuius extremo tempo- *4.Re. 20*
re regnat apud Medos Cyaxates.(Herodoto) vel Cyaxa- *Herodo-*
res Euſebio. Hic vaſtauit iterum Niniuem. Ita Herodotus, *tus lib.1*
in Clio. Medi inquit recuperarunt imperium, & Ninum, *Herodo-*
(id eſt Niniuem) expugnauerunt. Idem Euſebius. En le- *tus ibid.*
ctor, ſecunda Niniuis euerſio: quę contigit pauciſſimis an-
nis ante monarchiam Nabuchodonoſoris in Babylonia,
Hic fœlici fortuna vſus, Ægyptum cœpit: vaſtata Ægy- *4.Re.24*
pti inſigniſſima vrbe No Ammon: vt Ieremias dicit, cum *& 25.*
ait, Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Alexandrię. Hebręis
eſt נא אמון No Ammon,& ibi dicit traditam hanc vr- *Iere. 49*
bem,& Ægyptum in manus populi Aquilonis,id eſt Nabu- *Eodem.*
chodonoſoris.¶ Hic lector fige pedem,attentiſſimè obſer-
uans noſtrum Prophetam Nahum facere mētionem huius *Nahum 3*
vaſtationis, quâ Nabuchodonoſor vaſtauit No Ammon,
ſeu Alexandriam,ita enim c.3.ait, Num tu meliores, quàm *Diod.li.3*
Alexādria &c.arguit enim ita propheta:ſi No Ammon,quæ *Euſeb.in*
erat maior vaſtata eſt,cur tu Niniuæ,quæ minores,credis te *chro.*
nō poſſe vaſtari?Ergo neceſſariò euerſio No Ammonis fuit
prior quàm hæc prophetia: quâ poſt euerſam No Ammon
prædicitur Niniue euertenda. ¶ Ex hac clara & attenta ob-
ſeruatione,facile eſt colligere Nahum nullam facere men-
tionem de prima Niniuis euerſione à Belloco,ſiue Belloſo,
& Arbace,quā tradiderunt Diodorus,Euſebius,& Oroſius:
nec facere mentionem de ſecunda euerſione facta à Cya-
xare:quam tradit Herodotus,& Euſebius.Hæ enim præceſ-
ſerant euerſionem No Ammon.at propheta tradit de euer-
ſione Niniuis,quæ facta eſt poſt euerſam No Ammon.ergo
collige ꝙ hæc prophetia poſterior eſt vaſtatione No Am-
mon:ac ita poſterior Nabuchodonoſore, qui eam vaſtauit.
Non igitur rectè dicūt Hebręi hunc prophetā prophetaſſe
ſub Manaſſe.Imò verò multo poſt Manaſſem,Ammon,Io-
ſiam,Ioachas,& Sedechiā,quem Nabuchodonoſor,vinctū
duxit in Babylonē,vaſtata ab eo iam No Ammon,Si igitur
Nahum tacuiſſet vaſtationem No Ammon neſciremus,
quo ille tempore vixit:at quia eam dixit,videmus eum pro-
phetaſſe poſt eam vaſtationem, ſcilicet, aut tempore Na- *4.Reg.vl.*

4.Reg.vl. bucbodonoſoris,aut poſt eum. ¶Succeſſit Nabuchodono-
Iere.vlt. ſori Eui Merodach , vt habetur 4 Reg. & apud Ieremiam
Da.5.7.8 Euil. Merodaco ſuccedit Balſaſar : quem Cyrus Perſarum
1.Eſd.1 Rex imperio & vita priuauit. Porrò Cyrus primo imperij
ſui anno, facultatem dedit Iudæis redeundi in patriã ſuam:
Iudith 1. & illi redierunt. ¶Poſt eorum reditum regnat alius Nabu-
chodoſor in Niniue. Id mirabuntur , quicunque hæc lege-
rint.ita planè res miranda eſt,ſed vera. Probatur.Nabucho-
Eodem. doſor regnat in Niniue.vt habetur Iudith 1.Is mãdat Holo-
Iudith 2. fernem.Iudith ca.2.Holofernes obſidet Bethuliam,& in ea
obſidione Achior habuit coram eo longam orationem. Iu-
Iudith 5. dith 5.In qua oratione inter multa hęc dixit.Plurimi Iudæo-
Eodem. rum ante hos annos, captiui abducti ſunt in terram non
ſuam: Nuper autem reuerſi ad Dominum Deum ſuum , ex
diſperſione,qua diſperſi fuerant, adunati ſunt : & aſcende-
runt montana hæc omnia & iterum poſſident Ieruſalem.
Hactenus Achior. Igitur poſt reditum Iudæorum ex Baby-
lone in Ieroſolymam. Holofernem mittit Nabuchodono-
ſor:& Nabuchodonoſor in Niniue regnat.quid euidentius?
¶Ergo poſtquam Niniue vaſtata eſt à Cyaxare,reſtituta eſt,
Iudith 1. & magna facta. Nam Iudith 1.dicitur ira,Nabuchodonoſor
regnabat in Niniue ciuitate magna: non tamen tam magna,
Nahum 3 vt No Ammon à Nabuchodonoſore vaſtata: vt infra dicit
Propheta. ¶Contra Niniuem igitur a Cyaxare vaſtatam, &
poſtea reædificatam,& magnam effectam:& iam in ea alio
Nabuchodonoſore regnante, intonat Propheta noſter:
eíque ditam prædicit vaſtitatem. Et ego exiſtimo cauſam
prophetandi fuiſſe, quia hic poſterior Nabuchodonoſor
propter obtruncatum ducem ſuum Holofernem, Iudæis e-
rat infenſiſſimus hoſtis. Qua cauſa contra Niniuem vbi ille
glorioſè regnabat,Propheta deſeuiit. ¶ Quando verò hæc
propheria completa fuerit hiſtoriæ non dicunt : aut certè
non contigit mihi eas legiſſe. Completam fuiſſe tamen
ipſa experientia docet.

C A P V T I.

ONVS *Niniuè. Liber viſionis Nahum Elceſai.* Duos titulos Propheta ſuo operi propoſuit. prior eſt Onus Niniue pro onere Hebræis eſt משא maſſa.quod ſignificat onus grauè, eo quod premat ceruicem,cui imponitur: nec

eam

cam leuare ſinat. Ita Hierony. in prologo huius Prophetæ. *Hieron.*
Neque lector maiorem requiras Authorem. Eſt igitur prioris tituli ſenſus. Prophetia triſtis, & velut graue onus Niniui vrbi collocatum. Poſterior titulus eſt, Liber viſ. Nahum Elc. id eſt Liber, quo continetur reuelatio, & viſio quam, in lumine prophetico, & Diuino vidit Nahum Elceſæus. vt iam nulli de libri fide liceat dubitare. Quis fuerit Nahum neſcitur. aſſerit ipſe vero, ſe eſſe Elceſæum, id eſt, ex vico antiquo Elceſi vocato: quem Hieronymus ſe vidiſſe fatetur. *Hieron.*
Ex his vero quæ hactenus diximus quædam colligas, licet. *Eodem.*
Primum, Nahum fuiſſe poſtquam Nabuchodonoſor vaſtauit No Ammon, quę vocatur Alexandria. vt c 3. docebitur.
Secundum. Nahum propheta ſſe contra Niniuem, prius quidem à Cyaxari, & forſan à Cyro vaſtatam (quod innuit Herodotus) poſtea vero reſtitutam. nec reſtitutam modo, ſed magnam, effectam, celebrem, & illuſtrem. vt tota hæc prophetia docet aperte, V. de coniicio, Nahum propheta ſſe ſub tertio Nabuchodonoſore, in Niniue regnante. Vnde colligis tertium, ſcilicet cur Nahum in ſuo titulo non præfixit Regem, ſub quo prophetarit? plane quia hoc Nabuchod. regnante: imò & à multis præcedentibus annis, Iudæi Rege carebant. *Nahum 3. Herod. li. 1 Iudith. 1*

I. PARS

1. Deus æmulator, & vlciſcens Dominus: & habens furorem. Vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos: & iraſcens ipſe inimicis ſuis: Dominus patiens, & magnus fortitudine: & (2.) mundans non facit innocẽtem. (3.) Dominus in tempeſtate & turbine via eius: & nebula puluis pedum eius. (4.) Increpans mare: & exſiccans illud: & omnia flumina in deſertum deducens. (5.) Infirmatus eſt Baſan, & carmelus, & flos Libani elanguit. Montes (6) cõmoti ſunt ab eo: & colles deſolati ſunt: & contremuit terra à facie eius: & orbis: & omnes habitantes in eo. (7.) Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? (8.) Indignatio eius effuſa eſt, vt ignis. (9.) & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. (10.) Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & ſciens ſperantes in ſe. Sicut fides noſtra fatetur rem toti naturæ incredibilem, quod ſcilicet Deus ſit vnus, & trinus ita Nahum hoc loco fatetur Deum ſummum habere furorem: ſimulq; ſummam habere patientiam. ¶ Igitur eſt Deus æmulator, vehementiſſimè excandeſcens contra hoſtes eorum, quos ille amat: non quod furorem animo gerat: ſed quod furorem opere monſtret. Habet igitur magnum *Symbolum Athanaſ*

furorẽ:habet ſimul magnam patientiam : & habet magnam fortitudinem ad patiendum.¶2 Sed mundans, in-
Valerius max. nocentem non facit:iuſtificans non iuſtificat. ſenſus eſt. patitur ille quidem , & magna patientia fert iniquitates noſtras.& ita ferendo,& non caſtigando, videmur nos iuſti.quos ſcilicet Deus tam iuſtus non puniat. At verò pro-
Pſal·103 fectò hoc modo tacens , & non caſtigans, non iuſtificat, nec mundat culpam noſtram: ſed potius eam exaggerat: & tarditatem ſupplicij grauitate compenſat.¶3. Dominus in tempeſ.ſenſus eſt Habet.Dominus patientiam,habet & furorem,quo vltionẽ de quouis ſumere poteſt. vtpote qui ponit in nube aſcenſum ſuum,&ambulat ſuper pennas vẽtorum.Cum igitur tempeſtas adeſt & turbo,ſuper illis ambulat ille : & ſuper nubibus,velut ſuper puluere pedes eius gradiuntur. Qui hęc facit in aëre,quid poterit in terra?¶4. Si increpet mare,aut flumina:& mare & flumina conterri-
Exod.14 ta ſiccantur.vt olim exẽplo fuit mare rubrum, & Iordanis,
¶5.Infirmatus eſt Baſan,quia Deo fauente Iudæis,non po-
Ioſue 5. tuit eis reſiſtere fortiſſimus Rex Baſan.Carmelus item ſubacta eſt à Ioſue,eius Rege deuicto.Et certè Ioſue vniuerſos Reges Libano proximos vaſtante,fortitudo & ferocia
Deut 3. Regum in Libano habitantium elanguit.Nam Amorrhæ⁹ in Libano ſedens,etiam vaſtatus eſt. ¶6 Neque verò ſoli
Ioſue.12 Reges vaſtantur à Domino,ſed &montes à facie eius mouentur.atque terra tremit,& orbis. Dictum enim eſt,Cum pertranſires in deſerto terra mota eſt.&item,à facie Domi-
Ioſue 11 ni mota eſt terra,à facie Dei Iacob,& item.Aſpexit,& diſſoluit gentes,contriti ſunt mõtes ſæculi,quia reuera mon-
l.67 tes tremuerũt , maximè Deo dante Legem in Sina. & vi-
l.113 detur terremotus ille vniuerſalis,noſtro Propheta dicente. Contremuit terra à facie eius & orbis. ¶7.Ante faciem eius quis ſtabit.Siquidem veniente arca Dei in Paleſtinam,
Luc.3 diſſolutum eſt cor Paleſtinorum,&non remanſit in eis ſpiritus.¶8.Effundit indignationem vt ignem, quem experti ſunt Chore, Dathan , & Abiron , & complices eorum.
Ioſue 5 ¶9. Petra etiam iuſſa aquam dare,ſeſe diſſoluit, vt equam daret.Dictum enim eſt,Percuſſit petram,& fluxerunt aquę,
Num.16 abierunt in ſicco flumina. ¶10.Abſoluit hunc locum Propheta dicens. O Aſſyrij talis eſt Deus noſter contra hoſtes
Pſal.104. ſuos,qualem vobis depinxi : & vos olim audiſtis. Contra verò optimus eſt Dominus : confortans nos in anguſtia
Pſal.21.33 noſtra,

noſtra,oculos coniectos habens,in ſperantes in ipſum.

II. PARS.

Et in diluuio prætereunte,conſummationem faciet loci eius. (2.) Et inimicos eius perſequentur tenebræ. (3.) Quid cogitatis contra Dominum? Conſummationem ipſe faciet:non conſurget duplex tribulatio. (4.) Quia ſicut ſpinæ ſibi inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium : cònſumentur, quaſi ſtipula ariditate plena. (5.) Ex te exibit cogitans contra Dominum maliciam: mente pertractans præuaricationem. Incipit iam Propheta tractare vaſtationem Niniuis,dicens Dominus cõſummationem faciet loci Niniũis,per hoſtes, ita agminatim in Niniuem irruentes,vt aquæ diluuij venire ſolent.2.Et calamitatum tenebræ perſequentur Niniuitas Dei inimicos , vt olim palpabiles tenebræ oppreſſerunt Ægyptios.3.Quid ô Niniuitę cogitatis nocere Iudęis,ac ita contra Dominum cogitatis? Ipſe Dominus penitus vos abſumet & conſumabit,& ſicut olim dixit Abiſai ad Dauid, confodiam Saulem lancea ſemel,nec erit opus ſecundo: ita Dominus conſumabit vos nunc,nec manebit quidpiã,quod poſtea conſumatur. ¶4. Textus ſequens ita habet Hebraicè. Quia ſicut ad ſpinas implexas:& ſicut ebrios:conſumabuntur,velut ſtipula arid. pl.ſenſus tamẽ eſt idẽ,ſcilicet vt conſumuntur ſpinæ nimis implexæ ab igne,ſi ad eas accedit: & vt conuiuium nimis ebriorum.eorum iudicium abſumit:ita Niniuitæ ab hoſtibus abſumentur,ſcilicet vt ſtipula nimis arida ab igne ſolet abſumi.Si quæris cauſam huius abſumptionis: eam ita Nahum exponit.¶5. Quia ex te ô Niniue non ſolũ olim exiuit Phul Belocus:& Teglat Phal aſſar,& Salman aſſar,& Sennacherib,cogitantes Domini religionem delere:ſed & nunc cogitabat Nabuchodonoſor, etiam Iudam , ſuo imperio per Holofernẽ ſubiygare.& reliogionẽ Dñi abolere.

Eod.10 *1.Reg.26* *4.Reg.15 d.f.* *4.Reg.17* *4.Reg.18* *Iudith.2.*

Hæc dicit Dominus,Si perfecti fuerint & ita plures,ſic quoque attondentur: & pertranſibit.¶ Afflixi te:non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo: & vincula tua diſrumpam. verbum perfecti שלמים ſelemim ſignificat diuites, quietos.vt ſit ſenſus.Si Niniuitæ fuerint in diuitiis perfecti & quieti:& ſint numero infiniti,nec ſic euadẽt,quin ab hoſtibus vt arietes tondeantur. & ita tondebuntur, vt Niniue pertranſeat,ceſſet,& finem accipiat.¶ Iam nunc ô Iudæa, olim te per Aſſyriorum Reges Niniuitas afflixi: non iam te per eos affligam. Tributum Aſſyriis pendebas:

4.Reg.15 17.18.

& illorum

& illorum ſceptrum erat ſuper te, vt ſuper ſubiectis. Ego ſceptrum illud conteram, nec ſis illi ſubiecta. Illi tibi, vt ſeruo, vincula ferri iniiciebant: ego hæc vincula rumpam. Iam non eris ſeruus illorum. Ita contigit planè, quia poſt Nabuchodonoſorem tertium. de quo ſupra diximus. nõ poſt multum adeò tempus venit Alexander Macedo, qui cum ſucceſſoribus ſuis imperium Aſſyriis penitus abſtulerunt. ac ideò ab Aſſyriis libera Iudæa fuit. ¶ Vides lector non poſſe intelligi hanc prophetiam de euerſione Niniuis ſub Sardanapalo: Siquidem poſt eam maximè Aſſyrij Iudæos ſubiugauerunt, ſcilicet Belochus, Teglath, Salmanaſſar, Sennacheribus.

Et præcipiet ſuper te Dominus, Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius. De domo Dei tui tui interficiam ſculptile, & conflatile ponam ſepulchrum tuum: quia inhonoratus es. ¶ Ecce ſuper montes, pedes Euangelizantis, & annuntiantis pacem, Celebra Iuda feſtiuitates tuas: & redde vota tua. Quia non adiciet vltra vt pertranſeat in te Belial: vniuerſus interiit. Conuertit Propheta ſermonem ad Regem Niniue, cuius virgam & ſceptrum, in clauſula præcedente, dixerat conterendum. Ait igitur Nahum, non ad Sardanapalũ, non ad Sennacheribũ: ſed ad vltimum Regem Niniue, qui fortaſſe Darius fuit, quem Alexander Macedo imperio priuauit. Ait igitur. Super te ô rex Miniue, decreuit Dominus huiuſmodi decretum. Niniue non amplius ſuſcipiet in ſe ſemen nominis tui, id eſt, non ſuſcipiet Regem, qui vocetur filius tuus. Item ex inſigniſſimo templo tuo, ſuccindam, & exterminabo omnia idola fuſilia, & conflatilia. hoſte ſcilicet eorũ aurũ & argentum ſibi ſumẽ-
Mich. 1. te. vt in ſimili apud Michæam dictũ eſt. Rurſum tertiò. Ego tibi ponam ſepulchrum. alij Reges ſepulcra ſibi poſuerunt, mauſolea & piramides altas, vt omnes noſſent, qui illi fuiſſent: & quo eſſent loco ſepulti. At tu nullum tibi mauſoleum pones: ego te in obſcuro ſepeliam, vbi nemo ſciat,
Deut. vlt. quo loco condaris. vt olim ſepeliui Moſen, cuius nemo ſepulturam agnouit: ſed ſorte diuerſa. Moſis ſepulchrum abſcondi: quia erat ille honoratiſſimus. tuum verò abſcondã: quia inhonoratus es mihi. ¶ Nunc quartò, omiſſo Rege Aſſyrio videns propheta in viſione prophetica, venire nuntios ſuper montes, annunciantes interitum Aſſyrij, & ideò fœlicitatem Iudæ, exclamat, Ecce ecce ſuper montibus video venire nuntios fauſta, & fœliciſſima nunciantes. vox quam audio dicit, Eia Iuda celebra feſta tua. redde Deo vota tua.
Item

Iam non vltra veniet cõtra te Rex Aſſyrius. Periit: Aſſyrius cum vniuerſa ſobole ſua. ¶Hic te lector, animum aduerte obſecro. Errant grauiſſimè Authores qui hanc prophetiam accommodant, aut Sa-danapalo, aut Sennacheribo. Si- *4. Reg.19* quidem poſt tempora Sardinapali venerunt contra Iudam Aſſyrij. venit enim vt minimum Sennacherib. taceo Salmanaſarem, Teglath phalaſſarem, & Belochum. qui Reges Aſ- *4. Reg.15* ſyrij dicebantur & erant porrò poſt tempora Sennacheribi venit contra Iudam ex Aſſyria Nabuchodonoſor ma- *4. Re.24* ximus Belial. & item non poteſt conuenire Sennacheribo, *& 25.* quod non ſeminabitur ex eo amplius Si quidem ſucceſsit ei filius ſuus Aſſar addom, qui regnauit in Niniue. Igitur re- *4. Re.19.* ctè accommodauimus Dario hanc prophetiam, in quo funditus Aſſyria ſoboles interiit. *1. Mach.1*

CAPVT II.

Protheoria Minutim recenſet propheta apparatum belli contra Niniuem, & eius expugnationem. Tum ridet eam iam vaſtatam.

Aſcendit qui diſpergat coram te: qui cuſtodiat obſidionem. Contemplare viam: conforta lumbos: robora virtutem valde. Quia reddidit Dominus ſuperbiam Iacob, ſicut ſuperbiã Iſrael. Quia vaſtatores diſſipauerunt eos: & propagines eorum corruperunt. Senſus eſt Niniue, en veniunt, qui non occultè, & per inſidias *Dan.5. & Herodotus.* (vt olim Cyrus contra Balſaſarem) ſed coram, palam, & aperto marte diſsipent te: Veniunt qui obſideant munitiones tuas. neque à cuſtodia diſcedant: ſed in ea perſeuerent. Surge, luſtra vias, per quas hoſtes venient: ſi eis impedimenta ne tranſeant, poſsis obiicere. Exerce vires: præpara arma, & reliquum belli robur. Sed quid tibi proderit? placet Domino, vt vincaris: vt ita reddat ſuperbiã, & magnificentiam Iacob: vt reddat libertatem Iſraeli. Id eſt, vt te victa Iacob, ſeu Iſrael iam à te liber triumphet, ſuperbiat, exultet: quod iam tali careat hoſte. Ergo Niniue deſtructa reddidit Dominus libertatem, & amplitudinem populo Iacob, qualem ipſum habere, & conueniebat, & decebat. Si queris quomodo Deus reddidit ſuã maieſtatẽ Iſraeli? cauſam ſubdit propheta, ſ. quia hoſtes vaſtatores diſſipauerunt Niniuitas: non eo ſolos, ſed & eorum ꝓpagines: filios, ſcilicet, & filias. vt nulla ſpes ſit eos reſtitui poſſe, vt Iudæis noceant.

Clipeus

clipeus fortiũ eius ignitus.(.2.) Viri exercitus eius in coccineis:(3.) Ignea habenæ currus, in die præparationis eius:(4.) & agitatores eius conſopiti ſunt:(5.) In itineribus conturbati ſunt.(6.) Quadrigæ colliſæ ſunt in plateis.(7.) Aſpectus eorum. quaſi lāpades: quaſi fulgura diſcurrentia.

Diuinè deſcribit, qualis erat exercitus hoſtium venientium contra Niniuem vrbem. Clipeus, inquit, eorum erat æreus, tam politus & terſus, vt ad Solem, flammas ignis videretur eiicere.(2.) Ipſi verò milites in exercitu venientes, veſtiti veniebant coccineis veſtibus. id eſt, purpura, & carbaſo.(3.) Habenæ quibus currus regebantur, erant ex ferro ad modum ignis lucente. ita lucebant in die, quę expeditio cõtra Niniuem præparabatur: adeò illi hoſtes vniuerſa pręparabant.(4.) Agitatores eius &c. huius particulæ ſenſus ex Hæbræo ſumi debet, qui habet, miſſilia eius veneno pota, ſeu ſopita ſunt. hinc ſenſus noſtræ verſionis hic eſſe videtur. Agitatores miſſilium velut veneno ſopiti ſunt: quia iacula veneno tincta ferebant. (5.) in itineribus premunt ſe: ac ita turbãtur. Nullum enim iter tam ſpacioſum eſt, quod eos capere poſſit: tanta eſt eorum multitudo. (6.) Quin & tot ſunt quadrigæ, vt etiam in plateis, & locis ampliſſimis inuicem ſe collidant.(7.) demum tam ſplendentibus galeis & thoracibus armati veniunt, vt Soli expoſiti, videantur lãpades, & fulgura coruſcantia.

Recordabitur fortium ſuorum. Ruent in itineribus ſuis. Velociter aſcendent muros eius. Et præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ ſunt. Et templum ad ſolum dirutum.

Præcedente textu deſcripſerat Nahum expeditionem & apparatum bellicum hoſtium contra Niniuem. Nunc depingit ipſius ab eis expugnationẽ, dicens. Dux harum copiarũ recenſebit fortiſſimos milites ſuos, Hiſpani dicimus, Hará alarde. Tunc milites tam grandi, & feroci animo per vias v:niẽt, vt ex feſtinatione ruant multi. Igitur alij velociſſimi conſcendent muros. alij apparabunt teſtudinem, quæ ad modum vmbraculi, tegit milites à defendentium armis (mantas nos vocamus) & ad ſuffodiendum murum, ipſis muris adhibetur. Milites verò ita teſtudine tecti, acceſſerunt ad oculos fluminum, è Niniue egredientiũ: & quos ciues in ſuam defenſionem portis obſtruxerant, ipſi aperiunt apertis oculis fluminum, templum quod iuxta pontem in modum fortiſſimæ turris conſtructum erat ad ſolum dirutum eſt. Quâ munitione diruta, expugnata ciuitas eſt.

eſt ¶ Ex verbo illo, præparabitur vmbraculum, ſeu teſtudo colligi videtur expeditionem Macedonum fuiſſe. Hi enim (vt Curtius inquit) hoc vmbraculo ſeu teſtudine, quam phalãgem vocabant, in vrbium expugnatione magnopere vtebantur. Si igitur admittas hanc Niniuis expugnationem ab Alexandri ducibus contra Darium factam fuiſſe, quadrabunt omnia pulchrè. *Q. Curtius*

Et miles captiuus abductus eſt. Et ancillæ eius minabuntur: gementes vt columbæ: murmurantes in cordibus ſuis. Et Niniue quaſi piſcina aquarum, aquæ eius. ipſi verò fugerunt. State. State. & non eſt qui reuertatur. Dixit modum quo Niniue expugnata eſt: nũc tradit, quid capta vrbe factũ ſit. Nempè milites qui eam defendebant, captiui abducti ſunt. Porrò particula prima Hebræè ita. וחצב גלתה האלתה ve Huzab gultah ha altah. Pro qua noſtra verſio habet, & miles captiuus abductus eſt. Sanctes verò ſic. Huzab Regina captiua abducta eſt Vatablus, conſtitutum, ſeu potius ſtatio captiua abeſt. Munſterus quæ obfirmata fuit cap. abeſt &c. Sed iudicio meo, vnus eſt omnium ſenſus ſcilicet ſtatio, ſeu præſidium militum, quod Reginam Huzab cuſtodiabat, captiuum abductum eſt. porrò militum ſtatione captiuata, etiam Regina captiua eſt. Ea captiua eius ancillæ captiuæ minabantur: gementes vt collumbę, percutientes pectora ſua: ſuam ſcilicet captiuitatẽ dolentes. ¶ Et lector crede hunc eſſe genuinum ſenſum. alioqui, quo referat verbum illud, ancillæ eius? Pergit Propheta, Niniue illa, quę erat velut piſcina infinitis aquis plena: id eſt infinitis hominib. facta: vacuata illa eſt, Fugerunt, qui in ea morabantur, videntes hoſtes vrbem ingreſſos. Tunc clamabant duces exercitus Niniuitarum, ad fugientes Niniuitas, Clamabant. Viri ſtate. ne fugiatis. redite. reſiſtite. at clamabant fruſtra. Nemo fugientiũ redibat quia quos clamor vocabat ad reditum, timor cogebat ad fugam.

Sanctes. *Vatablus.* *Münſterus* *Tigurin.* *Iſai. 58*

Diripite argentum, Diripite aurum. Et non eſt finis diuitiarum, ex omnibus vaſis deſiderabilibus. ¶ *Diſſipata eſt: & dilacerata. & cor tabeſcens: & diſſolutio geniculorum: & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum, ſicut nigredo ollæ.* Pergit Nahum, & narrat, quomodo duces hoſtium facultatem ſuis militibus dederunt, vt ciuitatẽ diriperent. Hiſpani dicimus, Dieſſon la ciuidada ſaco. Ergo dixerunt duces, Diripite noſtri milites argentum vrbis, & aurum. Illi diripuerunt: neque erat finis cõgeſtarum opũ, ex omni genere rerũ, quas poſſes

optare.Hoc modo Niniue opibus vacuata:muris diſciſa:munitionibus lacerata eſt: ſuorum porrò ciuium cor tabeſcebat.genua tremebant: renes deficiebant: facies ollæ nigrotem repræſentabant.Siquidem in vehementiſſimo & dolore,& timore,cor nobis fit rabidum:genua labant: renes diſ-
Ioelis.2. ſoluuntur: facies nigreſcit in modum ollæ fuliginoſæ. Diximus de hac re cum exponeremus Ioelem.

II. PARS.

VBI eſt habitaculum leonum? & paſcua catulorum leonum? Ad quam iuit leo,vt ingrederetur illuc: catulus leonis: & non eſt qui exterreat. Leo tulit ſufficienter catulis ſuis: & necauit leænis ſuis: & impleuit præda ſpeluncas ſuas: & cubile ſuum rapina. ¶ *Ecce ego ad te. dicit* Dominus *exercituum: & ſuccendam vſque ad fumum quadrigas tuas: & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo & terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.* Diſciſa,& diruta Niniue,ridet Propheta,& miratur dicēs, Vbi illa Niniue eſt,regia Regum Aſſyriorum:in qua illi leones, habitant,& paſcebantur? in quam,velut imperij caput ibat Aſſyrius Rex,& filius eius: velut leo, & leunculi ſui. Neque vt ex Regibus terræ, qui illos exterreret. Is Aſſyriæ Rex rapuit abundantiſſimè quod filiis ſuis daret, necauit alios, vt ex eorum opibus ſuas vxores ditaret. omnes expoliat,vt palatia ſua,theſauris oppleret.¶ At ô Niniue, ſum ego tibi tuiſque rapinis acerrimus, hoſtis, ait Dominus. exercitum tuum redigam in fumum:vt enim fumus in nihilū redigitur: ita in nihilum tuus exercitus redigetur.prolem regiā hoſtilis gladius inuadet. opes quas rapueras hoſtes tui in diuerſas regiones adducent. Iam non audietur
Iudic.1. vox nuntiorum tuorum. Quo verbo refricauit hiſtoriam Nabuchodonoſoris,qui miſit nuntios ad omnes qui habitabant in Cilicia, Damaſco, & Libano; & ad gentes.quæ ſunt in Carmelo,&Cedar,& in habitantes Galilæam,in cāpo magno Eſdrelon:& ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumun Iordanem:vſque ad Ieruſalem, quoſque perueniatur ad montes Æthiopiæ:ad omnes iſto miſit nuncios Nabuchodonoſor.vt ſcilicet omnes eius imperium reciperent.Dicit nunc Nahum.Non amplius Niniue deleta,ſuus Rex nuncios in orbem mittet nec amplius vox nunciorum eius audietur.

CAPVT

CAPVT III.

EXpōit ſcelera Niniuis, eius vaſtationem & rurſum vaſtationis cauſas. Secundò Deus loquitur contra Niniuem grauia verba prænuncians ei ſuam vaſtitatem, adducto exemplo No Ammonis inclytæ vrbis Ægypt. Tertiò proponit Niniuem parantem ſe contra obſidionem: ſed fruſtra. Erit enim ab hoſte vaſtanda. Protheoria

VÆ ciuitas ſanguinum: mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. Væ inquit tibi Niniue, vbi innumeræ fiunt cedes: vbi innumera mendacia in iudicio componuntur ad lacerandas, & rapiendas hominum opes: vbi nunquam deſunt furta & rapinæ.

Vox flagelli: & vox impetus rotæ: & equi frementis: & quadrigæ feruentis: & equitis aſcendentis: & micantis gladij: & fulgurantis haſtæ & multitudinis interfectæ: & grauis ruinæ. neque eſt finis cadauerum: & corruent in corporibus ſuis. ¶ Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratioſæ: quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis: & familias in maleficiis ſuis. Patere lector obſecro vt textum Hebræum bona fide tibi proponam. Is eſt. Vox, flagelli: & vox impetus rotæ: & equus fremens: & currus ſaltans: & eques aſcendens: & flammans gladius: & fulgurans lancea: & multitudo interfectorum: & frequentia mortuorū: & non eſt finis cadaueribus eius: impingent in cadauera eorum. Ex multitudine fornicationem fornicariæ bonæ, & gratioſæ: matris maleficiorum, quæ vendit gentes. &c. Senſus vtriuſque idem eſt, ſ. En tibi Niniue, tui properāt hoſtes. En ſonat vox flagellarum, quibus aurigæ verberant equos. En audiuntur impetus rotarum. En adſunt equi frementes: quadrigæ properantes: equites ſuper equis aſcendentes. En micant gladij: fulgurant haſtæ: concurritur ad pugnam. Ah multitudo iacet occiſorum: proſtrata eſt grauis copia mortuorum: infinita cadauera proſtrant. vbique hoſtes in cadauera incurrunt. Si quæris tantæ calamitatis cauſas, certè cecidit Niniue propter multitudinem fornicationum ſuarum. ſcilicet propter infinita idola, que colebat. Eſt enim idololatria fœda animæ fornicatio & adulterium quo Deo vero ſponſo relicto, falſis idolorum Diis adiungitur. Igitur Niniue tam diues, & pulchra meretrix ſpecioſa, & gratioſa, innumeris idolis addicta: vendens, id eſt decipiens & fallens idololatriā ſua, nec idololatria ſola: ſed maleficiis etiam: id eſt magis, incantario- Oſee. 1. 2. 3 Oſee. 3.

 nibus

nibus,& dæmonem præſtigiis.¶ Docemur hoc loco, Niniuem cædibus hominum ſanguinariam: periuriis maculatam rapinis frequentiſſimam. vltra hęc porrò, idololatrię deditiſſimam: & præſtigiis, ac veneficiorum malis artibus pleniſſimam, propter hæc igitur, tantam calamitatem paſſa eſt.

II. PARS.

ECCE Ego ad te, dicit Dominus exercituum, Et reuelabo pudenda tua, in facie tua. & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Senſus ex litera Hebræa eſt. Tu meretrix, & ſcortum es ô Niniue, ego igitur attollam fimbrias veſtium tuarum, & eas iniiciam ſuper faciam tuam. reiecta igitur in caput, gentes & regna tuam nuditatem aſpicient. Signif. hæc Metaphora, futuram Niniuem ſine Rege, ſine opi. ſine hóminib. velut nuda fœmina ſine veſtib. pergit dominus.

Proiiciã ſuper te abominationes: & contum. te afficiam: & ponam in te exemplum. id eſt faciam, vt omnes te execrentur. ponam te vt ſtercus, ac ita eris Parabola, & exemplum omnib. qui de te loquentur. Eſt verò Hebręa phraſis, id dicere Parab: & e-
Iere. 24. xemp. cuius caſus ab omnib. ridetur. vide apud Iere. Mich. &
Mich. 2. Aba. Explicat hæc amplius Deus. *Et eris, omnis qui viderit te, re-*
Abac. 2. *ſiliet à te, & dicet. Vaſtata eſt Niniue. Quis commouebit ſuper te ca-*
Mich. 2. *put? vnde quæram conſolatorem tibi?* Id eſt, faciam te tantopere
Abac. 2. execrandam, vt qui viderit te, velut ab execratione, & anathemate reſiliat: dicens fugio à te. vt quam Dominus vaſtauit, propter tuas execratiſſimas abominationes. adeo execranda eris, vt nemo ex commiſeratione moueat ſuper te caput. nam ſolemus, cum alicuius calamitati compatimur, caput à fronte ad pectus, aliquoties mouere. Demum adeò eris infœlix, vt nullus adſit conſolator tibi.

Num tu melior es Alexandria populorum? quæ habitat in fluminibus: aqua in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ muri eius. Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non eſt finis. Aphrica, & Lybies fuerunt in auxilio tuo.¶ Sed & ipſa in tranſmigrationem adducta eſt in captiuitatem. Paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum: Et ſuper inclitos eius miſerunt ſortem. Et omnes optimates eius confixi ſunt in compedibus. Vrbs fuit in Ægyp. vocata No. & quia infinitis hominibus plena erat, vocabatur No Ammon. id eſt No populorum. Erat ſita ſuper Nilum, hinc enim riuulis Nili, inde lacu Mareotico, ex alia parte mari cingitur: Inquit Hieronymus. Ideò Nahum dicit

quæ

quæ habitat in fluminib.aquæ in circuitu eius:& aquæ muri eius,Erat item ditiſſima.vt pote ad quam per mare,mundi opes adducebantur à mercatoribus.ideò dicit, cuius diuitiæ mare.vt de Tyro dicit Ezechiel.Et quia in ea habitant infiniti Æthiopes, & Ægyptij viri militares, ideò ait Æthiopia & Ægyptus fortitudo eius.neque eſt finis ciuium eius. Fuit itaque totius Ægypti metropolis.vt Zieglerus,Q.Curtius, & qui res Alexandri ſcripſerunt,aſſeuerant.. ¶ Contra hanc venit Nabuchodonoſor magnus.Is enim anno ſui imperij primò venit cõtra Ioachim Regem Iuda,eumque ſibi ſubiecit.Inde venit in Ægyptum, & eam ſibi ſubegit : propterea Ægyptus non rediit, vt Iudæam affligeret,ſicut facere ſolebat.Tunc vaſtauit ille No Ammon.vt habet Ieremias planè, & apertè.Vaſtauit porrò eam,licet Aphrica,& Lybia in auxilium No veniſſent.Propheta dicit Aphrica & Lybies fuerunt in auxilio tuo.ſed fruſtra.qui capta eſt No à Nabuchodonoſore, cuius milites paſſim paruulos elidebant : Cuius duces ſortes mittebant ſuper nobiles Ægyptios.quis cui obueniret,reliqui principes vrbis in compedibus ſunt abducti captiui.¶ Iacuit igitur proſtrata No Ammon à tempore Nabuchodonoſoris,ad Alexandrum Magnum qui capta Ægypto, reædificauit No dirutam,eamque Alexandriam de ſuo nomine vocauit.cuius hiſtoriam ſi ſcire cupis, copioſam eam habes apud Volaterranum lib.12.fuſiorem apud Plinium lib.5.c.10.Quia igitur Alexandria vocata eſt.quæ prius No dicebatur,ideò alexandria in noſtra vulgata æditione nominatur,non quod Alexandria vocaretur antiquitus : ſed quia ſic ab Alexandro nominata eſt.¶ Iam verò licet Libya, & Aphrica idem ſignificare videantur ſcilicet tertiam orbis partem:bonis tamen authoribus propriè Lybia eſt prouincia Cyrenaica in Aphrica.¶ Duo mihi ſunt adnotanda.prius eſt,Nahum arguit in hoc textu ita. Quid dubitas Niniue te vaſtari poſſe?num tu melior es quam No? minimè. Igitur ſi No vaſtatam vides,crede te vaſtari poſſe.Cum igitur Niniue tempore Aſſyriorum,vſque ad Sardanapalum fuerit vrbs orbis maxima,planè tunc melior erat quam No.igitur poſtquam vaſtata eſt,minor facta eſt.vt eſſe poſſet minor quam No.¶ Poſterius eſt.Si No vaſtata eſt à Nabuchodonoſore, & poſt eius vaſtationem prædicitur vaſtanda Niniue , quomodo omnes interpretes noſtri Nahum , dicunt eum prophetare de vaſtatione,quæ contigit ſub Sardanapalo?Sardanapalus præceſſit Nabuchodonoſorem per 180.ferè annos,

Hierony. *Eze.27.* *Zieglerus* *Curtius.* *4.Re.24* *Eodem.* *Ier.46.c.* *Volater.* *Plinius.* *Actlo. 8.* *Ione.3.* *Gen.10.* *Iere. 46.*

quomodo igitur vaſtatio ſub illo potuit. poſt Nabuchódo-
Lucidus. noſorem contingere? Imo verò ſi vera ſunt,quæ Herodo-
chroni, tus dicit , & Euſebius tradit,ſi Cyaxares Medus vaſtabit ſe-
Herodo. cundò Niniuem : quomodo potuit eam Nabuchodonoſor
*lib.*1. vaſtare?præceſſit enim Cyaxares Nabuchodonoſorem : li-
Euſeb. cet præceſſerit parum. ¶Eſt igitur veritas , quam dixi-
chron. mus. Vaſtata eſt Niniue primum ſub Sardanapalo. Va-
ſtata eſt ſecundò,à Cyaxare. circa tempora Nabuchodono-
ris. Hic vaſtauit No Ægypti, ex cuius vaſtatione colligit
Nahum poſſe Niniuem,iam tertio ædificatam vaſtari. Ideò
ſubdit propheta. *Et tu ergo inebriaberis, Et eris deſpecta:& tu quæres auxilium ab inimico.*ideſt.No recepit calicem amaritu-
dinis,quo iudicium amiſit,& vitam:ita & tu Niniue recipies
neque recuſare licebit, bibes fellem amaritudinis. vnde vi-
ta amiſſa iacebis.Eſt porrò prophetis frequens hic,de calice
Dei,loquendi modus.Vide apud Iſaiam & Ieremiã. Addit,
eris deſpecta.Heb.eris abſcondita ſcilicet quæ eras illuſtris
*Iſai.*1. & inclyta,obſcurũ nomen habebis. Addit demum , quæres
Iere. 25. auxilium ab iniquo quod quidã ita explicãt cogeris quæ-
48. 49. rere auxilium propter inimicos qui te premunt. Sed credo
ſimpliciter eſſe legendum.Cogeris quærere auxilium etiam
ab oſtibus antiquis:adeò te noui hoſtes affligent.

Omnes munitiones tuæ,ficus cum groſſis ſuis ſi concuſſæ fuerint,cadunt in os comedentis: Vt Latinis ficus ſignificat arborem,&
fructuum,ita תְּאֵנִים theanim idem ſignificat Hebræis,
& arbitror hic ſignificare ficulneam. vt ſit pulcherrimus
ſenſus.Tuæ Niniuæ arces & munitiones ſimiles ſunt ficul-
neæ,groſſos maturos habenti,vt enim ſi hanc concutias,
cadent ficus in os concutientis,ita munitiones tuæ tormen-
tis hoſtium quaſſatæ cadent in tuorum hoſtium ra-
pinam.

*Ecce populus tuus,mulieres in medio tui.Inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ tuæ.Deuorabit ignis veſtes tuas.*En,inquit, ô
Niniue populus tuus,milites tui,fortes tui facti ſunt velut
mulieres imbelles.Nemo enim fortis eſt, niſi cui Deus vi-
res ſubminiſtrat.Deo miniſtrante robur,fœmina induit vi-
rum.Deo non miniſtrante,vir effœminatus erit.Ac ideo por-
tæ munitiſſimæ tuæ omnino pandentur. nemine intus eas
defendente.Et quia hoſtes aliquibus portis ignem ſuppo-
nent,lignei earum veſtes , cum portis deuorabuntur ab
igne,

III. PARS

Aquā propter obſidionē hauſi tibi Extrue munitiones tuas. Intra in lutū, & calca. ſubigens, tene laterē. Ibi comedet te ignis. Peribis gladio: deuorabit te, vt bruchus. Hebræis eſt aquas obſidionis hauſi tibi Corobora munitiones tuas. Intra in lutū Calca in cemento corrobora fornacē. Ibi Comedet te, &c. Sed quis nō videat eūdem ſenſum in vtraq; verſione? Is verò eſt. Niniue, quæ copiā aquarū intus non habes, haurito eas ex Lico, aut Tigri (quib9 proxima es) cōuehe igitur aquas, vt tēpore obſidionis, tibi minimè deſint. Diligenter inſpice munitiones *Volaster. & Herodotus.*
tuas, & ſi quid infirmū habēt eas inſtaura. Intra in lutū, vt ip ſo ſubacto, lateres inde facias, ad muros reparādos. Siquidē ob lapidū inopiā tota Aſſyria laterib. vtitur, & bitumine ex quibus Babylō etiā condita eſt. Calca igitur in cemēto. nam *Gen. 10.*
etiā apud nos, & fundamēta, & parietes efficiuntur ex calce & arena, quibuſdā ligneis malleis vehementer calcatis. Demum corrobora fornaces, vbi lateres coquas quibus muros confirmes. Sed hæc omnia vane curabis. In tuis. n. fortiſſimis munitionib. deuorabit multos ignis: conficiet alios gladius. demū ita vaſtaberis, vt ſolet bruchus vaſtare vineas, nudas enim eas rodēdo relinquit. *Cōgregare, vt bruchus. Multiplicare, vt locuſta. plures feciſti negotiationes tuas quā ſtellæ ſunt cœli. Bruchus expāſus eſt: & auolauit.* Irriſio eſt ac ſi dicat. Cōgrega, congrega tibi habitatores, tā multos quā ſunt bruchi, & locuſtæ, habeto quantū voles, tot mercatores, quot ſunt ſtellæ cœli, expādātur per te tui habitatores: vt ſolēt expādere ſe Bruchi. Sed heu, omnes aduolauerūt, timore hoſtiū aufugerunt. *Cuſtodes tui quaſi locuſtæ. Et paruuli, tui quaſi locuſtæ locuſtarū, quæ conſidunt in ſepib. in die frigoris. Sol ortus eſt: & auolauerūt: & nō eſt cognitus locus eorū vbi fuerint.* Pro cuſtodes Hebræis eſt מנזרים Minzarim, vt exiſtimo, idē ſignificās, quod Nazaræi, vtrunque. n. nomen ab eodē verbo Nazar deſcendit. Arbitror nunc ego. *Num. 6*
Nahum hoc loco intelligere de religioſis: qui tòt erant in Niniue, quot locuſtæ eſſe ſolent. Hos. Tigurina tranſlatio, *Tigurin. Mōsteri.*
imò & Munſterus, comatos vocat. videlicet, quia Nazaræi comas nutriebant. neque fas erat nouaculū in eorū caput aſcēdere. ad quorū imitationē Nazaræi illi Niniuitæ comati erant. & vocabantur. de ſacra Nazaræorū coma, vide li. Nam *Num. 9*
hos tranſlatio noſtra vocat cuſtodes, quia reuera cuſtodia ciuitatum, potius eſt religioſorū ſanctitas: quā militū arma.

¶ Porrò verbū paruuli tui. Hebræis eſt הטסרים Tahparim, quod conſtāter omnes Hebrææ linguæ periti dicunt

ſignificate non paruulos, ſed principes atq; perfectos.vt ex
Ierem. 51 Ieremia colligi videtur, quo loco nos habemus, numerate contra eã Tapſar.Sed quomodo principes & duces Niniuis eſſent tã infiniti,q̃ ſunt locuſtæ locuſtarũ, quod innumerabiles ſignificat? Suſpicor ego Tapſarim fuiſſe aliud genus religioſorũ,quos Nahũ iũgit cũ Nazarẹis,hi erãt in Niniue
Hiero. infiniti.quos paruulos Hieronymus vocat.Vt nos vocamus Franciſcanos,Minores:& Victorianos,Minimos. Dicit igitur Nahũ,& hos & illos religioſos, qui erant vt locuſtæ innumerabiles,fugiſſe ex Niniue:vt ſolent locuſtæ quę noctis frigore premente, conſidũt in ſepib.ſolis vero calore excalfactæ,ita ſolent vniuerſę aufugere:vt nec quo loco ſederint facile cognoſcas. Nihilominus fateor poſſe ſumi Tapſarim ꝓ ducibus vt locuſtę locuſtarũ ſignificet duces & principes locuſtarũ,vt Canticũ Canticorũ:rex regũ:dñs dominãtiũ ſignificat præcipuum canticũ inter cãtica,Regẽ inter Reges, &c. *Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur. Sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in mõtibus:& nõ eſt qui cõgreget.* Tota Reſp. diuiditur in maiores ſpirituales,maiores tẽporales:& vtriſque ſubiectã plebem.Illi vocãtur paſtores:ſecũdi pricipes. tertij populus. Ait nunc Propheta.Paſtores Niniuitarũ dormitauerunt,vt ex authoritati dignitate Principes ſæculares ſepelientur:vt occiſi in bello.Populus aufugit : vt perculſus timore Neq; tamẽ eſt,qui palã te populũ congreget in vnũ.

Non eſt obſcura contritio tua:peſſima eſt plaga tua,Omnes qui audierunt auditionem tuam compreſſerunt manum ſuper te,quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper. Id eſt.non poteſt in orbe non audiri hęc,ô Niniue calamitas,&contrio tua.non eſt tã exigua calamitas , vt obſcura ſileatur : ſed quia peſſima & maxima eſt,ideò vbilibet gentium publicabitur. Et omnes qui eam audient,non dolebunt:ſed potius ex lætitia manus complodent, manibus plaudent. quia ſuper omnes tranſiit malitia tua: ac ita omnes plaudent de miſeria tua. Quos enim ſemper afflixiſti,neceſſe vt de tua calamitate lętentur.

Plinius lib.6.c.13 Quando impleta fuerit hæc expoſita prophetia , fateor me neſcire.Fateor tamen me optimè ſcire eam fuiſſe com-
Volater: in fine lib. 11. pletam.video enim apud Plinium dici. Ninus impoſita Tigri.ad Solis occaſum. quondam clariſſima. Et apud Volaterranum. Ninus cuius exigua extant veſtigia.Ergo prophetia reuera completa eſt.

H A-

HABACVC.

GRANDIS Controuerſia eſt,quis fuerit Habacuc, & quo tempore prophetauerit Rabi Ionathas voluit eum fuiſſe filium Sunamitidis,quem Heliſæus è mortuis ad vitam reuocauit. Alij Rabini in lib. Sederholam,id eſt in Chronicis Hebræorum, voluit eum prophetaſſe ſub Manaſſe. Rege Iuda.¶ Veritas venanda eſt ex hiſtoria Danielis,de cuius fide Concil. Tridentinum non permittit dubitate.Ea verò ſic habet. Cum Habacuc eſſet in Iudæa,deferretq; prandium meſſoribus ſuis,abductus eſt ab Angelo in Babyloniam: vt prandium illud exhiberet Danieli, qui in lacum leonum fuerat coniectus. Ex hac hiſtoria primum colligas Habacuc ex Iudæa,fuiſſe non vero ex Iſrael.Non enim moraretur in Iudęa.ſi fuiſſet Iſraelita.Colligas ſecundò Habacuc vixiſſe tempore Danielis.¶ Vbi attentiſſime nota, Habacuc vixiſſe, cum Daniel conijcitur in lacum leonum,At conijcitur in lacum cum eſt amicus & conuiua Regis, Porrò Daniel eſt amicus & princeps non Nabuchodonoſoris primi:ſed vt ſuſpicor Nabuchodonoſoris ſecundi,quem vocat S. Scriptura Euil merodac.vt Danie.2.habetur,Ergo Habacuc vſque Euil merodac vixit. ſ.poſt annum triceſimum ſeptimum à tranſmigratione Iudęorũ in Babylonē.Habes quo tēpore viuit hic Propheta noſter. ¶ Porrò quia ipſemet cap.1.ſuę prophetiæ adfert verba Dei dicentis. Ecce ego ſuſcito Chaldæos, &c. Ita enim Hebræus textus habet,vbi nos habemus,Ecce ego ſuſcitabo.Si igitur Deus ſuſcitabat Chaldæum Nabuchodonoſorem ,quo tempore Habacuc hęc prophetabat.igitur non prophetat hanc prophetiam Habacuc tempore Manaſſe : ſed nabuchodonoſore iam ſe accingente ad bellum contra Iudæos.Habes Lector veritatem ex ipſis literis ſanctis collectam.¶ Quia igitur videbat Propheta nabuchodònoſorem armari contra Iudæam,& intelligebat Deum vellet ei tradere,non ſolum Iudæam ſed & omnia Aſiæ regna,ideò zelo plenus , ſuas querimonias coram Deo effundit (licet verecunde , quod cum eſſet ipſe iuſtus) fidelem Iudæam infideli traderet tyranno.Hæc primò capite.

4.Re. *Seder.holam.* *Conc. Tr.* *Dan.14.* *Dan.2* *4.Reg.25* *Habac.1* *Protheoria.*

CAPVT.

furorē:habet ſimul magnam patientiam: & habet magnam fortitudinem ad patiendum.¶2 Sed mundans, in-
Valerius max. nocentem non facit:iuſtificans non iuſtificat. ſenſus eſt. patitur ille quidem, & magna patientia fert iniquitates noſtras.& ita ferendo,& non caſtigando, videmur nos iuſti.quos ſcilicet Deus tam iuſtus non puniat. At verò pro-
Pſal. 103 fectò hoc modo tacens, & non caſtigans, non iuſtificat, nec mundat culpam noſtram: ſed potius eam exaggerat: & tarditatem ſupplicij grauitate compenſat.¶3. Dominus in tempeſ.ſenſus eſt Habet.Dominus patientiam,habet & furorem,quo vltionē de quouis ſumere poteſt. vtpote qui ponit in nube aſcenſum ſuum,&ambulat ſuper pennas vētorum.Cum igitur tempeſtas adeſt & turbo,ſuper illis ambulat ille: & ſuper nubibus,velut ſuper puluere pedes eius gradiuntur. Qui hęc facit in aëre,quid poterit in terra?¶4. Si increpet mare,aut flumina:& mare & flumina conterri-
Exod. 14 ta ſiccantur.vt olim exēplo fuit mare rubrum, & Iordanis,
Ioſue 5. ¶5.Infirmatus eſt Baſan,quia Deo fauente Iudæis,non potuit eis reſiſtere fortiſſimus Rex Baſan.Carmelus item ſubacta eſt à Ioſue,eius Rege deuicto.Et certè Ioſue vniuer-
Deut 3. ſos Reges Libano proximos vaſtante,fortitudo & ferocia Regum in Libano habitantium elanguit.Nam Amorrhæ⁹
Ioſue. 12 in Libano ſedens,etiam vaſtatus eſt. ¶6 Neque verò ſoli Reges vaſtantur à Domino,ſed & montes à facie eius mouentur.atque terra tremit,& orbis. Dictum enim eſt,Cum
Ioſue 11 pertranſires in deſerto terra mota eſt.&item,à facie Domini mota eſt terra,à facie Dei Iacob,& item.Aſpexit,& diſ-
Pſal. 67 ſoluit gentes,contriti ſunt mōtes ſæculi,quia reuera mon-
Pſal. 113 tes tremuerūt, maximè Deo dante Legem in Sina. & videtur terremotus ille vniuerſalis,noſtro Propheta dicente. Contremuit terra à facie eius & orbis. ¶7.Ante faciem eius quis ſtabit.Siquidem veniente arca Dei in Paleſtinam,
Luc. 3 diſſolutum eſt cor Paleſtinorum,&non remanſit in eis ſpiritus.¶8.Effundit indignationem vt ignem, quem experti ſunt Chore, Dathan, & Abiron, & complices eorum.
Ioſue 5 ¶9. Petra etiam iuſſa aquam dare,ſeſe diſſoluit, vt equam daret. Dictum enim eſt,Percuſſit petram,& fluxerunt aquę,
Num. 16 abierunt in ſicco flumina. ¶10.Abſoluit hunc locum Propheta dicens. O Aſſyrij talis eſt Deus noſter contra hoſtes
Pſal. 104. ſuos,qualem vobis depinxi: & vos olim audiſtis. Contra verò optimus eſt Dominus: confortans nos in anguſtia
Pſal. 31. 33

noſtra,

noſtra, oculos coniectos habens, in ſperantes in ipſum.

II. PARS.

Et in diluuio prætereunte, conſummationem faciet loci eius. (2.) Et inimicos eius perſequentur tenebræ. (3.) Quid cogitatis contra Dominum? Conſummationem ipſe faciet: non conſurget duplex tribulatio. (4.) Quia ſicut ſpinæ ſibi inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium: conſumentur, quaſi ſtipula ariditate plena. (5.) Ex te exibit cogitans contra Dominum maliciam: mente pertractans præuaricationem. Incipit iam Propheta tractare vaſtationem Niniuis, dicens Dominus cōſummationem faciet loci Niniuis, per hoſtes, ita agminatim in Niniuem irruentes, vt aquæ diluuij venire ſolent. 2. Et calamitatum tenebræ perſequentur Niniuitas Dei inimicos, vt olim palpabiles tenebræ oppreſſerunt Ægyptios. 3. Quid ô Niniuitę cogitatis nocere Iudęis, ac ita contra Dominum cogitatis? Ipſe Dominus penitus vos abſumet & conſumabit, & ſicut olim dixit Abiſai ad Dauid, confodiam Saulem lancea ſemel, nec erit opus ſecundo: ita Dominus conſumabit vos nunc, nec manebit quidpiã, quod poſtea cōſumatur. ¶ 4. Textus ſequens ita habet Hebraicè. Quia ſicut ad ſpinas implexas: & ſicut ebrios: conſumabuntur, velut ſtipula arid. pl. ſenſus tamē eſt idē, ſcilicet vt conſumuntur ſpinæ nimis implexæ ab igne, ſi ad eas accedit: & vt conuiuium nimis ebriorum. eorum iudicium abſumit: ita Niniuitæ ab hoſtibus abſumentur, ſcilicet vt ſtipula nimis arida ab igne ſolet abſumi. Si quæris cauſam huius abſumptionis: eam ita Nahum exponit. ¶ 5. Quia ex te ô Niniue non ſolū olim exiuit Phul Belocus: & Teglat Phal aſſar, & Salman aſſar, & Sennacherib, cogitantes Domini religionem delere: ſed & nunc cogitabat Nabuchodonoſor, etiam Iudam, ſuo imperio per Holofernē ſubiugare. & reliogionē Dñi abolere.

Eod. 10

1. Reg. 26

4. Reg. 15 d. f.

4. Reg. 17

4. Reg. 18

Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint & ita plures, ſic quoque attondentur: & pertranſibit. ¶ Afflixi te: non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo: & vincula tua diſrumpam. verbum perfecti שְׁלֵמִים ſelemim ſignificat diuites, quietos. vt ſit ſenſus. Si Niniuitæ fuerint in diuitiis perfecti & quieti: & ſint numero infiniti, nec ſic euadēt, quin ab hoſtibus vt arietes tondeantur. & ita tondebuntur, vt Niniue pertranſeat, ceſſet, & finem accipiat. ¶ Iam nunc ô Iudæa, olim te per Aſſyriorum Reges Niniuitas afflixi: non iam te per eos affligam. Tributum Aſſyriis pendebas:

Iudith. 2.

4. Reg. 15 17. 18.

& illorum

& illorum ſceptrum erat ſuper te , vt ſuper ſubiectis. Ego ſceptrum illud conteram, nec ſis illi ſubiecta. Illi tibi, vt ſeruo, vincula ferri iniiciebant: ego hæc vincula rumpam. Iam non eris ſeruus illorum. Ita contigit planè, quia poſt Nabuchodonoſorem tertium. de quo ſupra diximus. nō poſt multum adeò tempus venit Alexander Macedo , qui cum ſucceſſoribus ſuis imperium Aſſyriis penitus abſtulerunt. ac ideò ab Aſſyriis libera Iudæa fuit. ¶ Vides lector non poſſe intelligi hanc prophetiam de euerſione Niniuis ſub Sardanapalo: Siquidem poſt eam maximè Aſſyrij Iudæos ſubiugauerunt, ſcilicet Belochus, Teglath, Salmanaſſar, Sennacheribus.

Et præcipiet ſuper te Dominus, Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius. De domo Dei tui interficiam ſculptile, & conflatile ponam ſepulchrum tuum: quia inhonoratus es. ¶ Ecce ſuper montes, pedes Euangelizantis, & annunciantis pacem , Celebra Iuda feſtiuitates tuas: & redde vota tua. Quia non adiiciet vltra vt pertranſeat in te Belial: vniuerſus interiit. Conuertit Propheta ſermonem ad Regem Niniue, cuius virgam & ſceptrum , in clauſula præcedente, dixerat conterendum. Ait igitur Nahum , non ad Sardanapalū, non ad Sennacheribū : ſed ad vltimum Regem Niniue, qui fortaſſe Darius fuit, quem Alexander Macedo imperio priuauit. Ait igitur. Super te ô rex Niniue, decreuit Dominus huiuſmodi decretum. Niniue non amplius ſuſcipiet in ſe ſemen nominis tui, id eſt, non ſuſcipiet Regem, qui vocetur filius tuus. Item ex inſigniſſimo templo tuo, ſuccindam, & exterminabo omnia idola fuſilia, & conflatilia. hoſte ſcilicet eorū aurū & argentum ſibi ſumēte. vt in ſimili apud Michæam dictu eſt. Rurſum tertiò. Ego

Mich. 1: tibi ponam ſepulchrum. alij Reges ſepulcra ſibi poſuerunt, mauſolea & piramides altas, vt omnes noſſent, qui illi fuiſſent: & quo eſſent loco ſepulti. At tu nullum tibi mauſoleum pones: ego te in obſcuro ſepeliam, vbi nemo ſciat,

Deut. vlt. quo loco condaris. vt olim ſepeliui Moſen, cuius nemo ſepulturam agnouit: ſed ſorte diuerſa. Moſis ſepulchrum abſcondi: quia erat ille honoratiſſimus. tuum verò abſcondā: quia inhonoratus es mihi. ¶ Nunc quartò, omiſſo Rege Aſſyrio videns propheta in viſione prophetica, venire nuntios ſuper montes , annunciantes interitum Aſſyrij, & ideò fœlicitatem Iudæ, exclamat. Ecce ecce ſuper montibus video venire nuntios fauſta, & fœliciſſima nunciantes. vox quam audio dicit, Eia Iuda celebra feſta tua. redde Deo vota tua.

Item

Iam non vltra veniet cõtra te Rex Aſſyrius.Periit: Aſſyrius
cum vniuerſa ſobole ſua.¶Hic te lector, animum aduerte
obſecro.Errant grauiſſimè Authores qui hanc prophetiam
accommodant, aut Sa-danapalo, aut Sennacheribo. Si- *4. Reg.19*
quidem poſt tempora Sardinapali venerunt contra Iudam
Aſſyrij.venit enim vt minimum Sennacherib.taceo Salma-
naſarem,Teglath phalaſſarem,& Belochum.qui Reges Aſ- *4.Reg.15*
ſyrij dicebantur & erant porrò poſt tempora Sennache-
ribi,venit contra Iudam ex Aſſyria Nabuchodonoſor ma- *4.Re.24*
ximus Belial.& item non poteſt conuenire Sennacheribo, *& 25.*
quod non ſeminabitur ex eo amplius Si quidem ſucceſsit
ei filius ſuus Aſſar addom,qui regnauit in Niniue.Igitur re- *4.Re.19.*
ctè accommodauimus Dario hanc prophetiam, in quo
funditus Aſſyria ſoboles interiit. *1.Mach.1*

CAPVT II.

Protheoria

MInutim recenſet propheta apparatum belli contra Niniuem,& eius expugnationem. Tum videt eam iam vaſtatam.

A*ſcendit qui diſpergat coram te:qui cuſtodiat obſidionem.Contemplare viam : conforta lumbos : robora virtutem valde.Quia reddidit Dominus ſuperbiam Iacob,ſicut ſuperbiã Iſrael. Quia vaſtatores diſsipauerunt eos:& propagines eorum corruperunt.* Sen-
ſus eſt N:niue,en veniunt,qui non occultè, & per inſidias *Dan.5.*
(vt olim Cyrus contra Balſaſarem)ſed coram,palam, & a- *& Herode*
perto marte diſsipent te: Veniunt qui obſideant munitio- *tus.*
nes tuas.neque à cuſtodia diſcedant:ſed in ea perſeuerent. Surge, luſtra vias, per quas hoſtes venient : ſi eis impedimenta ne tranſeant, poſsis obiicere. Exerce vires : præpara arma, & reliquum belli robur. Sed quid tibi proderit? placet Domino,vt vincaris:vt ita reddat ſuperbiã, & magnificentiam Iacob:vt reddat libertatem Iſraeli.Id eſt, vt te victa Iacob,ſeu Iſrael iam à te liber triumphet,ſuperbiat,exultet:quod iam tali careat hoſte. Ergo Niniue deſtructa reddidit Dominus libertatem,& amplitudinem populo Iacob, qualem ipſum habere,& conueniebat,& decebat.Si queris quomodo Deus reddidit ſuã maieſtatẽ Iſraeli?cauſam ſubdit propheta,ſ.quia hoſtes vaſtatores diſſipauerunt Niniuitas:non eo ſolos, ſed & eorum ꝓpagines:filios,ſcilicet,& filias. vt nulla ſpes ſit eos reſtitui poſſe,vt Iudæis noceant.

Clipeus

clipeus fortiũ eius ignitus.(.2.) Viri exercitus eius in coccineis:(3.) Igneæ habenæ currus, in die præparationis eius:(4.) & agitatores eius conſopiti ſunt:(5.) In itineribus conturbati ſunt.(6.) Quadrigæ colliſæ ſunt in plateis.(7.) Aſpectus eorum. quaſi lãpades: quaſi fulgura diſcurrentia.

Diuinè deſcribit, qualis erat exercitus hoſtium venientium contra Niniuem vrbem. Clipeus, inquit, eorum erat æreus, tam politus & terſus, vt ad Solem, flammas ignis videretur eiicere.(2.) Ipſi verò milites in exercitu venientes, veſtiti veniebant coccineis veſtibus. id eſt, purpura, & carbaſo.(3.) Habenæ quibus currus regebantur, erant ex ferro ad modum ignis lucente. ita lucebant in die, quę expeditio cõtra Niniuem præparabatur: adeò illi hoſtes vniuerſa pręparabant.(4.) Agitatores eius &c. huius particulæ ſenſus ex Hæbræo ſumi debet, qui habet, miſſilia eius veneno pota, ſeu ſopita ſunt. hinc ſenſus noſtræ verſionis hic eſſe videtur. Agitatores miſſilium velut veneno ſopiti ſunt: quia iacula veneno tincta ferebant. (5.) in itineribus premunt ſe: ac ita turbãtur. Nullum enim iter tam ſpacioſum eſt, quod eos capere poſſit: tanta eſt eorum multitudo. (6.) Quin & tot ſunt quadrigæ, vt etiam in plateis, & locis ampliſſimis inuicem ſe collidant.(7.) demum tam ſplendentibus galeis & thoracibus armati veniunt, vt Soli expoſiti, videantur lãpades, & fulgura coruſcantia.

Recordabitur fortium ſuorum. Ruent in itineribus ſuis. Velociter aſcendent muros eius. Et præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ ſunt. Et templum ad ſolum dirutum.

Præcedente textu deſcripſerat Nahum expeditionem & apparatum bellicum hoſtium contra Niniuem. Nunc depingit ipſius ab eis expugnationẽ, dicens. Dux harum copiarũ recenſebit fortiſſimos milites ſuos, Hiſpani dicimus, Hará alarde. Tunc milites tam grandi, & feroci animo per vias veniẽt, vt ex feſtinatione ruant multi. Igitur alij velociſſimi conſcendent muros. alij apparabunt teſtudinem, quæ ad modum vmbraculi, tegit milites à defendentium armis (mantas nos vocamus) & ad ſuffodiendum murum, ipſis muris adhibetur. Milites verò ita teſtudine tecti, acceſſerunt ad oculos fluminum, è Niniue egredientiũ: & quos ciues in ſuam defenſionem portis obſtruxerant, ipſi aperiunt apertis oculis fluminum, templum quod iuxta pontem in modum fortiſſimæ turris conſtructum erat ad ſolum dirutum eſt. Quâ munitione diruta, expugnata ciuitas eſt.

eſt ¶ Ex verbo illo,præparabitur vmbraculum,ſeu teſtudo colligi videtur expeditionem Macedonum fuiſſe.Hi enim (vt Curtius inquit) hoc vmbraculo ſeu teſtudine , quam phalãgem vocabant,in vrbium expugnatione magnopere vtebantur.Si igitur admittas hanc Niniuis expugnationem ab Alexandri ducibus contra Darium factam fuiſſe , quadrabunt omnia pulchrè. *Q.Curtius.*

Et miles captiuus abductus eſt.Et ancillæ eius minabuntur:gementes vt columbæ:murmurantes in cordibus ſuis.Et Niniue quaſi piſcina aquarum, aquæ eius.ipſi verò fugerunt.State. State.& non eſt qui reuertatur. Dixit modum quo Niniue expugnata eſt:nũc tradit,quid capta vrbe factũ ſit.Nempè milites qui eam defendebant,captiui abducti ſunt.Porrò particula prima Hebræè ita.והצב גלתה האלתה ve Huzab gultah ha altah.Pro qua noſtra verſio habet , & miles captiuus abductus eſt.Sanctes verò ſic.Huzab Regina captiua abducta eſt Vatablus,conſtitutum, ſeu potius ſtatio captiua abeſt. Munſterus quæ obfirmata fuit cap. abeſt &c. Sed iudicio meo,vnus eſt omnium ſenſus ſcilicet ſtatio,ſeu præſidium militum,quod Reginam Huzab cuſtodiabat,captiuum abductum eſt.porrò militum ſtatione captiuata,etiam Regina captiua eſt.Ea captiua eius ancillæ captiuæ minabantur:gementes vt collumbę, percutientes pectora ſua: ſuam ſcilicet captiuitatẽ dolentes.¶ Et lector crede hunc eſſe genuinum ſenſum.alioqui,quo referat verbum illud,ancillæ eius?Pergit Propheta,Niniue illa,quę erat velut piſcina infinitis aquis plena: id eſt infinitis hominib.facta: vacuata illa eſt,Fugerunt , qui in ea morabantur , videntes hoſtes vrbem ingreſſos.Tunc clamabant duces exercitus Niniuitarum,ad fugientes Niniuitas,Clamabant.Viri ſtate.ne fugiatis.redite.reſiſtite.at clamabant fruſtra.Nemo fugientiũ redibat quia quos clamor vocabat ad reditum,timor cogebat ad fugam. *Sanctes. Vatablus. Münſterus Tigurin. Iſai.38*

Diripite argentum , Diripite aurum. Et non eſt finis diuitiarum, *ex omnibus vaſis deſiderabilibus.* ¶ *Diſſipata eſt : & dilacerata. & cor tabeſcens:& diſſolutio geniculorum: & defectio in cunctis renibus:& facies omnium eorum,ſicut nigredo ollæ.* Pergit Nahum, & narrat,quomodo duces hoſtium facultatem ſuis militibus dederunt,vt ciuitatẽ diriperent.Hiſpani dicimus,Dieſtron la ciuidad a ſaco.Ergo dixerunt duces , Diripite noſtri milites argentum vrbis,& aurum. Illi diripuerunt : neque erat finis cõgeſtarum opũ,ex omni genere rerũ,quas poſſes

optare. Hoc modo Niniue opibus vacuata: muris diſciſa: minitionibus lacerata eſt: ſuorum porrò ciuium cor tabeſcebat. genua tremebant: renes deficiebant: facies ollæ nigrorem repræſentabant. Siquidem in vehementiſſimo & dolore, & timore, cor nobis fit tabidum: genua labant: renes diſ-
Ioelis. 2. ſoluuntur: facies nigreſcit in modum ollæ fuliginoſæ. Diximus de hac re cum exponeremus Ioelem.

II. PARS.

VBI eſt habitaculum leonum? & paſcua catulorum leonum? Ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis: & non eſt qui exterreat. Leo tulit ſufficienter catulis ſuis: & necauit leænis ſuis: & impleuit præda ſpeluncas ſuas: & cubile ſuum rapina. ¶ *Ecce ego ad te. dicit Dominus exercituum: & ſuccendam vſque ad fumum quadrigas tuas: & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo & terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.* Diſciſa, & diruta Niniue, ridet Propheta, & miratur dicēs, Vbi illa Niniue eſt, regia Regum Aſſyriorum: in qua illi leones, habitant, & paſcebantur? in quam, velut imperij caput ibat Aſſyrius Rex, & filius eius: velut leo, & leunculi ſui. Neque vt ex Regibus terræ, qui illos exterreret. Is Aſſyriæ Rex rapuit abundantiſſimè quod filiis ſuis daret, neccauit alios, vt ex eorum opibus ſuas vxores ditaret. omnes expoliat, vt palatia ſua, theſauris oppleret. ¶ At ô Niniue, ſum ego tibi tuisque rapinis acerrimus, hoſtis, ait Dominus. exercitum tuum redigam in fumum: vt enim fumus in nihilū redigitur: ita in nihilum tuus exercitus redigetur. prolem regiā hoſtilis gladius inuadet. opes quas rapueras hoſtes. tui in diuerſas regiones adducent. Iam non audietur
Iudic. 1. vox nuntiorum tuorum. Quo verbo refricauit hiſtoriam Nabuchodonoſoris, qui miſit nuntios ad omnes qui habitabant in Cilicia, Damaſco, & Libano; & ad gentes. quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & in habitantes Galilæam, in cāpo magno Eſdrelon: & ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumun Iordanem: vſque ad Ieruſalem, quoſque perueniatur ad montes Æthiopiæ: ad omnes iſto miſit nuncios Nabuchodonoſor. vt ſcilicet omnes eius imperium reciperent. Dicit nunc Nahum. Non amplius Niniue deleta, ſuus Rex nuncios in orbem mittet nec amplius vox nunciorum eius audietur.

CAPVT

CAPVT III.

EXpōit.ſcelera Niniuis,eius vaſtationem & rurſum vaſtationis cauſas.Secundò Deus loquitur contra Niniuem grauia verba prænuncians ei ſuam vaſtitatem, adducto exemplo No Ammonis inclytæ vrbis Ægypt. Tertiò proponit Niniuem parantem ſe contra obſidionem:ſed fruſtra.Erit enim ab hoſte vaſtanda. *Protheoria*

V*AE ciuitas ſanginum:mendacij dilacerationeplena : non recedet à te rapina.* Væ inquit tibi Niniue, vbi innumeræ fiunt cedes:vbi innumera mendacia in iudicio componuntur ad lacerandas, & rapiendas hominum opes:vbi nunquam deſunt furta & rapinæ.

Vox flagelli:& vox impetus rotæ: & equi frementis:& quadrige feruentis:& equitis aſcendentis:& micantis gladij:& fulgarantis haſtæ & multitudinis interfectæ:& grauis ruinæ.neque eſt finis cadauerum: & corruent in corporibus ſuis. ¶Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ,& gratioſæ:quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis:& familias in maleficiis ſuis. Patere lector obſecro vt textum Hebræum bona fide tibi proponam.Is eſt. Vox, flagelli: & vox impetus rotæ: & equus fremens: & currus ſaltans:& eques aſcendens:& flammans gladius:& fulgurans lancea: & multitudo interfectorum: & frequentia mortuorũ:& non eſt finis cadaueribus eius: impingent in cadauera eorum.Ex multitudine fornicationem fornicariæ bonæ,& gratioſæ:matris maleficiorum,quæ vendit gentes. &c.Senſus vtriuſque idem eſt,ſ.En tibi Niniue,tui properãt hoſtes.En ſonat vox flagellarum,quibus aurigæ verberant equos.En andiuntur impetus rotarum. En adſunt equi frementes:quadrigæ properantes : equites ſuper equis aſcendentes. En micant gladij: fulgurant haſtæ: concurritur ad pugnam. Ah multitudo iacet occiſorum : proſtrata eſt grauis copia mortuorum: infinita cadauera proſtrant.vbique hoſtes in cadauera incurrunt. Si quæris tantæ calamitatis cauſas,certè cecidit Niniue propter multitudinem fornicationum ſuarum.ſcilicet propter infinita idola,que colebat.Eſt enim idololatria fœda animæ fornicatio & adulterium quo Deo vero ſponſo relicto, falſis idolorum Diis adiungitur. Igitur Niniue tam diues, & pulchra meretrix ſpecioſa,& gratioſa,innumeris idolis addicta: vendens, id eſt decipiens & fallens idololatriã ſua, nec idololatria ſola: ſed maleficiis etiam: id eſt magis, incantatio- *Oſee.1.2.3* *Oſee.3.*

nibus,& dæmonem præſtigiis.¶ Docemur hoc loco, Niniuem cædibus hominum ſanguinariam:periuriis maculatam rapinis frequentiſſimam.vltra hęc porrò,idololatrię deditiſſimam:& præſtigiis,ac veneficiorum malis artibus pleniſſimam,propter hæc igitur,tantam calamitatem paſſa eſt.

II. PARS.

ECCE Ego ad te,dicit Dominus exercituum,Et reuelabo pudenda tua,in facie tua.& oſtendam gentibus nuditatem tuam,& regnis ignominiam tuam. Senſus ex litera Hebræa eſt. Tu meretrix,&ſcortum es ô Niniue,ego igitur attollam fimbrias veſtium tuarum,& eas iniiciam ſuper faciam tuam. reiecta igitur in caput,gentes & regna tuam nuditatem aſpicient.Signif.hæc Metaphora,futuram Niniuem ſine Rege,ſine opi. ſine hóminib.velut nuda fœmina ſine veſtib.pergit dominus.

Proiiciã ſuper te abominationes: & contum.te afficiam:& ponam in te exemplum. id eſt faciam,vt omnes te execrentur. ponam te vt ſtercus,ac ita eris Parabola,& exemplum omnib.qui de te loquentur.Eſt verò Hebręa phraſis,id dicere Parab: & e-

Iere. 24. xemp.cuius caſus ab omnib.ridetur.vide apud Iere.Mich.&

Mich. 2. Aba.Explicat hæc amplius Deus.*Et erit,omnis qui viderit te,re-*

Abac. 2. *ſiliet à te,& dicet.Vaſtata eſt Niniue.Quis commouebit ſuper te caput?vnde quæram conſolatorem tibi?* Id eſt, faciam te tantopere

Mich. 2.

Abac. 2. execrandam,vt qui viderit te,velut ab execratione, & anathemate reſiliat:dicens fugio à te.vt quam Dominus vaſtauit,propter tuas execratiſſimas abominationes. adeo execranda eris, vt nemo ex commiſeratione moueat ſuper te caput.nam ſolemus,cum alicuius calamitati compatimur, caput à fronte ad pectus,aliquoties mouere. Demum adeò eris infœlix,vt nullus adſit conſolator tibi.

Num tu meliores Alexandria populorum?quæ habitat in fluminibus:aquæ in circuitu eius:cuius diuitiæ,mare:aquæ muri eius. AEthiopia fortitudo eius,& AEgyptus,& non eſt finis. Aphrica, & Lybies fuerunt in auxilio tuo.¶ Sed & ipſa in tranſmigrationem adducta eſt in captiuitatem. Paruuli eius eliſi ſunt in cápite omnium viarum: Et ſuper inclitos eius miſerunt ſortem. Et omnes optimates eius confixi ſunt in compedibus. Vrbs fuit in Ægyp.vocata No. & quia infinitis hominibus plena erat, vocabatur No Ammon. id eſt No populorum. Erat ſita ſuper Nilum, hinc enim riuulis Nili, inde lacu Mateotico, ex alia parte mari cingitur: Inquit Hieronymus. Ideò Nahum dicit

quæ

quæ habitat in fluminib.aquæ in circuitu eius:& aquæ mu-
ri eius,Erat item ditiſſima.vt pote ad quam per mare,mundi *Hierony.*
opes adducebantur à mercatoribus.ideò dicit, cuius diuitiæ
mare.vt de Tyro dicit Ezechiel.Et quia in ea habitant infi- *Eze.27.*
niti Æthiopes, & Ægyptij viri militares, ideò ait Æthiopia
& Ægyptus fortitudo eius.neque eſt finis ciuium eius. Fuit
itaque totius Ægypti metropolis.vt Zieglerus,Q.Curtius, *Zieglerus*
& qui res Alexandri ſcripſerunt,aſſeuerant. ¶ Contra hanc *Curtius.*
venit Nabuchodonoſor magnus.Is enim anno ſui imperij
primò venit cõtra Ioachim Regem Iuda,eumque ſibi ſubie-
cit.Inde venit in Ægyptum, & eam ſibi ſubegit : propterea *4.Re.24*
Ægyptus non rediit, vt Iudæam affligeret,ſicut facere ſole- *Eodem.*
bat. Tunc vaſtauit ille No Ammon.vt habet Ieremias planè, *Ier.46.c.*
& apertè.Vaſtauit porrò eam,licet Aphrica,& Lybia in auxi
lium No veniſſent.Propheta dicit Aphrica & Lybies fuerunt
in auxilio tuo.ſed fruſtra.qui capta eſt No à Nabuchodono-
ſore, cuius milites paſſim paruulos elidebant : Cuius duces
ſortes mittebant ſuper nobiles Ægyptios.quis cui obueni-
ret,reliqui principes vrbis in compedibus ſunt abducti cap-
tiui.¶ Iacuit igitur proſtrata No Ammon à tempore Nabu-
chodonoſoris,ad Alexandrum Magnum qui capta Ægyp-
to, reædificauit No dirutam,eamque Alexandriam de ſuo
nomine vocauit. cuius hiſtoriam ſi ſcire cupis, copioſam
eam habes apud Volaterranum lib.12.fuſiorem apud Pli- *Volater.*
nium lib.5.c.10.Quia igitur Alexandria vocata eſt.quæ prius
No dicebatur;ideò Alexandria in noſtra vulgata æditione *Plinius.*
nominatur,non quod Alexandria vocaretur antiquitus : ſed
quia ſic ab Alexandro nominata eſt. ¶ Iam verò licet Libya,
& Aphrica idem ſignificare videantur ſcilicet tertiam orbis
partem:bonis tamen authoribus propriè Lybia eſt prouin-
cia Cyrenaica in Aphrica.¶ Duo mihi ſunt adnotanda.prius
eſt,Nahum arguit in hoc textu ita. Quid dubitas Niniue te *Actio. 8.*
vaſtari poſſe?num tu melior es quam No? minimè. Igitur ſi
No vaſtatam vides,crede te vaſtari poſſe.Cum igitur Nini- *Ione.3.*
ue tempore Aſſyriorum,vſque ad Sardanapalum fuerit vrbs
orbis maxima,planè tunc melior erat quam No.Igitur poſt-
quam vaſtata eſt,minor facta eſt.vt eſſe poſſet minor quam
No.¶ Poſterius eſt.Si No vaſtata eſt à Nabuchodonoſore, *Gen.10.*
& poſt eius vaſtationem prædicitur vaſtanda Niniue , quo-
modo omnes interpretes noſtri Nahum, dicunt eum pro- *Iere. 46.*
phetare de vaſtatione,quæ contigit ſub Sardanapalo?Sarda-
napalus præceſſit Nabuchodonoſorem per 180.ferè annos,

quomodo igitur vaſtatio ſub illo potuit. poſt Nabuchodo-noſorem contingere? Imo verò ſi vera ſunt,quæ Herodotus dicit, & Euſebius tradit,ſi Cyaxares Medus vaſtabit ſecundo Niniuem: quomodo potuit eam Nabuchodonoſor vaſtare? præceſſit enim Cyaxares Nabuchodonoſorem: licet præceſſerit parum. ¶Eſt igitur veritas, quam diximus. Vaſtata eſt Niniue primum ſub Sardanapalo. Vaſtata eſt ſecundò à Cyaxare. circa tempora Nabuchodonoris. Hic vaſtauit No Ægypti, ex cuius vaſtatione colligit Nahum poſſe Niniuem,iam tertio ædificatam vaſtari. Ideò ſubdit propheta. *Et tu ergo inebriaberis. Et eris deſpecta: & tu quæres auxilium ab inimico.* ideſt.No recepit calicem amaritudinis,quo iudicium amiſit,& vitam:ita & tu Niniue recipies neque recuſare licebit, bibes fellem amaritudinis. vnde vita amiſſa iacebis.Eſt porrò propheris frequens hic,de calice Dei,loquendi modus.Vide apud Iſaiam & Ieremiã. Addit, eris deſpecta.Heb.eris abſcondita ſcilicet quæ eras illuſtris & inclyta,obſcurũ nomen habebis. Addit demum, quæres auxilium ab iniquo quod quidã ita explicãt cogeris quærere auxilium propter inimicos qui te præmunt. Sed credo ſimpliciter eſſe legendum.Cogeris quærere auxilium etiam ab oſtibus antiquis:adeò te noui hoſtes affigent.

Lucidus. chroni, Herodo. lib.1. Euſeb. chron.

Iſai.1. Iere. 25. 48. 49.

Omnes munitiones tuæ,ficus cum groſſis ſuis ſi concuſſæ fuerint,cadunt in os comedentis: Vt Latinis ficus ſignificat arborem,& fructuum,ita תאנים theanim idem ſignificat Hebræis, & arbitror hic ſignificare ficulneam. vt ſit pulcherrimus ſenſus.Tuæ Niniuæ arces & munitiones ſimiles ſunt ficulneæ,groſſos maturos habenti,vt enim ſi hanc concutias, cadent ficus in os concutientis,ita munitiones tuæ tormentis hoſtium quaſſatæ cadent in tuorum hoſtium rapinam.

Ecce populus tuus,mulieres in medio tui,Inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ tuæ.Deuorabit ignis veſtes tuas. En,inquit, ô Niniue populus tuus,milites tui,fortes tui facti ſunt velut mulieres imbelles.Nemo enim fortis eſt, niſi cui Deus vires ſubminiſtrat.Deo miniſtrante robur,fœmina induit virum.Deo non miniſtrante,vir effœminatus erit.Ac ideo portæ munitiſſimæ tuæ omnino pandentur. nemine intus eas defendente.Et quia hoſtes aliquibus portis ignem ſupponent,lignei earum veſtes, cum portis deuorabuntur ab igne,

III. PARS

II I. PARS

Aquã propter obſidionẽ hauſi tibi Extrue munitiones tuas. Intra in lutũ,& calca.ſubigens,tene laterẽ.Ibi comedet te ignis.Peribis gladio:deuorabit te,vt bruchus. Hebræis eſt aquas obſidionis hauſi tibi Corobora munitiones tuas.Intra in lutũ Calca in cemento corrobora fornacẽ.Ibi Comedet te,&c.Sed quis nõ videat eũdem ſenſum in vtraq; verſione?Is verò eſt.Niniue, quæ copiã aquarũ intus non habes,haurito eas ex Lico,aut Tigri(quibꝰ proxima es) cõuehe igitur aquas,vt tẽpore obſidionis,tibi minimè deſint.Diligenter inſpice munitiones tuas,& ſi quid infirmũ habẽt eas inſtaura.Intra in lutũ,vt ipſo ſubacto,lateres inde facias,ad muros reparãdos.Siquidẽ ob lapidũ inopiãm tota Aſſyria laterib.vtitur,& bitumine ex quibus Babylõ etiã condita eſt.Calca igitur in cemẽto.nam etiã apud nos,& fundamẽta,& parietes efficiuntur ex calce & arena,quibuſdã ligneis malleis vehementer calcatis.Demum corrobora fornaces,vbi lateres coquas quibus muros confirmes.Sed hæc omnia vane curabis.In tuis.n.fortiſſimis munitionib.deuorabit multos ignis:conficiet alios gladius. demũ ita vaſtaberis,vt ſolet bruchus vaſtare vineas,nudas enim eas rodẽdo relinquit.*Cõgregare,vt bruchus.Multiplicare,vt locuſta.plures feciſti negotiationes tuas quã ſtellæ ſunt cœli.Bruchus expãſus eſt:& auolauit.*Irriſio eſt ac ſi dicat.Cõgrega,congrega tibi habitatores,tã multos quã ſunt bruchi,& locuſtæ,habeto quantũ voles,tot mercatores,quot ſunt ſtellæ cœli,expãdãtur per te tui habitatores:vt ſolẽt expãdere ſe Bruchi.Sed heu,omnes aduolauerũt,timore hoſtiũ aufugerunt.*Cuſtodes tui quaſi locuſtæ.Et paruuli,tui quaſi locuſtæ locuſtarũ,quæ conſidunt in ſepib.in die frigoris.Sol ortus eſt:& auolauerũt:& nõ eſt cognitus locus eorũ vbi fuerint.*Pro cuſtodes Hebræis eſt מנזרים Minzarim,vt exiſtimo,idẽ ſignificãs,quod Nazaræi,vtrunque.n. nomen ab eodẽ verbo Nazar deſcendit.Arbitror nunc ego. Nahum hoc loco intelligere de religioſis: qui tòt erant in Niniue ,quot locuſtæ eſſe ſolent.Hos.Tigurina tranſlatio, imò & Munſterus, comatos vocat.videlicet,quia Nazaræi comas nutriebant.neque fas erat nouaculũ in eorũ caput aſcẽdere. ad quorũ imitationẽ Nazaræi illi Niniuitæ comati erant.& vocabantur.de ſacra Nazaræorũ coma,vide li.Nam hos tranſlatio noſtra vocat cuſtodes, quia reuera cuſtodia ciuitatum,potius eſt religioſorũ ſanctitas:quã militũ arma.

Volaſter. & Herodotus. *Gen. 10.* *Num. 6* *Tigurini Mõſteri* *Num. 9*

¶ Porrò verbũ paruuli tui.Hebræis eſt תפסרים Tahparim,quod conſtãter omnes Hebrææ linguæ periti dicunt

ſignificare non paruulos, ſed principes atq; perfectos. vt ex
Ierem. 51 Ieremia colligi videtur, quo loco nos habemus, numerate contra eã Tapſar. Sed quomodo principes & duces Niniuis eſſent tã infiniti, q̃ ſunt locuſtæ locuſtarũ, quod innumerabiles ſignificat? Suſpicor ego Tapſarim fuiſſe aliud genus religioſorũ, quos Nahũ iũgit cũ Nazarçis, hi erãt in Niniue
Hiero. infiniti. quos paruulos Hieronymus vocat. Vt nos vocamus Franciſcanos, Minores: & Victorianos, Minimos. Dicit igitur Nahũ, & hos & illos religioſos, qui erant vt locuſtæ innumerabiles, fugiſſe ex Niniue: vt ſolent locuſtæ quę noctis frigore premente, conſidũt in ſepib. ſolis vero calore excalfactæ, ita ſolent vniuerſę aufugere: vt nec quo loco ſederint facile cognoſcas. Nihilominus fateor poſſe ſumi Tapſarim ꝓ ducibus vt locuſtę locuſtarũ ſignificet duces & principes locuſtarũ, vt Canticũ Canticorũ: rex regũ: dñs dominãtiũ ſignificat præcipuum canticũ inter cãtica, Regẽ inter Reges, &c. *Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur. Sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in mõtibus: & nõ eſt qui cõgreget.* Tota Reſp. diuiditur in maiores ſpirituales, maiores tẽporales: & vtriſque ſubiectã plebem. Illi vocãtur paſtores: ſecũdi pricipes. tertij populus. Ait nunc Propheta. Paſtores Niniuitarũ dormitauerunt, vt ex authoritati dignitate Principes ſæculares ſepelientur: vt occiſi in bello. Populus aufugit: vt perculſus timore Neq; tamẽ eſt, qui palã te populũ congreget in vnũ.

Non eſt obſcura contritio tua: peſſima eſt plaga tua, Omnes qui audierunt auditionem tuam compreſſerunt manum ſuper te, quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper. Id eſt. non poteſt in orbe non audiri hęc, ô Niniue calamitas, & contrio tua. non eſt tã exigua calamitas, vt obſcura ſileatur: ſed quia peſſima & maxima eſt, ideò vbilibet gentium publicabitur. Et omnes qui eam audient, non dolebunt: ſed potius ex lætitia manus complodent, manibus plaudent. quia ſuper omnes tranſiit malitia tua: ac ita omnes plaudent de miſeria tua. Quos enim ſemper affixiſti, neceſſe vt de tua calamitate lętentur.

Plinius lib. 6. c. 13 Quando impleta fuerit hæc expoſita prophetia, fateor me neſcire. Fateor tamen me optimè ſcire eam fuiſſe com-
Volater: in fine lib. 14. pletam. video enim apud Plinium dici. Ninus impoſita Tigri. ad Solis occaſum. quondam clariſſima. Et apud Volaterranum. Ninus cuius exigua extant veſtigia. Ergo prophetia reuera completa eſt.

H A-

HABACVC.

GRANDIS Controuerſia eſt,quis fuerit Habacuc, & quo tempore prophetauerit Rabi Ionathas voluit eum fuiſſe filium Sunamitidis,quem Heliſæus è mortuis ad vitam reuocauit.Alij Rabini in lib. Sederholam,id eſt in Chronicis Hebræorum , voluit eum prophetaſſe ſub Manaſſe. Rege Iuda.¶ Veritas venanda eſt ex hiſtoria Danielis,de cuius fide Concil. Tridentinum non permittit dubitate.Ea verò ſic habet. Cum Habacuc eſſet in Iudæa,deferretq; prandium meſſoribus ſuis,abductus eſt ab Angelo in Babyloniam: vt prandium illud exhiberet Danieli , qui in lacum leonum fuerat coniectus. Ex hac hiſtoria primum colligas Habacuc ex Iudæa,fuiſſe non vero ex Iſrael.Non enim moraretur in Iudęa.ſi fuiſſet Iſraelita.Colligas ſecundò Habacuc vixiſſe tempore Danielis.¶ Vbi attentiſſime nota , Habacuc vixiſſe, cum Daniel conicitur in lacum leonum,At conicitur in lacum cum eſt amicus & conuiua Regis , Porrò Daniel eſt amicus & princeps non Nabuchodonoſoris primi:ſed vt ſuſpicor Nabuchodonoſoris ſecundi,quem vocat S. Scriptura Euil merodac.vt Danie.2.habetur,Ergo Habacuc vſque Euil merodac vixit. ſ.poſt annum triceſimum ſeptimum à tranſmigratione Iudęorũ in Babylonẽ.Habes quo tẽpore viuit hic Propheta noſter. ¶ Porrò quia ipſemet cap.1.ſuę prophetiæ adfert verba Dei dicentis. Ecce ego ſuſcito Chaldæos, &c. Ita enim Hebræus textus habet,vbi nos habemus,Ecce ego ſuſcitabo.Si igitur Deus ſuſcitabat Chaldæum Nabuchodonoſorem ,quo tempore Habacuc hęc prophetabat.igitur non prophetat hanc prophetiam Habacuc tempore Manaſſe : ſed Nabuchodonoſore iam ſe accingente ad bellum contra Iudæos.Habes Lector veritatem ex ipſis literis ſanctis collectam.¶ Quia igitur videbat Propheta Nabuchodonoſorem armari contra Iudæam,& intelligebat Deum vellet ei tradere,non ſolum Iudæam ſed & omnia Aſiæ regna,ideò zelo plenus , ſuas querimonias coram Deo effundit (licet verecunde , quod cum eſſet ipſe iuſtus) fidelem Iudæam infideli traderet tyranno.Hæc primò capite.

4.Re. — *Seder.holam.* — *Conc. Tr.* — *Dan.vi.* — *Dan.2* — *4.Reg.25* — *Habac.1* — *Protheoria.*

CAPVT.

CAP. I.

Nahum 1 O*NVS quod vidit Habacuc Propheta.* Titulum hũc ſuæ prophetiæ inſcripſit Habacuc. Cuius ſenſus eſt,(vt iã ſuper Nahũ dixi)prophetia dura & grauis,ferenda tamen ab eo cui eam Deus impoſuerit. Et quia Habacuc eam in lumine prophetico. Deo reuelante vidit,certiſſima eſt:neque dubitandi de ea locum admittit.

Vſque quo Domine clamabo,& non exaudies? vociferabor ad te vim patiens,& non ſaluabit? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem: videre prædam: & iniuſtitiam contra me: & factum eſt iudicium, & contradictio potentior. Hebræi legunt aliquanto diuerſe,hoc modo. Vſquequo, obſecto Domine ,clamaui & non exaudies?Vociferabor ad te violentiam: & non ſaluabis? Quare oſtendiſti iniquitatem,& laborẽ demonſtraſti & vaſtitas,& iniquitas,coram me: ¶ Hic addunt aliqui codices Latini verba ſequentia. Quare reſpicis comteptores? & taces,conculcante impio iuſſiorem ſe?& facies homines quaſi piſces maris: & quaſi reptilia non habentia ducem. Quæ verba originali Hebræo non habentur: nec in textu *D Hier.* Latino D. Hieronymi:nec in Latinis Complutenſibus:neq; *Complutẽ.* in multis aliis. Sequitur poſt verba prædicta in Hebræo. Et factũ eſt iudicium: & contradictio potentior. ¶ Tu lector apertè vides eundem eſſe Hebræi,& Latini textus intellectũ. Libet igitur vtrumq; ſimul exponere. Domine oſtẽdiſti mihi Nabuchodonoſorẽ venientẽ contra patriam meã:& ego id videns clamaui ante hac ad te.cur repellis orationẽ meã neq; verò in poſterũ deſiſtã. quin ad te vociferer:ſed tu decreuiſti nõ ſeruare nos à violẽtia qua Nabuchodonoſor illaturus eſt. Quare oſtẽdiſti mihi iniquitatẽ Tyrãni:& laborẽ Iudææ en vaſtitatẽ patriæ , & iniquitatẽ Tyranni coram me lumine prophetico ,te reuelante cognoſco.Cur ſuſtinẽt oculi tui hos Chaldæos qui maieſtatẽ tuã contemnũt? Cur taces, & diſſimulas Tyranno hoc calcante fideles Iudæos?qui licet peccatores ſint, iuſtiores ſunt tamen quàm ille. Cur expones Iudæos Nabucodonoſori,velut piſciculos à cœto deuorandos:& velut lacertulas,& anguiculos,ab auibus rapacibus lacerandos : vt qui ducem non habent, qui ſæuitiæ ſe auitum opponat? Intrant Iudæa & Nabuchodonoſor coram te Domine in iudicium. Allegat illa,ſe eſſe tuam. Contradictionem opponit hic. At contradictio preualet. & ſententia fertur pro Tyranno Subdit Propheta.

Propter

Propter hoc lacerata eſt lex: & non peruenit vſque ad finem iudicium: quia impius praualet aduerſus iuſtum propterea egredietur iudicium peruerſum. Quaſi dicat, cum Princeps, & Iudex vident Deum impiis contra pios fauere, & ipſi etiam lacerant legẽ: iudicantes, ſ. contra eã, impiiſque fauentes. Et ratione iudiciũ exequutioni nõ mandatur. Demũ, quia iniquus opprimit iuſtũ & ſanctũ, ſententiæ peruerſæ feruntur contra ius, phaſque. Ac ſi diceret, Si tu Dñe faues Nabuchodonoſori contra Iudæam, quid mirum ſi Principes & Iudex faueat iniquo cõtra pium & iuſtũ? En quæremoniæ noſtri Prophetæ. Similes *Pſal. 72* habes Pſal. 72. 78. & apud Ieremiã & apertiores in Pſal. 43. *Pſal. 78.* Auertiſti nos, inquit, poſt inimicos noſtros: & qui oderũt nos *Pſal. 43.* diripiebant ſibi: & reliquã multa. Et itẽ, Quomodo ſcit Deus aut ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores abundãtes in ſæculo, & c. Rurſum, Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã & c. Et Ieremias, Quare via impiorũ proſperatur. Non eſt igitur blaſphemia, ſi preſſi malis, cauſas tantorum malorum à Deo requirimus, vt illud Deus Deus meus, quare *Iere. 12.* me dereliquiſti? animi enim erga Deum pietas, & obedientia vniuerſas notas reiicit ab his quærimoniis. vt enim animus malus non facit ſpecioſam laudem peccatoris: ita pius *Pſal. 21.* purgat crimine huiuſmodo quærelas. *Eccle. 15.*

ASPICITE in gentibus: & videte: & admiramini. Quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Hactenus Propheta ſuis verbis eſt vſus. Iam nunc proponit verba Dei: quæ ſunt in reuelatione per Prophetam audita. Sunt verò hæc Iudæi circunferre oculos per omnes gentes, quę in præſentia viuunt: videre eas: & magno ſtupore admiramini. Quia opus iam in diebus veſtris incipitur, tale, tantumque vt nemo veſtrum credat, cum audiet. Si quæritis quod opus hoc ſit, audite.

QVIA ecce ego ſuſcitabo Chaldæos: gentem (2.) amaram, & (3.) velocem (4.) ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat (5.) tabernaculum non ſua. (6.) Horribilis, & terribilis eſt. Ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur. (7.) Leuiores pardis equi eius: & velociores (8.) lupis veſpertinis. Et (9.) diffundentur equites eius. Equites namque eius de longe venient. (10.) volabunt velut aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient. (11.) Facies eorum ventus vrens.

Nonne ſtupendum opus eſt, quod Deus excite Chaldæos remotiſſimos à Iudæa, vt Iudęos occidat, Ieroſolymam diruat, templum adurat, Dei religionem & *Iſai. 5.* cultum

cultum aboleat?¶1,Caldæi ſunt qui habitant Meſopotha-
miam,quorum imperium erat in Babylonia ,quorum Rex
Gene.10. erat,cum hæc dicebantur,Nabuchodonoſor, qui nouarum
rerũ cupidus & à Pharaone Nechao, Ægypti Rege prouo-
4.Reg.pe catus , toti Aſiæ intulit arma. Nam Pharao magna impe-
rij parte Babylonem expoliauerat,comet anno:aut certè an
no præcedẽte,quo Nabuchodonnſor cœpit imperare. vt ex
4.Reg. dicimus: ¶2.Hi Chaldæi vocantur gens amara.
3.Reg.23. ſcilicet carens dulcedine miſericordiæ,& blanditiis charita
& 24. tis. ¶3. vocatur velox , ſcilicet quæ feſtinet opera ſua , &
antea faciat , quam factura credatur. Quod Iſaias dixit,
Iſai.5. Ecce feſtinus velociter venier,Tu lector lege locum Iſaiæ,
quia loquuntur idem quod Habacuc. ¶4.dicitur ambu-
lare latitudinem terræ , id eſt , implere terras vniuerſas,
adeò innumerabiles erant , qui veniebant. ¶5. vt poſſ.tab.
non ſua id eſt , non veniunt , vt ſibi dominum & hono-
rem acquirant : ſed vt poſſideant vrbes non ſuas : neque
vrbes ſolum ,ſed etiam tabernacula paſtorum,qualia mul,
ta eſſe in Arabia,& Paleſtina, vbique apud bonos authores
reperias.Aduerte,domos ſuas Iudæi tabernacula vocabant,
4.R.,13. vt illud.Habitauerunt filij Iſrael in tabernaculis ſuis. Et,re-
uertere in tabernacula tua.vocabãt ita in memoriam patrũ
ſuorum , qui in tabernaculis habitauerant. ¶6.Gens, inquit
2.Par. 7. eſt terribil.& horri.pauenda,ſcilicet & tremenda. Si quæris
10.& 25. cauſam,certè,quia nulla Dei vel naturæ lege coërcetur.ſed
ex ſeipſa iudicium & onus venit eius libido eſt lex: & quẽ
vult illa grauare,grauat, ſine impedimento. Ita Daniel de
Nabuchodonoſore dicebat.quos volebat interficiebãt.Rur-
Dan. 6.e. ſum quia geſtabant Caldæi galeas,clipeos, haſtas , pugio-
nes,thoraces.vt habes in Her.li.7.¶7. Leuiores pardis.Par-
dus non eſt leo. ſed diuerſi generis animal,maculoſum , &
Herodotus varium,quod ſolis pardis cõtingit,& tygribus: nam cęteris
animalibus vnus ferè color eſt. Ita Plinius,fœmina pardi ,
Plin.li.8. pardalis vocat.Eius tanta velocitas eſt , vt ſagittam dicas
cap.17. neruo expulſam , dicit Gellius in Ælianum. Cum tamen
Gillius li. pardus non adeò curſu quã ſaltu vtatur,vt tradit Albertus.
2.cap. 21. Igitur gens Chaldæa dicitur afferre equos pantheris velo-
Alber.li. ciores:quod per Hyperbolem dictum puta.vt quod de are-
23. na infra dicetur,per Hyperbolẽ dici D.Hieron. in eum lo-
D.Hieron. cũ author eſt.¶8.Velociores lupis veſp.pro velociores He-
bræus codex habet acutiores : ſed idem valet quod velo-
ciores.Eſt autem lupus , vbi de die famem ſuſtinuerit , de
nocte

noctе famis impaciens: ac ideò velut in rabiem agitur, ait Hieron. His comparantur equi Chaldæorum, ita enim contra hoſtes inſiliunt, vt lupi, qui interdiu famem paſſi, noctu in prædam exſiliunt. ¶ 9. Et diffundentur id eſt, & multiplicabuntur equites eius: non pauci venient contra Iudæam: ſed multo plures ſolito venient: quare neceſſe erit eos grandia ſpacia diffundi, ac ita maximè nocere. ¶ 10. Vt aquila. Aquila violentum animal eſt & tyrannum: rapinas facit, non ſolum vt viuat de neceſſariis: ſed vſu carnium delectatur, inquit Ælianus. Dicit porrò Plinius, Aquilam tam multa venari, vt vnum par aquilarum magno ad populandum tractu indigeat his rapaciſſimis auibus comparantur equites Chaldæi. dixi de hac re ſuper Amos, capit. quinto. ¶ 11. Facies eorum ventus, id eſt, cum eos videris coram, ita te eorum aſpectus flagellat & affligit, vt affligit ventus vrentiſſimus: quem קדימה, qadimah Hebræi vocant: & importuniſſimum ſibi eſſe ſentiunt. ¶ Ergo cũ hoſtes Deus contra nos armat, eorum equis dat velocitatem: eorum equitibus dat ferociam: etiam eorum faciebus quendam horrorem infundit. Dictum ſit de exercitu Chaldæorum: nunc de eorum Rege Nabuchodonoſore.

D. *Hiero.* *Ælianus li. 1. ca. 1.* *Plin. li. 10. ca. 3.*

Et congregabit quaſi arenam, captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit: & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus: & pertranſibit, & corruet. Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.

Rex inquit, Nabuch. infinitos homines captiuos faciet: multos Reges ſibi ſubiiciet: principes, & magnates, riſus erunt ei. nã ridebit, & irridebit eos. Ipſe munitiſſimas arces, ac ſi eſſent immunitę aggredietur & comportato aggere capiet, Ita feciſſe in munitiſſima Tyro, hiſtoriæ tradunt cum enim mari vndique circundarentur, eam continentem aggeribus fecit: & cœpit. quod poſteà Alexander imitatus eſt. Quod verò Nabuchodonoſor aggere Tyro fecerit, indicat Ezechiel: & aperit ſuper eo. D. Hieron. Vide, nec enim legiſſe pigebit. ¶ Porrò quod ſequitur, ſcilicet Tunc mutabitur ſpiritus &c. magni nominis ſcriptores dicunt referendum ad mutatum ſpiritum Nabuchodonoſoris. Factus enim eſt ex homine beſtia. & ita ſeptem annis tranſiuit. Poteſt & aliꝰ ſenſus adhiberi. Poſt tot partas victorias, poſt tot actos triumphos, mutabitur ſpiritus Nabuchodonoſoris. putabit enim ſe eſſe ex homine Deum. ſibique honores & adorationes

Curtius, & Hieron. Ezech 29 *Hieron. ibi.* *Dan. 4.*

tiones diuinas exiget.ac ita tranſibit, & perſeuerabit annis multis,ſcilicet vt minimum,(25.) annis,& demum,corruet in grauiſſimum crimen,ſcilicet quod dicet,Hæc eſt fortitudo Dei mei.id eſt,hanc fortitudinē, qua vniuerſam Aſiam ſubegi, Deo meo.id eſt idolo vindico & aſcribo.In quem ſenſum noui interprætes hunc locumvetarunt,ſcilicet Sanctes,Vatablus,& reliqui. Hactenus de exercitu Chaldæo,

Sanctes deque Rege eius.¶ Tu nunc lector attentius lege verbum

vatablus. ſuſcitabo & intellige pro ſuſcitabo,ſuſcito,quod Hebræus codex , & noui omnes interpretes habent.Si igitur Deus iam ſuſcitabat Regem Chaldæum,& eius exercitum contra Reges,& Tyrannos.Igitur hæc prophetia non ſub Manaſſe:ſed primo Nabuchodonoſoris anno dicta eſt.quādo , ſcilicet Nabuchodonoſor venit contra Aſiam totam: qui erat tertius annus Ioachim.quādo Chaldęi Pharaonis Ne-

4.*Reg* chai iniuria irritati,cōtra eum inſurrexerunt:& reſtituerūt

24. ſibi terras,quas Pharao eis recens abſtulera..

4.*Reg.*23 *Nunquid non tu à principio Domine: Deus meus. Sancte meus? & non moriemur. Domine in iudicium poſuiſti eum: & fortem, vt corriperes fundaſti eum.* Interſerit Propheta reſponſum ad cogitationem Nabuchodonoſoris , dicens. Ille cogitat ſe eſſe Deum.at Domine , Num non tu ab æterno Dominus es? ille cœpit eſſe,&definet eſſe.Tu verò ab æterno Dominus es.ô Deus mi:ô Sancte mi.Cum igitur ſis Deus noſter,licet ille captiuos nos ducat,at non penitus extinguet:nō moriemur,nec abolebimur omnino.Cur igitur Dominus, Deus veſter, & Sanctus veſter vos tradidit Nabuchodonoſori? tradidit perfectò in iudicium:& hunc fortem Regem fundauit,vt corriperet.id eſt poſuit hunc,vt per eum,veluti per miniſtrum,iudicij ſui ſententiam Deus in nobis exequeretur.ac ita peccata noſtra corriperet.¶ Habes lector pulcherrimamTheologiam.Rex quęrit miniſtrum ex infirma plebe,vt nobilem puniat:ita Deus quærit infideles,vt per eos, fidelium peccata caſtiget.

Mundi ſunt oculi tui,ne videas malum: & reſpicere ad iniquitatē non poteris. quare non reſpicis ſuper iniqua agentes & taces deuorante impio iuſtiorem,ſe? Et facies homines quaſi piſces maris : & quaſi reptile non habens principem. Totum in hamo ſubleuabit:traxit illud in ſagenam ſuā, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur, & exultabit. propterea immolabit ſagenæ ſuæ : & ſacrificabit reti ſuo. quia in ipſis incraſſata eſt pars eius: & cibus eius electus. Propter hoc expandet ſagenam ſuam : & ſemper interficere gentes non parcet.

Videns

Videns Propheta Nabuchodonoſorem a Deo conſtitutum *Pſal.33.*
vt Iudæorum peccata puniret, eam rem vehementiſſimè
dolet, dicens. Domine iuſtiſſimi, & ſanctiſſimi ſunt oculi
tui: vt lubenter malum reſpicere nequeas Dictum enim
eſt, Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorũ.
Cur igitur diſſimulas ſuper iniqua facientibus? Cur taces
tyranno hoc impio deuorante Iudæos, tanto quam ille iu-
ſtiores? Tu exanimas nos & armas illum: vt nos ſimus ve-
lut piſces maris: & velut reptilia defenſore carentia: ille
verò ſit velut piſcator hamo ſuo, vniuerſos piſces conue-
hens in ſuam ſagenam: reteque ſuum. Ita nos ille ſuis armis
ex noſtra patria, velut ex mari abducens, in ſuum imperiũ
conuehit. Quòd ſi miſericorditer & dolenter nos caſtiga-
ret, vt quiſque ferendus eſſet: at lætatur ille & exultat in
interitu noſtro. Quod ſi etiam intelligeret eſſe ſe Diuinæ
iuſtitię miniſtrum, & Deo victor gratias ageret: & hoc pa-
teremur etiam. Sed verò ille non Deo, ſed ſuo imperio, ſuę
potentiæ gratias agit, acceptamque victoriam refert. cre-
dens per potentiam ſuam, ditionem ſuam amplificatam, &
redditurus factos opimiores, & ciborũ apparatus lautiores.
Quæ cauſa eſt, vt ſuum imperium extendat: nec gentes in-
terficere ceſſet. Hactenus querelæ prophetæ: neque verò
eius ſolum: ſolent enim multi eaſdem querelas, cum ab in-
fidelibus premimur, corã Deo triſtes effundere. Audiamus
nunc, quid Deus Prophetæ reſpondeat.

CAPVT II

ATtentus expectat Propheta, quid ſuis quærelis Domi-
nus reſpondeat. Reſpondet Dominus venturum, ſuo, *Protheo*
tem pore Meſsiam. idque certiſſimè. vaſtandum verò Ba- *ria.*
bylonium.

SVPER custodiam meam ſtabo & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi: & quid reſpondeam ad arguentem me.

Credo Prophetam habitaſſe in aliquo celſiore
& remotiore loco, in modum turris & ſpeculę,
Vbi facilius Diuina perciperet, à rebus humanis abſtractus.
In hac igitur ſpecula, & munitione cõſtitutus dicit. Super
hac meã ſpecula & munitione ſto contẽplans, quid Dñs in-
tra me mihi loquatur. cõtẽplans itẽ, quid ego reſpõſurus sũ
ad

optare.Hoc modo Niniue opibus vacuata:muris diſciſa:minitionibus lacerata eſt: ſuorum porrò ciuium cor tabeſcebat.genua tremebant: renes deficiebant: facies ollæ nigrorem repræſentabant.Siquidem in vehementiſſimo & dolore,& timore,cor nobis fit tabidum:genua labant: renes diſſoluuntur: facies nigreſcit in modum ollæ fuliginoſæ. Diximus de hac re cum exponeremus Ioelem.

Ioelis.2.

II. PARS.

VBI eſt habitaculum leonum? & paſcua catulorum leonum? Ad quam iuit leo,vt ingrederetur illuc: catulus leonis: & non eſt qui exterreat. Leo tulit ſufficienter catulis ſuis: & necauit leænis ſuis: & impleuit præda ſpeluncas ſuas: & cubile ſuum rapina. ¶ *Ecce ego ad te. dicit Dominus exercituum: & ſuccendam vſque ad fumum quadrigas tuas: & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo & terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.* Diſciſa,& diruta Niniue,ridet Propheta,& miratur dicēs, Vbi illa Niniue eſt,regia Regum Aſſyriorum:in qua illi leones, habitant,& paſcebantur?in quam,velut imperij caput ibat Aſſyrius Rex,& filius eius: velut leo, & leunculi ſui. Neque vt ex Regibus terræ, qui illos exterreret. Is Aſſyriæ Rex rapuit abundantiſſimè quod filiis ſuis daret, neccauit alios, vt ex eorum opibus ſuas vxores ditaret. omnes expoliat,vt palatia ſua,theſauris oppleret.¶ At ô Niniue, ſum ego tibi tuiſque rapinis acerrimus, hoſtis, ait Dominus. exercitum tuum redigam in fumum:vt enim fumus in nihilū redigitur: ita in nihilum tuus exercitus redigetur.prolem regiā hoſtilis gladius inuadet. opes quas rapueras hoſtes tui in diuerſas regiones adducent. Iam non audietur vox nuntiorum tuorum. Quo verbo refricauit hiſtoriam Nabuchodonoſoris,qui miſit nuntios ad omnes qui habitabant in Cilicia, Damaſco, & Libano; & ad gentes. quæ ſunt in Carmelo,&Cedar,& in habitantes Galilæam,in cāpo magno Eſdrelon:& ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumun Iordanem:vſque ad Ieruſalem, quoſque perueniatur ad montes Æthiopiæ:ad omnes iſto miſit nuncios Nabuchodonoſor.vt ſcilicet omnes eius imperium reciperent.Dicit nunc Nahum.Non amplius Niniue deleta,ſuus Rex nuncios in orbem mittet nec amplius vox nunciorum eius audietur.

Iudic.1.

CAPVT

CAPVT III.

EXpōit ſcelera Niniuis,eius vaſtationem & rurſum vaſtationis cauſas.Secundò Deus loquitur contra Niniuem grauia verba prænuncians ei ſuam vaſtitatem, adducto exemplo No Ammonis inclytæ vrbis Ægypt. Tertiò proponit Niniuem parantem ſe contra obſidionem:ſed fruſtra.Erit enim ab hoſte vaſtanda. Protheoria

VÆ ciuitas ſanguinum:mendacij dilaceratione plena : non recedet à te rapina. Væ inquit tibi Niniue, vbi innumeræ fiunt cedes:vbi innumera mendacia in iudicio componuntur ad lacerandas, & rapiendas hominum opes:vbi nunquam deſunt furta & rapinæ.

Vox flagelli:& vox impetus rotæ: & equi frementis:& quadrige feruentis:& equitis aſcendentis:& micantis gladij:& fulgurantis haſtæ & multitudinis interfectæ:& grauis ruinæ.neque eſt finis cadauerum: & corruent in corporibus ſuis. ¶ *Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ,& gratioſæ:quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis:& familias in maleficiis ſuis.* Patere lector obſecro vt textum Hebræum bona fide tibi proponam.Is eſt. Vox, flagelli: & vox impetus rotæ: & equus fremens: & currus ſaltans:& eques aſcendens:& flammans gladius:& fulgurans lancea: & multitudo interfectorum: & frequentia mortuorũ:& non eſt finis cadaueribus eius: impingent in cadauera eorum.Ex multitudine fornicationem fornicariæ bonæ,& gratioſæ:matris maleficiorum,quæ vendit gentes, &c.Senſus vtriuſque idem eſt,ſ.En tibi Niniue,tui propetãt hoſtes.En ſonat vox flagellarum,quibus aurigæ verberant equos.En andiuntur impetus rotarum. En adſunt equi frementes:quadrigæ properantes : equites ſuper equis aſcendentes. En micant gladij: fulgurant haſtæ: concurritur ad pugnam. Ah multitudo iacet occiſorum : proſtrata eſt grauis copia mortuorum: infinita cadauera proſtrant.vbique hoſtes in cadauera incurrunt. Si quæris tantæ calamitatis cauſas,certè cecidit Niniue propter multitudinem fornicationum ſuarum.ſcilicet propter infinita idola,que colebat.Eſt enim idololatria fœda animæ fornicatio & adulterium quo Deo vero ſponſo relicto, falſis idolorum Diis adiungitur. Igitur Niniue tam diues, & pulchra meretrix ſpecioſa,& gratioſa,innumeris idolis addicta: vendens, id eſt decipiens & fallens idololatriã ſua, nec idololatria ſola: ſed maleficiis etiam: id eſt magis, incantationibus

Oſee.1.2.3
Oſee.3.

nibus,& dæmonem præſtigiis.¶ Docemur hoc loco, Niniuem cædibus hominum ſanguinariam: periuriis maculatam rapinis frequentiſſimam. vltra hęc porrò, idololatriç deditiſſimam: & præſtigiis, ac veneficiorum malis artibus pleniſſimam, propter hæc igitur, tantam calamitatem paſſa eſt.

II. PARS.

ECCE Ego ad te, dicit Dominus exercituum, Et reuelabo pudenda tua, in facie tua. & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Senſus ex litera Hebræa eſt. Tu meretrix, & ſcortum es ô Niniue, ego igitur attollam fimbrias veſtium tuarum, & eas iniiciam ſuper faciam tuam. reiecta igitur in caput, gentes & regna tuam nuditatem aſpicient. Signif. hæc Metaphora, futuram Niniuem ſine Rege, ſine opi. ſine hóminib. velut nuda fœmina ſine veſtib. pergit dominus.

Proiiciã ſuper te abominationes: & contum. te afficiam: & ponam in te exemplum. id eſt faciam, vt omnes te execrentur. ponam te vt ſtercus, ac ita eris Parabola, & exemplum omnib. qui de te loquentur. Eſt verò Hebręa phraſis, id dicere Parab: & e-
Iere. 24. xemp. cuius caſus ab omnib. ridetur. vide apud Iere. Mich. &
Mich. 2. Aba. Explicat hæc amplius Deus. *Et erit, omnis qui viderit te, re-*
Abac. 2. *ſiliet à te, & dicet. Vaſtata eſt Niniue. Quis commouebit ſuper te ca-*
Mich. 2. *put? vnde quæram conſolatorem tibi?* Id eſt, faciam te tantopere
Abac. 2. execrandam, vt qui viderit te, velut ab execratione, & anathemate reſiliat: dicens fugio à te. vt quam Dominus vaſtauit, propter tuas execratiſſimas abominationes. adeo execranda eris, vt nemo ex commiſeratione moueat ſuper te caput. nam ſolemus, cum alicuius calamitati compatimur, caput à fronte ad pectus, aliquoties mouere. Demum adcò eris infœlix, vt nullus adſit conſolator tibi.

Num tu melior es Alexandria populorum? quæ habitat in fluminibus: aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ muri eius. Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non eſt finis. Aphrica, & Lybies fuerunt in auxilio tuo.¶ Sed & ipſa in tranſmigrationem adducta eſt in captiuitatem. Paruuli eius eliſi ſunt in cápite omnium viarum: Et ſuper inclitos eius miſerunt ſortem. Et omnes optimates eius confixi ſunt in compedibus. Vrbs fuit in Ægyp. vocata No. & quia infinitis hominibus plena erat, vocabatur No Ammon. id eſt No populorum. Erat ſita ſuper Nilum, hinc enim riuulis Nili, inde lacu Mareotico, ex alia parte mari cingitur: Inquit Hieronymus. Ideò Nahum dicit

quæ

quæ habitat in fluminib.aquæ in circuitu eius:& aquæ muri eius,Erat item ditiſſima.vt pote ad quam per mare,mundi opes adducebantur à mercatoribus.ideò dicit, cuius diuitiæ mare.vt de Tyro dicit Ezechiel.Et quia in ea habitant infiniti Æthiopes, & Ægyptij viri militares, ideò ait Æthiopia & Ægyptus fortitudo eius.neque eſt finis ciuium eius. Fuit itaque totius Ægypti metropolis.vt Zieglerus,Q.Curtius, & qui res Alexandri ſcripſerunt,aſſeuerant.. ¶ Contra hanc venit Nabuchodonoſor magnus.Is enim anno ſui imperij primò venit cōtra Ioachim Regem Iuda,eumque ſibi ſubiecit.Inde venit in Ægyptum, & eam ſibi ſubegit : propterea Ægyptus non rediit, vt Iudæam affligeret,ſicut facere ſolebat.Tunc vaſtauit ille No Ammon.vt habet Ieremias planè, & apertè.Vaſtauit porrò eam,licet Aphrica,& Lybia in auxilium No veniſſent.Propheta dicit Aphrica & Lybies fuerunt in auxilio tuo.ſed fruſtra.qui capta eſt No à Nabuchodonoſore, cuius milites paſſim paruulos elidebant : Cuius duces ſortes mittebant ſuper nobiles Ægyptios.quis cui obueniret,reliqui principes vrbis in compedibus ſunt abducti captiui.¶ Iacuit igitur proſtrata No Ammon à tempore Nabuchodonoſoris,ad Alexandrum Magnum qui capta Ægypto, reædificauit No dirutam,eamque Alexandriam de ſuo nomine vocauit. cuius hiſtoriam ſi ſcire cupis, copioſam eam habes apud Volaterranum lib.12. fuſiorem apud Plinium lib.5.c.10.Quia igitur Alexandria vocata eſt.quæ prius No dicebatur,ideò Alexandria in noſtra vulgata æditione nominatur,non quod Alexandria vocaretur antiquitus : ſed quia ſic ab Alexandro nominata eſt.¶ Iam verò licet Libya, & Aphrica idem ſignificare videantur ſcilicet tertiam orbis partem:bonis tamen authoribus propriè Lybia eſt prouincia Cyrenaica in Aphrica.¶ Duo mihi ſunt adnotanda.prius eſt,Nahum arguit in hoc textu ita. Quid dubitas Niniue te vaſtari poſſe?num tu melior es quam No? minimè. Igitur ſi No vaſtatam vides,crede te vaſtari poſſe.Cum igitur Niniue tempore Aſſyriorum,vſque ad Sardanapalum fuerit vrbs orbis maxima,planè tunc melior erat quam No,igitur poſtquam vaſtata eſt,minor facta eſt. vt eſſe poſſet minor quam No.¶ Poſterius eſt.Si No vaſtata eſt à Nabuchodonoſore, & poſt eius vaſtationem prædicitur vaſtanda Niniue, quomodo omnes interpretes noſtri Nahum, dicunt eum prophetare de vaſtatione,quæ contigit ſub Sardanapalo?Sardanapalus præceſſit Nabuchodonoſorem per 180.ferè annos,

Hierony. *Eze.27.* *Zieglerus* *Curtius.* *4.Re.24* *Eodem.* *Ier.46.c.* *Volater.* *Plinius.* *Actio. 2.* *Ione.3.* *Gen.10.* *Iere. 46.*

quomodo igitur vaſtatio ſub illo potuit. poſt Nabuchodo-
Lucidus. noſorem contingere? Imo verò ſi vera ſunt,quæ Herodo-
chroni, tus dicit , & Euſebius tradit,ſi Cyaxares Medus vaſtabit ſe-
Herodo. cundò Niniuem : quomodo potuit eam Nabuchodonoſor
lib.1. vaſtare?præceſſit enim Cyaxares Nabuchodonoſorem : li-
Euſeb. cet præceſſerit parum. ¶Eſt igitur veritas , quam dixi-
chron. mus. Vaſtata eſt Niniue primum ſub Sardanapalo. Va-
ſtata eſt ſecundò à Cyaxare. circa tempora Nabuchodono-
ris. Hic vaſtauit No Ægypti, ex cuius vaſtatione colligit
Nahum poſſe Niniuem,iam tertio ædificatam vaſtari. Ideò
ſubdit propheta. *Et tu ergo inebriaberis. Et eris deſpecta:& tu
quæres auxilium ab inimico.*id eſt,No recepit calicem amaritu-
dinis,quo iudicium amiſit,& vitam:ita & tu Niniue recipies
neque recuſare licebit , bibes fellem amaritudinis. vnde vi-
ta amiſſa iacebis.Eſt porrò prophetis frequens hic,de calice
Dei,loquendi modus.Vide apud Iſaiam & Ieremiã. Addit,
eris deſpecta.Heb.eris abſcondita ſcilicet quæ eras illuſtris
Iſai.1. & inclyta,obſcurũ nomen habebis. Addit demum , quæres
Iere. 25: auxilium ab iniquo quod quidã ita explicãt cogeris quæ-
48 4.9. rere auxilium propter inimicos qui te præmunt. Sed credo
ſimpliciter eſſe legendum.Cogeris quærere auxilium etiam
ab oſtibus antiquis:adeò te noui hoſtes affligent.

*Omnes munitiones tuæ,ficus cum groſſis ſuis ſi concuſſæ fuerint,ca-
dunt in os comedentis:* Vt Latinis ficus ſignificat arborem,&
fructuum,ita תענים theanim idem ſignificat Hebræis,
& arbitror hic ſignificare ficulneam. vt ſit pulcherrimus
ſenſus.Tuæ Niniuæ arces & munitiones ſimiles ſunt ficul-
neæ,groſſos maturos habenti,vt enim ſi hanc concutias,
cadent ficus in os concutientis,ita munitiones tuæ tormen-
tis hoſtium quaſſatæ cadent in tuorum hoſtium ra-
pinam.

*Ecce populus tuus,mulieres in medio tui,Inimicis tuis ad apertio-
nem pandentur portæ tuæ.Deuorabit ignis veſtes tuas.*En,inquit, ô
Niniue populus tuus,milites tui,fortes tui facti ſunt velut
mulieres imbelles.Nemo enim fortis eſt , niſi cui Deus vi-
res ſubminiſtrat.Deo miniſtrante robur,fœmina induit vi-
rum.Deo non miniſtrante,vir effœminatus erit.ac ideo por-
tæ munitiſſimæ tuæ omnino pandentur. nemine intus eas
defendente.Et quia hoſtes aliquibus portis ignem ſuppo-
nent,lignei earum veſtes , cum portis deuorabuntur ab
igne,

· II I. PARS

Aquā propter obſidionē hauſi tibi Extrue munitiones tuas. Intra in lutū,& calca ſubigens,tene laterē.Ibi comedet te ignis.Peribis gladio:deuorabit te,vt bruchus. Hebræis eſt aquas obſidionis hauſi tibi Corobora munitiones tuas.Intra in lutū Calca in cemento corrobora fornacē.Ibi Comedet te,&c.Sed quis nō videat eūdem ſenſum in vtraq; verſione?Is verò eſt.Niniue, quæ copiā aquarū intus non habes,haurito eas ex Lico,aut Tigri(quib⁹ proxima es) cōuehe igitur aquas,vt tēpore obſidionis,tibi minimè deſint.Diligenter inſpice munitiones tuas,& ſi quid infirmū habēt eas inſtaura.Intra in lutū,vt ipſo ſubacto,lateres inde facias,ad muros reparādos.Siquidē ob lapidū inopiam tota Aſſyria laterib. vtitur,& bitumine ex quibus Babylō etiā condita eſt.Calca igitur in cemēto.nam etiā apud nos,& fundamēta,& parietes efficiuntur ex calce & arena,quibuſdā ligneis malleis vehementer calcatis.Demum corrobora fornaces,vbi lateres coquas quibus muros confirmes.Sed hæc omnia vane curabis.In tuis.n.fortiſſimis munitionib.deuorabit multos ignis:conficiet alios gladius. demū ita vaſtaberis,vt ſolet bruchus vaſtare vineas,nudas enim eas rodēdo relinquit.*Cōgregare,vt bruchus.Multiplicare,vt locuſta.piures feciſti negotiationes tuas quā ſtellæ ſunt cœli.Bruchus expāſus eſt:& auolauit.* Irriſio eſt ac ſi dicat.Cōgrega,congrega tibi habitatores,tā multos quā ſunt bruchi,& locuſtæ,habeto quantū voles,tot mercatores,quot ſunt ſtellæ cœli,expādātur per te tui habitatores:vt ſolēt expādere ſe Bruchi.Sed heu,omnes aduolauerūt,timore hoſtiū aufugerunt.*Cuſtodes tui quaſi locuſtæ.Et paruuli,tui quaſi locuſtæ locuſtarū,quæ conſidunt in ſepib.in die frigoris.Sol ortus eſt:& auolauerūt:& nō eſt cognitus locus eorū vbi fuerint.* Pro cuſtodes Hebræis eſt מנזרים Minzarim,vt exiſtimo,idē ſignificās,quod Nazaræi,vtrunque.n. nomen ab eodē verbo Nazar deſcendit.Arbitror nunc ego. Nahum hoc loco intelligere de religioſis: qui tôt erant in Niniue ,quot locuſtæ eſſe ſolent.Hos.Tigurina tranſlatio, imò & Munſterus, comatos vocat.videlicet,quia Nazaræi comas nutriebant.neque fas erat nouaculū in eorū caput aſcēdere. ad quorū imitationē Nazaræi illi Niniuitæ comati erant.& vocabantur.de ſacra Nazaræorū coma,vide li.Nam hos tranſlatio noſtra vocat cuſtodes, quia reuera cuſtodia ciuitatum,potius eſt religioſorū ſanctitas:quā militū arma.

Volaſter. & Herodotus. *Gen.10.* *Num.6* *Tigurinſ Mōſteri* *Num.9*

¶ Porrò verbū paruuli tui.Hebræis eſt הטפסרים Tahparim,quod conſtāter omnes Hebrææ linguæ periti dicunt

HABACVC.

GRANDIS Controuerſia eſt, quis fuerit Habacuc, & quotempore prophetauerit Rabi Ionathas voluit eum fuiſſe filium Sunamitidis, quem Heliſæus è mortuis ad vitam reuocauit. Alij Rabini in lib. Sederholam, id eſt in Chronicis Hebræorum, voluit eum prophetaſſe ſub Manaſſe. Rege Iuda. ¶ Veritas venanda eſt ex hiſtoria Danielis, de cuius fide Concil. Tridentinum non permittit dubitate. Ea verò ſic habet. Cum Habacuc eſſet in Iudæa, deferretq; prandium meſſoribus ſuis, abductus eſt ab Angelo in Babyloniam: vt prandium illud exhiberet Danieli, qui in lacum leonum fuerat coniectus. Ex hac hiſtoria primum colligas Habacuc ez Iudæa, fuiſſe non vero ex Iſrael. Non enim moraretur in Iudęa. ſi fuiſſet Iſraelita. Colligas ſecundò Habacuc vixiſſe tempore Danielis. ¶ Vbi attentiſſime nota, Habacuc vixiſſe, cum Daniel conıicitur in lacum leonum, At conıicitur in lacum cum eſt amicus & conuiua Regis, Porrò Daniel eſt amicus & princeps non Nabuchodonoſoris primi: ſed vt ſuſpicor Nabuchodonoſoris ſecundi, quem vocat S. Scriptura Euil merodac. vt Danie. 2. habetur, Ergo Habacuc vſque Euil merodac vixit. ſ. poſt annum triceſimum ſeptimum à tranſmigratione Iudęorũ in Babylonē. Habes quo tēpore viuit hic Propheta noſter. ¶ Porrò quia ipſemet cap. 1. ſuę prophetiæ adfert verba Dei dicentis. Ecce ego ſuſcito Chaldæos, &c. Ita enim Hebræus textus habet, vbi nos habemus, Ecce ego ſuſcitabo. Si igitur Deus ſuſcitabat Chaldæum Nabuchodonoſorem, quo tempore Habacuc hęc prophetabat. igitur non prophetat hanc prophetiam Habacuc tempore Manaſſe: ſed Nabuchodonoſore iam ſe accingente ad bellum contra Iudæos. Habes Lector veritatem ex ipſis literis ſanctis collectam. ¶ Quia igitur videbat Propheta Nabuchodonoſorem armari contra Iudæam, & intelligebat Deum vellet ei tradere, non ſolum Iudæam ſed & omnia Aſiæ regna, ideò zelo plenus, ſuas querimonias coram Deo effundit (licet verecunde, quod cum eſſet ipſe iuſtus) fidelem Iudæam infideli traderet tyranno. Hæc primò capite.

4. Re. *Seder. holam.* *Conc. Tr.* *Dan. vl.* *Dan. 2* *4. Reg. 25* *Habac. 1.* *Protheoria.*

CAPVT.

CAP. I.

Nahum 1

ONVS quod vidit Habacuc Propheta. Titulum hûc ſuæ prophetiæ inſcripſit Habacuc. Cuius ſenſus eſt,(vt iã ſuper Nahũ dixi) prophetia dura & grauis, ferenda tamen ab eo cui eam Deus impoſuerit. Et quia Habacuc eam in lumine prophetico. Deo reuelante vidit, certiſſima eſt: neque dubitandi de ea locum admittit.

Vſque quo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabit? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem: videre prædam: & iniuſtitiam contra me: & factum eſt iudicium, & contradictio potentior. Hebræi legunt aliquanto diuerſe, hoc modo. Vſquequo, obſecro Domine, clamaui & non exaudies? Vociferabor ad te violentiam: & non ſaluabis? Quare oſtendiſti iniquitatem, & laborẽ demonſtraſti & vaſtitas, & iniquitas, coram me: ¶ Hic addunt aliqui codices Latini verba ſequentia. Quare reſpicis comteptores? & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris: & quaſi reptilia non habentia ducem. Quæ verba originali Hebræo non habentur: nec in textu

D. Hier. Latino D. Hieronymi: nec in Latinis Complutenſibus: neq;

Complute. in multis aliis. Sequitur poſt verba prædicta in Hebræo. Et factũ eſt iudicium: & contradictio potentior. ¶ Tu lector apertè vides eundem eſſe Hebræi, & Latini textus intellectũ. Libet igitur vtrumq; ſimul exponere. Domine oſtẽdiſti mihi Nabuchodonoſorẽ venientẽ contra patriam meã: & ego id videns clamaui ante hac ad te. cur repellis orationẽ meã neq; verò in poſterũ deſiſtã. quin ad te vociferer: ſed tu decreuiſti nõ ſeruare nos à violẽtia qua Nabuchodonoſor illaturus eſt. Quare oſtẽdiſti mihi iniquitatẽ Tyrãni: & laborẽ Iudææ en vaſtitatẽ patriæ, & iniquitatẽ Tyranni coram me lumine prophetico, te reuelante cognoſco. Cur ſuſtinẽt oculi tui hos Chaldæos qui maieſtatẽ tuã contemnũt? Cur taces, & diſſimulas Tyranno hoc calcante fideles Iudæos? qui licet peccatores ſint, iuſtiores ſunt tamen quàm ille. Cur expones Iudæos Nabucodonoſori, velut piſciculos à cœto deuorandos: & velut lacertulas, & anguiculos, ab auibus rapacibus lacerandos: vt qui ducem non habent, qui ſæuitiæ ſe auitum opponat? Intrant Iudæa & Nabuchodono ſor coram te Domine in iudicium. Allegat illa, ſe eſſe tuam. Contradictionem opponit hic. At contradictio preualet. & ſententia fertur pro Tyranno Subdit Propheta.

Propter

Propter hoc lacerata eſt lex: & non peruenit vſque ad finem iudicium: quia impius praualet aduerſus iuſtum propterea egreditur iudicium peruerſum. Quaſi dicat, cum Princeps, & Iudex vident Deum impiis contra pios fauere, & ipſi etiam lacerant legē: iudicantes, ſ. contra eā, impiiſque fauentes. Et ratione iudiciū exequutioni nō mandatur. Demū, quia iniquus opprimit iuſtū & ſanctū, ſententiæ peruerſæ feruntur contra ius, phaſque. Ac ſi diceret, Si tu Dn̄e faues Nabuchodonoſori contra Iudæam, quid mirum ſi Principes & Iudex faueat iniquo cōtra pium & iuſtū? En quæremoniæ noſtri Prophetæ. Similes *Pſal. 72* habes Pſal. 72. 78. & apud Ieremiā & apertiores in Pſal. 43. *Pſal. 78.* Auertiſti nos, inquit, poſt inimicos noſtros: & qui oderūt nos *Pſaſ. 43.* diripiebant ſibi: & reliqua multa. Et itē, Quomodo ſcit Deus aut ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores abundātes in ſæculo, &c Rurſum, Deus venerunt gentes in hæreditatē tuā &c. Et Ieremias, Quare via impiorū proſperatur. Non eſt igitur blaſphemia, ſi preſſi malis, cauſas tantorum malorum à Deo requirimus, vt illud Deus Deus meus, quare *Iere. 12.* me dereliquiſti? animi enim erga Deum pietas, & obedientia vniuerſas notas reiicit ab his quærimoniis. vt enim animus malus non facit ſpecioſam laudem peccatoris: ita pius purgat crimine huiuſmodo quærelas. *Pſal. 21.* *Eccle. 15.*

ASPICITE ingentibus: & videte: & admiramini. Quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Hactenus Propheta ſuis verbis eſt vſus. Iam nunc proponit verba Dei: quæ ſunt in reuelatione per Prophetam audita. Sunt verò hæc Iudæi circunferre oculos per omnes gentes, quę in præſentia viuunt: videre eas: & magno ſtupore admiramini. Quia opus iam in diebus veſtris incipitur, tale; tantumque vt nemo veſtrum credat, cum audiet. Si quæritis quod opus hoc ſit, audite.

QVIA ecce ego ſuſcitabo Chaldæos: gentem (2.) amaram, & (3.) velocem (4.) ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poßideat (5.) tabernaculum non ſua. (6.) Horribilis, & terribilis eſt. Ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur. (7.) Leuiores pardis equi eius: & velociores (8.) lupis veſpertinis. Et (9.) diffundentur equites eius. Equites namque eius de longe venient. (10.) volabunt velut aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient. (11.) Facies eorum ventus vrens.

Nonne ſtupendum opus eſt, quod Deus excite Chaldæos remotiſſimos à Iudæa, vt Iudęos occidat, Ieroſolymam diruat, templum adurat, Dei religionem & *Iſai. 5.* cultum

cultum aboleat?¶1,Caldæi ſunt qui habitant Meſopotha-
miam,quorum imperium erat in Babylonia ,quorum Rex
Gene.10. erat,cum hæc dicebantur,Nabuchodonoſor, qui nouarum
rerũ cupidus & à Pharaone Nechao, Ægypti Rege prouo-
4.Reg.pe catus , toti Aſiæ intulit arma. Nam Pharao magna impe-
rij parte Babylonem expoliauerat,eomet anno:aut certè an
no præcedēte,quo Nabuchodonnſor cœpit imperare. vt ex
4.Reg. dicimus: ¶2.Hi Chaldæi vocantur gens amara.
3.Reg.23. ſcilicet carens dulcedine miſericordiæ,& blanditiis charita
& 24. tis. ¶3. vocatur velox , ſcilicet quæ feſtinet opera ſua , &
antea faciat , quam facta ura credatur. Quod Iſaias dixit,
Iſai.5. Ecce feſtinus velociter veniet,Tu lector lege locum Iſaiæ,
quia loquuntur idem quod Habacuc. ¶4.dicitur ambu-
lare latitudinem terræ , id eſt , implere terras vniuerſas,
adeò innumerabiles erant , qui veniebant. ¶5. vt poſſ.tab.
non ſua id eſt , non veniunt , vt ſibi dominum & hono-
rem acquirant : ſed vt poſſideant vrbes non ſuas : neque
vrbes ſolum , ſed etiam tabernacula paſtorum,qualia mul,
ta eſſe in Arabia,& Paleſtina, vbique apud bonos authores
reperias.Aduerte,domos ſuas Iudæi tabernacula vocabant,
4.R.,13. vt illud.Habitauerunt filij Iſrael in tabernaculis ſuis. Et,re-
uertere in tabernacula tua.vocabãt ita in memoriam patrũ
ſuorum , qui in tabernaculis habitauerant. ¶6.Gens, inquit
2.Par. 7. eſt terribil.& horri.pauenda,ſcilicet & tremenda. Si quæris
10.& 25. cauſam,certè,quia nulla Dei vel naturæ lege coërcetur.ſed
ex ſeipſa iudicium & onus venit eius libido eſt lex: & quē
vult illa grauare,grauat, ſine impedimento. Ita Daniel de
Nabuchodonoſore dicebat.quos volebat interficiebãt.Rur-
Dan. 6.e. ſum quia geſtabant Caldæi galeas,clipeos, haſtas , pugio-
nes,thoraces.vt habes in Her.li.7.¶7. Leuiores pardis.Par-
dus non eſt leo. ſed diuerſi generis animal,maculoſum , &
Herodotus varium,quod ſolis pardis cõtingit,& tygribus: nam cęteris
animalibus vnus ferè color eſt. Ita Plinius,fœmina pardi ,
Plin.li.8. pardalis vocat.Eius tanta velocitas eſt , vt ſagittam dicas
cap.17. neruo expulſam , dicit Gellius in Ælianum. Cum tamen
Gillius li. pardus non adeò curſu quã ſaltu vtatur,vt tradit Albertus.
2.cap. 21. Igitur gens Chaldæa dicitur afferre equos pantheris velo-
Alber.li. ciores:quod per Hyperbolem dictum puta.vt quod de are-
23. na infra dicetur,per Hyperbolē dici D.Hieron. in eum lo-
D.Hieron. cũ author eſt.¶8.Velociores lupis veſp.pro velociores He-
bræus codex habet acutiores : ſed idem valet quod velo-
ciores.Eſt autem lupus , vbi de die famem ſuſtinuerit , de
nocte

noctе famis impaciens: ac ideò velut in rabiem agitur, ait Hieron. His comparantur equi Chaldæorum, ita enim contra hoſtes inſiliunt, vt lupi, qui interdiu famem paſſi, noctu in prædam exſiliunt. ¶ 9. Et diffundentur id eſt, & multiplicabuntur equites eius: non pauci venient contra Iudæam: ſed multo plures ſolito venient: quare neceſſe erit eos grandia ſpacia diffundi, ac ita maximè nocere. ¶ 10. Vt aquila. Aquila violentum animal eſt & tyrannum: rapinas facit, non ſolum vt viuat de neceſſariis: ſed vſu carnium delectatur, inquit Ælianus. Dicit porrò Plinius, Aquilam tam multa venari, vt vnum par aquilarum magno ad populandum tractu indigeat his rapaciſſimis auibus comparantur equites Chaldæi. dixi de hac re ſuper Amos, capit. quinto. ¶ 11. Facies eorum ventus, id eſt, cum eos videris coram, ita te eorum aſpectus flagellat & affligit, vt affligit ventus vrentiſſimus: quem קָדִימָה, qadimah Hebræi vocant: & importuniſſimum ſibi eſſe ſentiunt. ¶ Ergo cū hoſtes Deus contra nos armat, eorum equis dat velocitatem: eorum equitibus dat ferociam: etiam eorum faciebus quendam horrorem infundit. Dictum ſit de exercitu Chaldæorum: nunc de eorum Rege Nabuchodonoſore. D. Hiero. Ælianus li. 1. ca. 1. Plin. li. 10. ca. 3.

Et congregabit quaſi arenam, captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit: & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus: & pertranſibit, & corruet. Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.

Rex inquit, Nabuch. infinitos homines captiuos faciet: multos Reges ſibi ſubiiciet: principes, & magnates, riſus erunt ei. nā ridebit, & irridebit eos. Ipſe muniтiſſimas arces, ac ſi eſſent immunitę aggredietur & comportato aggere capiet, Ita feciſſe in munitiſſima Tyro, hiſtoriæ tradunt cum enim mari vndique circundarentur, eam continentem aggeribus fecit: & cœpit. quod poſteà Alexander imitatus eſt. Quod verò Nabuchodonoſor aggere Tyro fecerit, indicat Ezechiel: & aperit ſuper eo. D. Hieron. Vide, nec enim legiſſe pigebit. ¶ Porrò quod ſequitur, ſcilicet Tunc mutabitur ſpiritus &c. magni nominis ſcriptores dicunt referendum ad mutatum ſpiritum Nabuchodonoſoris. Factus enim eſt ex homine beſtia. & ita ſeptem annis tranſiuit. Poteſt & aliꝰ ſenſus adhiberi. Poſt tot partas victorias, poſt tot actos triumphos, mutabitur ſpiritus Nabuchodonoſoris. putabit enim ſe eſſe ex homine Deum. ſibique honores & adorationes Curtius, & Hieron. Ezech 29 Hieron. ibi. Dan. 4.

tiones

Videns Propheta Nabuchodonoſorem a Deo conſtitutum *Pſal.33.*
vt Iudæorum peccata puniret, eam rem vehementiſſimè
dolet, dicens. Domine iuſtiſſimi, & ſanctiſſimi ſunt oculi
tui: vt lubenter malum reſpicere nequeas Dictum enim
eſt, Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorũ.
Cur igitur diſſimulas ſuper iniqua facientibus? Cur taces
tyranno hoc impio deuorante Iudæos, tanto quam ille iu-
ſtiores? Tu exanimas nos & armas illum: vt nos ſimus ve-
lut piſces maris: & velut reptilia defenſore carentia: iſte
verò ſit velut piſcator hamo ſuo, vniuerſos piſces conue-
hens in ſuam ſagenam: reteque ſuum. Ita nos ille ſuis armis
ex noſtra patria, velut ex mari abducens, in ſuum imperiũ
conuehit. Quòd ſi miſericorditer & dolenter nos caſtiga-
ret, vt quiſque ferendus eſſet: at lætatur ille & exultat in
interitu noſtro. Quod ſi etiam intelligeret eſſe ſe Diuinæ
iuſtitię miniſtrum, & Deo victor gratias ageret: & hoc pa-
teremur etiam. Sed verò ille non Deo, ſed ſuo imperio, ſuę
potentiæ gratias agit, acceptamque victoriam refert. cre-
dens per potentiam ſuam, ditionem ſuam amplificatam, &
redditurus factos opimiores, & ciborũ apparatus lautiores.
Quæ cauſa eſt, vt ſuum imperium extendat: nec gentes in-
terficere ceſſet. Hactenus querelæ prophetæ: neque verò
eius ſolum: ſolent enim multi eaſdem quęrelas, cum ab in-
fidelibus premimur, corã Deo triſtes effundere. Audiamus
nunc, quid Deus Prophetæ reſpondeat.

CAPVT II

ATtentus expectat Propheta, quid ſuis quærelis Domi
nũs reſpondeat. Reſpondet Dominus venturum, ſuo, *Protheo*
tem pore Meſsiam. idque certiſſimè. vaſtandum verò Ba- *ria.*
bylonium.

S*VP E R cuſtodiam meam ſtabo & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi: & quid reſpondeam ad arguentem me.* Credo Prophetam habitaſſe in aliquo celſiore & remotiore loco, in modum turris & ſpeculę, Vbi facilius Diuina perciperet, à rebus humanis abſtractus. In hac igitur ſpecula, & munitione cõſtitutus dicit. Super hac meâ ſpecula & munitione ſto contẽplans, quid Dñs in-
tra me mihi loquatur. cõtẽplans itẽ, quid ego reſpõſurus sũ

ad

Videndum nunc,de quo litera loquatur nam multi non hæc ad Meſſiam referunt:ſed ad vaſtationem Balſaſaris per Cyrum.Sed iudicio meo ,Propheta iuſſus hanc rem explanatè ſcribere : explanatè de Meſſia loquutus eſt , dicens, Viſio hæc de Meſſia tempore præfinito implebitur,quæ viſio loquitur de his quæ in fine contingent , quæ viſio ſine dubio non mentietur. Quid tandem loquitur viſio?audi. Si moram fecerit Meſſias,expectetis illum. quia proculdubio veniet,nec vltra diffinitum à ſcripturis tempus,tardabit.Rebelles & pertinaces fidei eius erunt hi, quorum non eſt anima recta.at iuſti vniuerſi credent illi & in hac fide viuent. Num non tibi lector videtur hæc litera clara?non inoffenſè curris per eam?At precor te quomodo loqui poteſt hæc viſio de Balſaſare per Cyrū vaſtato,num illa vaſtatio facta per Cyrum,eſt facta ad finem ſæculi?Num moram illa fecit, *Dan.5.* & non potius maturauit? Si quidem ante annum ſeptuageſimum ex quo hæc prophetia dicta eſt,illa vaſtatio facta eſt. *Dan.9.* Et te obſecro,quem iubet Deus expectare? quis eſt , qui veniens veniet,nec tardabit? Num non planè vides de Meſſia hæc explanatiſſimè dixi?Ipſum igitur Meſſiam rogemus,vt quæ ſubſunt myſteria velit reuelare.¶ 1. Viſus proculdubio id eſt viſio hæc procul eſt. & tempore ſolenni ac definito. *Sup.c. 1.* Planè procul,quia à primo Nabuchodonoſoris anno , quo *Iere.25.* diximus hanc prophetiam dictam,ad 1.annum Cyri,tranſie- *29.* runt 70. anni migrationis Iudæorum in Babylo. Inde ad *Dan. 9.* exitum decreti Longimani de reædificanda Hieroſ.ſunt 50. anni.Ab hoc exitu ad Chriſtum ſunt 70. hebdomades Danielis ſumma eſt. 617. anni.nunquid non tibi videtur viſio *Gene.49.* hæc procul?ſuo tamen tempore definito, ſcilicet quando ablatum eſt ſceptrum de Iuda & Dux de fœmore eius. Sed ò quam ſolenne fuit tempus illud,quo Chriſtus Dominus venit! ¶ 2.Apparebit,& docebit hæc viſio de fine,id eſt de nouiſſima hora:vt Ioannes dixit.& de Chriſto,& Chriſtianis, in quos fines ſæculorum deuenerunt : vt Paulus dixit. & de *1.Ioan.2.* Chriſto,in quo peccatum finem accepit , vt Daniel ait & de *1.Cor. 10.* Chriſto cuius tempus,meſſem,& æſtatem ipſe vocauit ſcilicet *Dan.9.* finem laborum agricolæ. Demum hæc Prophetæ viſio *Ioan. 4* loquitur de Chriſto,qui finis eſt.Nam finis legis Chriſtus,& *Rom. 10.* finis peccati Chriſtus,& finis omnium piorum Chriſtus,& *Rom. 8.* finis totius mundi Chriſtus.& finis propter quem Pater omnia fecit,Chriſtus.¶ 3.Et non mentietur quia iuramento hæc viſio firmata eſt,per quod impoſſibile eſt Deum mentiri.at *Hebr.7.*

habet. Vinum: inquit) decipit quo plus vir, quamuis ſit potens, & magnus bibit, tanto fit obtuſior, & ſuperbior: & tanto minus decora & honeſta facit. Ita Babylonius multum bibit imperij, & ſubiectorum, igitur ſuperbior fit: ac ideò minus honeſta facit. Qua ratione ipſe eſt velut infernus & mors, quæ nunquam deglutiendo ſatiantur: ita Babylonius omnes gentes deglutit nec ſatiatur. ¶ Habes lector diuinã comparationem, vino comparatur impium. vtrunque ſuaue eſt. Eſt vtrunque iucundum ſed vtrunque decipit & quo plus vtriuſque hauſeris, hoc efficieris obtuſior atque ſuperbior ac proide minus decora & honeſta facis.

Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument & loquelã ænigmatum eius: & dicetur. Væ ei, qui multiplicat non ſua. Vſque quo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent, qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te: & eris in rapinã eis? Id eſt. Num non omnes gentes à Babylonio victæ hoc prouerbium, & hoc ænigma contra eum dicent ſcilicet Væ ei qui multiplicat imperium non ſuum. planè imponit ſibi grauiſſimum onus luti, qui non ſuum imperium imponit ſibi. Bona ſpes momordiſti nos, laceraſti nos fera peſſima: ſurgent aliæ truciores feræ, quæ te mordeant, lacerent, diripiant. ¶ Habes ſecundam compatationẽ: alienum imperiũ denſum eſt lutum. Certè imperiũ humeris imponitur. Nam de Chriſto dicitur, Cuius imperium ſuper humerũ eius Sed imperium propriũ grauat, vt aurum decorũ alienum verò grauat, vt lutum fœdum, ac denſum. ¶ Habes ſecundò legem naturæ. Quod facies, recipies. Laceraſti, Laceraberis. *Iſai. 9*

Quia tu ſpoliaſti gentes multas: ſpoliabunt te omnes, qui reliqui erunt de populis, ſcilicet quos viciſti. *Propter ſanguinem hominis: & iniquitatem terræ ciuitatis: & omnium habitantium in ea* id eſt, Quia tu ſpoliaſti multos: hi qui è gladio tuo reliqui fuerunt, expoliabunt te propter ſanguinem tot hominum. quos inter feciſti: propter iniquitatem, quam admiſiſti contra regiones, quarum pecora, arbores, & herbas abſumpſiſti & quam admiſiſti contra ciuitates, quas diruiſti: & quam admiſiſti contra ciuitatum habitatores, quos ſua pace, opibus, & vita priuaſti. *Tob. 4*

Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ: vt ſit in excelſo nidus eius: & liberari ſe putat de manu mali. id eſt. Væ ei qui lucrũ malum congerit, in commodum domus ſuæ: vt excelſa ſibi palacia extruat. Nũquid putat, eo modo ſe malũ euadere *1. Tim. 6*

poſſe? Nam ſi bono lucro,qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli:quàm incident,qui malo lucro auferũt vitam hominibus,vt decorem tribuant parietibus? *Cogitaſti confuſionem domui tuæ:concidiſti populos,multos, & peccauit anima tua.* id eſt.excidiſti populos, peccaſti multum: vt gloriam domui tuę,& imperio tuo parares.at profectò non ei gloriam,ſed ignominiã paraſti.Quæris quomodò? certè, *Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorũ eſt reſpondebit, Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus: & præparet vrbem in iniquitate.* id eſt, marmoreę tabulę quas parietibus affixiſti: & laquearia ex ligno parietibus ſuperpoſita illa clamant.hæc concinunt,dicentia,Vę ædificanti ciuitatem ex cędibus hominum:& conſtruenti vrbem violentiis

Geneſ.4 & iniuriis,contra allios admiſsis. ¶ Ergo ſanguis Abel cla-
Gen.18 mat contra Cainum.Peccata,Sodomorum clamant contra Sodomitas.ædificia iniqua clamant contra dominos ſuos merces mercenariorum clamant,contra eos,qui eas ſolue-
Iacob.4 re nolunt.Solus ſanguis Chriſti melius clamat. Non enim
Hebr.12 clamat in iram:ſed in miſericordiã,Hæc porrò clamare dicuntur,quia continenter Deo eam iniquitatem oſtẽdunt.

Nunquid non hæc ſunt a Domino exercituum? id eſt, Nunquid hæc quę dico, ſunt à Dño Deo? qui ſumet de iniquitate vindictam?iuxta illud,Vidi eos qui operantur iniquitatem flante Deo periiſſe:& ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Odit enim Dominus omnes,qui operantur iniquitatem. *La-*
Iob.4 *borabunt enim paruuli in multo igne: & gentes in vacuum deficient.* id eſt,quia populi in Babylonia habitantes laborabunt in
Pſal.5 multo igne,quem accident hoſtes Babyloniæ & eius ædificia cremabunt:& nationes gentium ibi commorantes deficient in vacuum & nihil redactæ.Id eſt omnes Babylonij vltricibus flammis abſumentur: & in nihilum redigentur.

Quia replebitur terra: vt cognoſcant gloriam Domini: quaſi aquæ operantes mare. Iudicio meo ſenſus eſt.Verè Babylonia exuſta,& in nihilum redacta, terra Iudæę replebitur ciuibus ſuis, vt replent aquæ ipſum mare. Replebitur inquam, vt cognoſcant Iudæi gloriam Domini. qui captiuos tam diſſitos,& ſub tali tyranno,in patriam reducere potuit.

Væ qui potum dat amico ſuo: mittens fel ſuum & inebrians: vt aſpiciat nuditatem eius: repletus es ignominia,pro gloria. Dicunt Iudæi (vt Hieron. tradit) Nabuchodonoſorem in magno conuiuio vocaſſe Sedechiam,quem in carcere tenebat,vo-
D. Hiero. catoque dediſſe vinum quodam felle commiſtum.vt vino exhauſto

exhauſto, Sedechias fluxum ventris coram conuiuis patere tur, & ibi coram eis ſtercus effunderet, ac ita omnes aſtantes eius pudenda viderent. Hæc fabella Rabinorum, quæ nimis Neothericis placet & contra quam, dicunt noſtrum *Rabini.* prophetam inſurgere. ridet tamen eam Hieronymus. Et non vident docti viri, Sedechiam vinctum, & exoculatum *Hieron.* à Nabuchodonoſore, non fuiſſe eius amicum. non igitur quadrat ei prophetia præſens, quæ loquitur de amico. Ergo eam ita intellige. Regnum Iudæum fuit amicum Babylonii imperij. Nam Merodac Baladam, Babyloniç Rex, Ezechiæ Regi munera mittit. poſtea verò (vt credo) Ben Merodac Manaſſem captiuum in ſuum regnum remittit. poſtea Ioſias in gratiam Nabulaſſaris Babylonij arma contra eius hoſtem Pharaonem ſumpſit. Ecce quam amicum erat regnum Iudæum regni Babylonij, Ait nunc propheta. Væ Babylonio Nabuchodonoſori qui locuo veni, fel vaſtitatis dedit regno amico ſuo: ipſum tantopere vaſtans, donec ipſum nudum omnino vidit. pro nuditatem eius, Hebræi legunt, nuditatem eorum ſcilicet Iudæorum. vt non ad Sedechiam poſſit referri. Profectò ò Babyloni, hoc quod tibi credis cedere in gloriam. in maximam çedit ignominiam. ſcilicet ita amicum deſtruxiſſe. ideo ſequitur. *4. Reg. 20* *2. Paralip 30.* *4. Reg. 25* *Ioſephus contra Apionem*

Bibe tu quoque, & conſopire. Circundabit te calix, dextræ Domini. Et vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam. pro cõſopere Hæbræis eſt, nudare: eſt tamen idem ſenſus. vt ebrius Noe, conſopitus eſt, & eius nuditas detecta: ita & tu fel vaſtitatis ſume è manu Dñi: & detegetur nuditas tua, id eſt, apparebis omni tua potentia nudus. ¶ Pro circũdabit te, Hebræis eſt, circulo agetur ſuper te calix Domini. Nam qui dat calicem alicui, vt eum exhauriat, circulo calicem in os eius inclinat. ¶ Vomitus ignominiæ. id eſt, vomitus ignominioſus erit ſuper gloriam tuã. ideſt, coget te Dominus euomere omnem gloriam, quam ex omnibus gentibus hactenus ebibiſti, vt ſolent ebrij ſuper glorioſis veſtibus euomere. *Quia iniquitas Libani operiet te: Et vaſtitas animalium deterrebit eos. De ſanguinibus hominis: & iniquitate terræ, & ciuitatis & omnium habitantium in ea*, Libanus erat limes terræ ſanctę ex Aquilone. Ergo inquit, iniquitas, quam admiſiſti ingrediendo in terram Deo ſacram, per Libanum eius limitem, & ingreſſum, hæc te operiet & obruet. Vaſtatio rurſum omnium armentorum, quę Babylonij intrantes per terram ſanctam ſibi diripuerunt, deterrebit eos, id eſt, terrebitur, vt ab ho- *Gene. 9* *Ziegler. in tabulis Pal.*

ſtibus deterreantur. Mentio vero fit de animalibus his, quia terra ſancta erat hiſce referta. Iudæi enim paſtioni animalium maximè incumbebant. Igitur tua iniquitas operiet te, propter ſanguinem hominum, quos occidiſti: propter iniuriam illatam terris, quas iumentis, arboribus & herbis ſpoliaſti. propter iniuriam Hieroſolymæ, quam incendio deſtruxiſti, propter iniuriam habitantium in ciuitate illa, quos captiuos abduxiſti. ¶ Hanc Babyloniæ vaſtationem quam fecit poſtea Cyrus, vt rem celeberrimam, multi Prophetæ pronuntiauerunt. Iſaias c.13.14.54.46.47. Ieremias. c. 50.51. Ezechiel. c.31.

Herod. lib. 1. *Quid prodeſt ſculptile: quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile, & imaginem falſam. Quia ſperauit in figmēto fictor eius: vt faceret ſimulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiſcere. Surge, lapidi tacēti. Nunquid ipſe docere poterit? Ecce ipſe coopertus eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius, Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.* Vehementer Babylon idolorum cultui dedita erat. Ait Herodotus, in Babylone eſt ſacellum inferius, quod Iouis magnam habet ſtatuā, eamque auream, ponè menſam & ipſam auream: ſimul & ſuſtentaculum cum ſella: omniaque aurea. adeò vt Chaldæi octingentorum talentorum auri opus æſtiment. Extra templum altare eſt, & ipſum aureum. Habes & aliud altare, in quo Chaldæi quotannis centum millia talentorum libanoti adolent. Hęc ille, & alia multa. Ait nunc Propheta: Quid
Iſai. 46 proderit vobis Chaldæi veſtrum ſculptile, ſiquidem illud fictor ſuus ſculpſit. Quid proderit, conflatile veſtrum & fal-
Sapiēt. 17 ſa imago, vt poſſitis in ea ſperare vos qui eam finxiſtis. Ah miſerum, qui ligno dicit, Surge & libera me. Num ligū illud docere poterit, quid in tribulatione facto op' ſit opertū
Pſal. 113. plane eſt auro: ſed nullū ſpiritum habet ¶ Nos Chriſtiani non dicimus ligno, vt exurgat: & opituletur nobis: ſed videntes lignum, admonemur propotypi, id eſt, Chriſti, qui pependit in ligno, quem rogamus, vt ſurgat, & adiuuet nos
Amos. 4 & in tribulatione nos protegat. Porrò contra idololatriam
Deut. 12 plena eſt S. Scriptura pulchris argumentis. ¶ Abſoluit hoc
Conc. Trid caput pulchro Epiphonemate. Dn̄s in tēplo ſancto, ſuo. &c. id eſt, Dominus eſt in tēplo ſuo, omnis terra ſileat. primum
Oſee. 12 qa nihil habet omnis terra, quod opponat Diuinæ maieſta-
Iere. 44 ti. Nam nō eſt ille lignū. nō finxit eū fictor. nō caret ſpiritu.
& alias non eſt infirmus ad opitulādū. quid habet Deus iniquitatis
ſæpè quod illi obiiciamus. Secundò ſi Deus eſt in templo ſuo.
inde

inde omnes reſpiciés, procumbat coram eo omnis terra, adoret eum in ſilentio & ſpe, taceat, & ſileat, in eius fiducia ſperans. Tertiò, ſi Deus in templo ſuo ceſſent omnia bella, quieſcat in pace vniuerſa terra, cur enim coram tanto Domino bella inardeſcant? Tu lector multa alia colliges ex Diuina præſentia. *Ieron.* *Iſai.30*

CAPVT. III.

ROgat vt Meſſias veniat. 2. recenſet mirabilia quæ fecit Deus, cum filij Iſrael venirét de Ægypto in terram promiſſionis. 3. Reuertitur ad Meſſiam. *Proheori.*

OAATIO PRO IGNORANTIIS.

Hic eſt titulus ſequentis Cantici, carminis, ſeu pſalmi, quem cecinit Habacuc ſuper inſtrumento muſico, quod Hebræi. נגינות neghinoth nominabant, Hoc quod dixi docebit Habacuc in extremis huius Cantici verbis. Dicendum iam quid hic titulus ſignificet. Hebræi pro ignorãtis legunt שגיונות ſigonoth. quod noui interpretes volunt, ſignificare muſicũ inſtrumẽtum, ad quod hic Propheta hunc pſalmum decantatit. Id probant ex pſalmo. 7. vbi habetur שגיון ſigaion Dauid Sed abſque dubio non videtur hoc loco ſignificare muſicum inſtrumentum. Tum quia in calce huius cantici dicit Propheta Canticum decantatũ ſuper neghinoth muſico inſtrumento, quomodo nunc diceret decantatum ſuper alio inſtrumento. ſ. ſigonoth? Adde. quod in pſalmo quem citant, non videtur ſigaion ſumi pro inſtrumẽto: nam ita habet, Sigaion Dauid, quam cantauit Domino. Quis verò dixit, muſicum inſtrumentum Dauidis, quod cãtauit. &c. Placet igitur legere pro ignorãtiis, & non pro muſico inſtrumento: quemadmodum omnes interpretes legunt. ſ. Aquila. Simmachus, Quinta æditio, Hierony. Sanctes, Vatabulus. Quidam tranſtulit, pro rebus perplexis, ſed eodem ferè ſenſu. Igitur cum in cap. 1. Habacuc ignorans, & neſciens diuina conſilia, ſuas effuderit quæremonias: & in cap. 2. illas ignorationes Dominus illuſtrauerit, promittens aduentum Meſſiæ, & vaſtationem Nabuchodonoſoris, in ſuo nepote: nunc cap. 3. effundit Deo carmen hoc, loco ignorationum quas effuderat cap. 1. *Pſal.7* *Aquila.* *Simmachus.* *Hieron.* *Sanctes,* *Vatabl.*

D*OMINE audiui auditionem tuam, & timui.* id eſt, Domine audiui ſanctum oraculum tuum ſacerrima verba, quæ à te Angelus audiuit: à quo ego accepi. Audiui. ſ. aduentum Meſſiæ, vaſtationem Babylonij, & præ admiratione rerum tantarum timui. Turbatur anima Virginis, audiens Gabrielem: timet ac pauet Daniel, audiens quæ ventura erant: Timet Propheta, nec enim humanæ vires huiuſmodi reuelationes, ſine timore ſuſpiciunt.

Luc. 2
Dan. 10

Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. In medio annorum notum facies: Cum iratus fueris, miſer. cordiæ recordaberis.

Audierat propheta de Meſſia, Si moram fecerit, expecta illum Veniens veniet rogat, vt hoc opus aduentus Meſſiæ impleatur: vt nullis impedimentis præpediatur ait igitur Domine hoc opus, hunc. aduentum, quem Angeli mirantur, quem omnia ingenia ſtupent, viuifica. fac vt ſit: fac vt viuat: fac vt impleatur. ¶ Quòd verò dicit in medio annorum. ita intellige. Tradit Galatinus, Hebræam, eſſe traditionem, quod ſex mille annis erit mundus: & iterum deſtruetur. Duo milia inanitatis: duo millia legis: duo millia dierum Meſſiæ. Iam verò duo millia priora, velut inania relinquantur, de duobus millibus legis Habacuc tractat: & de duobus millibus Meſſiæ. Quam igitur altiſſimè dicit Domine, in medio horum quatuor millium annorum imple opus ſupremum tuum ſcilicet aduentum noſtri Meſſiæ. Nam Chriſtus in fine priorum duorum millium: & in principio duorum poſteriorum millium mundo ſe exibuit. Natus enim Dominus eſt anno mundi quater milleſimo. vt ego in mea hiſtoria apertè mõſtraui. ¶ Quod Subdit, In medio annorum notum facies, videtur dictum ex fiducia & confidencia de aduentu Meſſiæ concepta. Quaſi diceret. Ita verè vt ego rogaui, tu facies. rogaui, vt in medio ætatis mũdi à tẽpore legis, veniret Meſſias: ita planè in medio annorum veniet: & eum tu orbi propones: ipſumque illuſtriſſimis miraculis vita, doctrina notum facies.

Galatin.

¶ Demum quod ait. Cum iratus fueris: hunc habet ſenſum. Peccata noſtra poterant impedire, ne veniret Meſſias ſcilicet. Deum irritando, vt ita iratus tantum beneficiam hominibus negaret. At non ita fiet, quinimò iratus vehementer propter ſcelera, tunc prouocabitur à miſericordia ſua vt ſuam promiſionẽ exhibeat. Vt quo magis eũ auertũt à nobis ſcelera noſtra, hoc magis reuocet miſericordia ſua. Ita.

ſua. Ita B. Virgo, Suſcepit Iſraelem puerũ ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Ita & Zacharias, Ad faciendam miſericordiã cũ patrib. noſtris, & memorari, teſtamenti ſui ſancti. *Luce. 1.* *Eodem.*

Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharam. Irenæus docet Filium Dei in figura humana apparuiſſe Abrahæ & Moyſi, & Aaroni. Diuus Baſilius docet, cum Angelus apparebat patribus, dicens, Ego Deus vel aliud ſimile, tunc Filium Dei apparuiſſe Idem maiore verborum apparatu docet Concil. Smyrnenſe. cano. 14. 15. Vnde colligendum abſq; dubio eſt, Verbum Dei fuiſſe, quod in figura & ſpecie humana Iudæis apparuit. cum lex data illis eſt in monte Sina, & aliis locis, vbi Iudæis ſuã gloriã demõſtrabat. ¶ Vbi lector vehemẽter aduerte verbum Moyſi in Deutero. quod ita habet, Dñs de Sina veniet: & de Seir ortus eſt nobis, apparuit, de monte Pharã & cũ eo Sanctorũ millia. in dextra eius ignea lex. Et in libro, Iudicum. ita Debora canit. Domine cũ exires de Seir, & tranſires per regiones Edon, terra mota eſt: cœliq; ac nubes diſtilauerunt aquis. montes fluxerunt à facie Domini: & Sinai à facie Domini Dei Iſrael. Ex his locis docemur, Deum veniſſe in terram promiſſionis, ex monte Sina: & ex monte Seir, qui Hebræis vocatur Themam: & ex monte Pharam. In his enim montibus oſtendebat. DEVS gloriam ſuam apparens Iudæis cum millibus Sanctorum Angelorum: apparens cum luce immenſa: & cum maieſtate, quam hoc loco cecinit Propheta. Quia verò mons Themam, ſiue Seir erat ad Auſtrum Iudææ, ideò veniens Deus è montibus Themam, dicitur ab Auſtro veniſſe. Noluit porrò Habacuc dicere de monte Sina, vt de remotiori: dixit de Themam, & Pharam, vt de montibus Iudæę terrę vicinis. ¶ Igitur ſenſus Prophetę hic eſt. Filius Dei, qui Meſſias venturus eſt in medio annorum, is ipſe eſt, qui in illorum annorum initio ex montibus Themam, Iudææ Auſtralibus, & ex montibus Pharam Iudææ propinquis olim cum immẽſa gloria venit. ſemper: pro verbo ſemper. Hebræis eſt סֶלָה Sela. quòd Septuaginta interpretes verterunt diapſalma Simmachus, in æternum. Theodotio, in finem. Quinta æditio ipſum Sela reliquit. D. Hieròny. ſemper. Rabi Abraham, verè, ſeu veritas. R. Kimhi dicit, id nomen deriuari à Salal. quod ſignificat exaltauit. Vnde ipſum, Sela, ſignificat vocem exaltandam à cantore, cum ad id verbum peruenerit. Alij volũt vocem eſſe exultationis, & triumphi. ¶ Sed ſi lector cuncta expendas, videbis maximè

Irenaus li. 4. c. 17. *Baſil. lib. 2. contra Euno.* *Concil. Smyr.* *Deut. 33.* *Pſal. 67.* *Septuag.* *Simmach.* *Theodo.* *Quinta æditio.* *R. Abraham.* *R. Kimhi.* *D. Hierõy.*

quadrare ſententiā Hieronymi,explicatā p R. Abrahamū, vt ſit ſenſus.Venit Filius Dei per mōtes Auſtri, & Pharā cū incredibili gloria:ita reuera:ita veriſſime:ita cōſtāter,&ſæp.

Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra. Quia vt
Deut.33. dixit Moſes,quando ſuper illis montibus Dominus appa-
Pſal. 67. ruit , apparuit cum millibus Sanctorum:quam tu maiorem gloriam quæras?Illæ enim myriades Sanctorum cœlos operiebāt: tam erant illi multi.Nam & cum locuſtę veniunt, cœlos operire dicuntur. At Iudęi videntes in tanta gloria Deum,terram laudibus implebant.*Splendor vt lux erit. Cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Credo , te lector, intelligere omnia verba futuri temporis poſita pro prętеritis , vt ſcilicet reſpondeant hiſtorię antiquę. Ergo inquit.Splendor Dei erat,vt lux:apud nos ſplendor eſt lumen procedens à luce: lux verò eſt ipſe fons , vnde manat ſplendor.Docet nunc propheta , ſpledorem illum qui (Domino ſuper illis montibus apparente) videbatur,fuiſſe lucis fontem fuiſſe ad modum Solis,qui totos montes implebat.¶ Docet ſecundò,quod neſciebamus.ſcilicet Filium Dei in figura humana apparuiſſe:& duo cornua habiſſe in manibus.ſuis ſ.ex pulchro lumine facta,in quibus fortitudo Dei incluſa intelligebatur:portēdebāt,porrò cornua illa,quod eis Deus ventilaturus eſſet Amorrhæos,Iebuſęos & reliquos Paleſtinę habitatores quamuis eſſent illi fortiſſimi gigantes.Erat enim ſolemne Iudęis per cornua ſigni-
3.Reg.vl. ficare potētiam.Nam Sedechias ille pſeudo propheta,duo ſibi ęrea cornua fecit,& Regi dixit, His ventilabis Syros:
Luc.1. donec eos deleas.EtZacharias , Erexit cornu ſalutis no-
Pſal. bis:& Dauid Nolite extollere in altum cornu veſtrum.

Ante faciem eius ibit mors.Egredietur diabolus ante pedes eius. Diuiniſſimè deſcribit Propheta magnificum apparatum quo Deus veniebat in Paleſtinamnam: veniebat,cum millibus Sanctorum:in luce Solari:habens fulgentia cornuum arma. Mors pręcedebat hanc gloriam, vt ſolet lictor iudicis eum pręcedere & ſolent faſces pręcedere Regem. ita mors pręcedebat Deum,vt quę erat Chananęos interfectura. Rurſum diabolus egrediebatur ſub trono glorię Dei:
Ioſue.9. etiam vt lictor,decepturus Chananęos : vt Iudęis venien-
3.Reg.vl. tibus armati reſiſterent : ac ita Iudęorum gladio perirent. vt in eorum regionibus libere poſſent habitare. Nam ſpiritus mendacij egreſſus eſt,vt deciperetRegem,& Prophetas Iſra.quod & fecit.Ita diabolus nunc venit decepturus

hoſtes Dei.ſ.propter culpas eorum, lege petuicacias,eorũ in lib.Ioſue,& Deut. ¶ Pro diabolus, litera Hebræa,habet רשף reſeph.quod carbonem ignitum ſignificat quo notatur miſeria infœliciſs.diaboli.quem ita ignis tormentum penetrat,vt flamma carbonem. *Deut.21.*

Stetit,& menſus eſt terram.(2.) Aſpexit: & diſſolnit gentes.(3.) Et contriti ſunt montes ſæculi:incuruati ſunt colles mundi,(4.)ab itineribus,æternitatis eius. Arbitror primam partem ſignificare, Deum non velociter veniſſe ad terram promiſſam: ſed per 40.annos.id ſignif.ſtetit id eſt,demoratus eſt.ſpeciatim vero continuit ſe Dñs in cãpeſtrib.Moab. vbi fornicati ſunt Iſraëlitæ cũ Madianitis:poſtquã verò noxiorũ ſanguis effuſus eſt,iubet Deus numerari reſiduos,quib.iuſſit dari poſſeſſionẽ in terra promiſſionis:ita vt ſors duntaxat terrã diuideret,ꝙ ſignificat illud.mẽſus eſt terram. ¶ 2.Pars docet Deum venientem cũ Iudæis ſuo aſpectu gentes diſſoluiſſe. Ita.n.dicit Ioſue,Poſtquã audierunt Reges Amorrhæorum qui habitabant transIordanem quod ſiccaſſet Deus fluentia Iordanis, coram filiis Iſrael, donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum,non remanſit in eis ſpiritus timentium introitum filiorum Iſrael. ¶ Tertia pars explicatur ex pſalmo. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouiũ. & infra,à facie Domini mota eſt terra.Collige hinc, inter faciente Domino per montes & colles,& illos & hos contremuiſſe,ſe apperuiſſe & curuatos fuiſſe:vt ſolet in magnis terremotibus fieri. Quia igitur antiquiſſimi illi montes aperiebantur,& colles curuabantur,dicit propheta,Contriti ſunt montes,qui à ſæculo,immoti manebant:incuruati ſunt colles à mundi creatione defixi. ¶ Vltimum verbum ab itin.æter.eius.Hebraicè ita habet Itenera.ſæculi, ſeu æternitatis,ei.id eſt.itinera illa,à ſæculo nunquam calcata, à Deo calcata ſunt,itinera.ſcilicet illa nulli peruia. Deo quia facta ſunt In idem recidit ſenſus ęditionis noſtrę,qui eſt. ¶ perriſunt montes,curuati ſunt colles,vt quę erant antiquiſſima itinera,à nullis antè calcata,Deo per ea venienti muniren:ur vt nouè vementiſ nouè appararẽtur.Iuxta illud,Omnis vallis implebitur,omnis mons humiliabitur,&c. *Nu.25.* *Nu.26.* *Ioſue.5.* *Pſal. 113.* *Matth.3.*

Pro iniquitate vidit tentoria Aethiopiæ: Turbabuntur pelles terræ Madiam. Clarius Vatablus, Villanouanus,& cæteri interpretes noui arguunt noſtram æditionem, quia Æthiopiã vertit,ꝓ Hebræo Chuſam,Dicũt enim Chus ſignificare Æthio- *Clarius,* *Vatablus.* *Villanoua.*

Æthiopiam Chuſan verò nō eam ſignificare: ſed quendam regem Syriæ, ita vocatum: quem Othoniel Dux Hebræorū
Iudi.3.6. prælio fudit. Sicut & Gedeon fudit Madianitas: aſſeruntque hunc noſtrum textum ad illas duas hiſtorias reſpicere. ¶ At profectò contrarium inſedit animo meo. Num Hieronymū
Hieronim. latebat ſignificatio nominis Chuſan? quod ſi eum latuiſſet, num etiam latebat 70. interpretes, Aquilam, Theodotio-
Aquila. nem, & alios, qui conſtanter pro Chuſan verterunt Æthio-
Theodo. piam? Et dicant mihi precor, qui conueniant prælia Otho-niolis & Gedeonis, cum mirabilibus, quæ in ingreſſu Dei, in terram promiſſionis facta, propheta intendit commemorare? Adde quod rex ille Babyloniæ non vocabatur Chuſan, ſed Chuſan reſathaim: vt ego non vocor Paul, ſed Paulus: nec Pala, ſed Palatio. Stat igitur benè verſum eſſe
Auguſt. Chuſan pro Æthiopia. ¶ Sed nota ex Auguſtino Steucho,
Steuchus. Æthiopiam in literis ſanctis eſſe duplicem: alteram quam alluit Nilus: alteram proximam regioni Madiam: vnde orta erat vxor Moyſi Æthiopiſſa: vt in numeris habetur.
Num. 12. Certum enim eſt Iethro ſacerdotem fuiſſe Madianitam,
Exo.2.3. vt in Exodo habetur. Ergo ſi Moſes ducit filiam Iethro Æthiopiſſam, hæc Æthiopia coniuncta eſt terræ Madiam, aut eius pars. Qua cauſa hoc loco, Æthiopiam cum Madiam propheta coniunxit. ¶ His conſtitutis textus noſter apertus eſt: in quo & ſequentibus inducitur populus Iſraelis, quando, Deo ductante, terram promiſſam ingrediebatur & dicebat. Iam video tentoria Æthiopiæ. quæ pro ſua iniquitate, ipſa perdet. Iam turbantur, & tremunt pelles terræ Madiam, ad noſtrum introitum. Illorum iniquitate promerente, videmus iam terras, quas Dominus nobis promiſit, & illis auferet. ¶ Admonendus es lector, totam illam Madianitarum & Arabum gentem in tentoriis, è pellibus confectis habitaſſe. Ideo dicit Iſrael, vidi, & video tentoria, & pelles
Vi Volat. vbi Æthiopes illi, & Madianitæ habitabant, Nam propterea Arabes illi Scenitæ vocantur, ἀπὸ τῶν σκηνῶν. id eſt, à tento-
D.Hiero. riis, in quibus habitabant. vide Hieron. in cap. 21. Iſaiæ.

Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui aſcendis ſuper equos tuos: & quadrigæ tuæ ſaluatio. Proſequitur populus exultans & vi-
Ioſue.5. dens Iordanem diuiſum, & ſiccam viam exhibentem: videns etiam mare rubrum duodecim viis apertum, clamat præ lætitia dicēs. Domine num iratus es Iordani? num cōtra

eius

eius aquas habes furorem? quod eum retro aſcendere fe ciſti,contra omnem ſuę naturæ impetum?Num mari rubro indignatus es quod ipſum per 12. vias aperuiſti: vt eius repugnante natura,viam præberet tanto exercitui ingredienti? Laus tibi, qui apparuiſti, quaſi vir pugnator, aſcendens ſuper equos tuos:& apparere feciſti Angelos in quadrigis,pugnantes contra Pharaonem,in noſtram ſalutem. Ideo enim Ægyptij videntes quadrigas, videntes equos Angelorum, dixerunt,Fugiamus Iſraelem, Deus enim pugnat pro eis, contra nos. Et hoc eſt quod Moſes poſtea canit. In multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti inimicos tuos, ſcilicet in multitudine equorum & quadrigarum, quæ tunc apparuerunt: vt autem intelligas hanc explicationem noſtram eſſe germanam, lege Pſalmum dicentem, increpuit mare rubrum, & exſiccatum eſt. Ergo viſus eſt Dominus velut indignabundus, cum mare rubrum diuiſit. Sicut initio mundi, à Diuina increpatione fugerunt aquæ. Et Chriſtus increpat tempeſtatem maris,& ſedatur. *Exo. 14.* *Eodem.* *Exu. 15.* *Pſal. 105.* *Pſal. 103.* *Luc. 8.*

Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: iuramenta Tribubus, quæ loquutus es. ¶ *Fluuios ſcindes terræ.* Legimus in Geneſi,iuraſſe Dominum Noe,non amplius futurum diluuium: in cuius rei atteſtationem arcus in nubibus cœli adductus, vt teſtis eſt: vnde arcus pro iuramento capitur ab Iſraële, qui laudes Dei proſequens dicit. Domine ſiccaſti Iordanem, ſiccaſti mare rubrum, vt ſuſcitares, & exereres arcum, id eſt, iuramenta quæ Tribubus iuraueras. Iurauerat enim Abrahæ, Iſaac, imò & omnibus tribubus Iſraelis, cum eas ex Ægypto educere parabas, te eis terram promiſſionis daturum hunc arcum, ſcilicet hæc iuramenta iam imples: iam excitas:nam antequam implerentur, in ſua difficultate, velut non futura,iacebant. Igitur Domine, vt tua iuramenta impleres,fluuium Iordanis ſcidiſti: tanta enim res non debet vnico verbo dici:ſed frequentius inculcari. *Gene. 9.* *Gene. 12. 13.15.17. 26.* *Exo. 4.* *Ioſue. 8.*

Viderunt te,& doluerunt montes. Gurges aquarum tranſiit. Dedit abyſſus vocem ſuam. Altitudo manus ſuas leuauit. Quod prius dixerat:contriti ſunt montes ſæculi, nunc aliis verbis repetit. Viderunt te (ait Iſrael), Domine montes, & à tuo aſpectu doluerunt. Nam tremuerunt: & ex dolore ſeſe aperuerunt non quod illi doluerint: ſed quod ſe rumpentes dolorem monſtrare videbantur ¶ Gurges maris rubri tranſiit.ſiquidem ſiccum ſe nobis exhibuit. ¶ Dedit profunditas maris rubri vocem ſuam: quia vt apud Bacuch legimus, *Barne.*

Stel-

Stellæ à Deo vocatæ, dicunt adſumus, ita profunditas maris vocata, vt ſe ſiccam monſtraret. dedit vocem obedientiæ: Pſal. 147 ſuæ, dicens, ecce me. Siquidem præceptum Dominus ponit: quod creaturæ, nec altum vnguem præteribunt. ¶ Altitudo maris eadem, manus ſuas leuauit: nam ſolemus cum obedientiam alicui demonſtramus manus noſtras ad os leuare. ideo maris profunditas per ſuam obediētiam manus leuaſſe aſſeritur.

Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. In luce ſagittarum tuarum ibunt: in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Refricat Iſrael fæcinus Ioſuæ, qui præcepit Soli, vt ſtaret contra Gabaonem, ad Ioſue. 10. quam vocem ſtetit Sol, quo ſtante, ſtetit & Luna. ¶ Porrò vt Exod. 15. Dominus contra Pharaonem viſus eſt, vt vir pugnator, habens ſcilicet haſtam ſplendore fulgurantem, & Angeli è quadrigis proiicientes ſagittas: ita docemur hoc loco, Iſraelitas pugnaſſe contra hoſtes ſuos, Angelis ferentibus opem, cum lucentibus ſagittis, cum fulgurantibus haſtis. Nam & ita fa- 2. Macha 11. uiſſe Machabæis, in eorum hiſtoria legimus. & ita in illo in greſſu fauiſſe habemus in pſalmo dicente. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt vox tonitrui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, &c.

In fremitu conculcabis terram: & in furore obſtupefacies gentes. Id eſt, intrans terram promiſſionis, velut fremans, hoſtes tuos conculcabis. & velut fureus eos ſtupidos reddes. Iuxta illud, Tunc conturbati ſunt principes Ædom: robu- Exo. 15. ſtos Moab obtinuit tremor obriguerunt habitatores Chanaam. Irruat ſuper eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui fiant immobiles quaſi lapis. Quis vero Cananæo- Ioſue. 5. rum non redderetur ſtupidus, audiens mare & Iordanem, ad ingreſſum Iſraelis exſiccatos.

Egreſſus in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo. Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum vſque ad collum. Maledixiſti ſceptris eius venientibus vt turbo, ad diſpergendū me. Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

Exod. 15. Id eſt tu Domine egreſſus es è Ægypto ductans populum tuū, in ei⁹ ſalutem. Egreſſus inquam es cum Chriſto tuo Veniebat enim tecum Filius tuus, Chriſtus noſter, in ſpecie apparens humana. Ita enim nos ſanctus Iudas docuit cum di- Iudas in Canonica ſua. xit, Scientes omnia, inquit, quod Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt perdidit, & Angelos qui non ſeruauerunt ſuum principatum, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Egreſſus es igitur Pater

ſimul

ſimul cum filio tuo, Chriſto tuo, & noſtro, ad ſalutem populi tui. Atque tūc percuſſiſti caput, id eſt Pharaonē (aut certè exercitus imperatorem) de domo impia, id eſt, de regno ſuo, Iacuit enim ſuffocatus in mari. Tunc denudaſti Pharaonē & exercitū eius, à fundamēto & baſi, vſq; ad collum. *Pſal. 67* id eſt totū funditus exercitū Ægyptū deleuiſti. ab infimis, qui ſunt, velutima fundamētaad principes, qui ſunt vt collū, Regi, qui eſt caput, proximum: ſimul cum ipſo capite, id eſt Rege. Quia vt dicitur in Exodo, Reuerſæ aquæ operuerunt currus & equites cuncti exercitus. Neque vnus quidē *Exod. 14* ſuperfuit ex eis Tun. Domine maledixiſti ſceptris ſeu virgis, ſeu haſtis, quibus haſtati Ægyptij veniebant contra Iudæos. vt enim Iudæi egreſſuri è Ægypto armari iubentur *Exod. 12.* baculis: ita & ferratos baculos, quos ſceptra vocant, adducebant, Ægyptij contra IſraelemHis maledixit Deus, quia in *Pſal. 9* aquas demerſit, & maledixit capiti exercitus bellatorum, id eſt, duci omnium bellatorum, venientium velut turbo, citiſſimi, ad diſperdendum Iſraelem: & veniētium cum lætitia & exultatione, qualem prædo ſolet habere cum in abſcondito alicuius heremi incidit in hominem miſerum, defenſore carentem. vt enim exultat videns prædam quam deuoret: ita Ægyptij veniebant exultabundi, putantes ſe iam in dentibus habere Iſraelem quem expoliarent & occiderent *Pſal. 135*
¶ Abſoluit Propheta hæc facinora Dei dicens.

Viam feciſti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum. Id eſt, feciſti in mari rubro. 12. vias per quas tui equi, & quadrigæ, in quibus apparuiſti. pertranſirent, ſcilicet ſuper luto & ceno quæ tanta moles aquarum fugiens, reliquerat. Nam recedentibus aquis illis multis lutum apparuit, ſuper quo exercitus Dei, & Iſrael ſicco pede tranſiuit. Et hactenus Propheta induxit populum Iſraelis cum Deo loquentem.

Audiui & conturbatus eſt venter meus. à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſsibus meis, *& ſubter me ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Vt Propheta induxit Iſraelem Deo loquentem: ita nunc inducit populum Chananęum, ſuas querelas, in Iſraelis ingreſſu fundentem, & dicentem. Audiui venire Iſraelem, mari & Iordane ſiccato: ad eam famam conturbatus eſt venter meus: tantas me tremor inuaſit, vt tremuerunt, mihi labia mea. O ſi morerer: & putredo intraret in oſſa *Ioſue.* mea ſepulta: & ſubter me ſcaterent iam vermes. Ita ſepultus

& putris requieſcerem, non vides hanc tribulationem, quæ venit: & quam habeo, cum aſcendero ad videndum populum noſtrum, qui accinctus ad prælium contra Iſraelem vadit. ¶ Illud, vt aſcendam, valet pro, cum aſcendero, nam

Iob.3. Hebræis eſt, ad aſcenſum populi accincti noſtri cuius ſenſus eſt, quem dixi. Vt enim S. Iob cupiebat mortem, ne ſuas ſentiret calamitates: ita gens Chananæa optabat potius mori, quàm videre ſuum populum, ad prælium accingi, contra Iſraelem, quem Deum fautorem habere videbat.

Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum: abſcindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præſepibus. Proſequitur gens Chananæa planctum ſuum, dicens. O ſi morerer, & in ſepulchro quieſcerem, ne viderem ab Iſraelitis hoſtili manu vaſtari ficulneas, ne floreant: abſcindi vites, ne germinent: extirpari oliuas fructibus onuſtas, vt oleum quod promittebant, velut mentientes, non præſtent: arua deſecari, ne frumentum proferant: aeduci pecora de ouilibus, armenta de præſepibus. Nunquid non eſt melius mori, quàm tanta mala videre? Hactenus planctus Chananæorum.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Ieſu meo. Id eſt reliquo (ait propheta) ſuum planctum Chananæis. Ego porrò conuerto me ad Meſſiam, quem oculis propheticis video. In illo gaudebo: in Ieſu meo exultabo. Quia ſalus eſt, & quia meus eſt, ex gente mea carnem ſumpturus, in eo gaudeo, & exulto. ¶ Angelo docente, Chriſtus vocatur

Luc.1 Ieſus: id eſt, Salus Salutare, Saluator. Ideò in illo exulto. Aperi obſecro propheta alias exultandi rationes.

Deus Dominus fortitudo mea: ponet pedes meos quaſi ceruorum: & ſuper excelſa mea deducet me. Vita Chriſtiana tria habet tem-

Colloſ.1 pora. Initium, quando egreditur homo de poteſtate diabo-

Epheſ.2 li, tranſiens in regnum filij dilectionis: excitatus, ſcilicet, à morte peccati, in vitam & lucem gratiæ. Secundum tempus

Pſal.118 eſt progreſſus vitæ, ſeu medium eius. in quo viam mandatorum currere iubetur. Vltimum eſt finis vitæ, in quo æternæ felicitatis beatitudo in celſitudine cœli expectatur. Ergo Chriſtus eſt fortitudo noſtra, vt euocatos è peccato in ſuę

Pſalm.17 gratię vitam traducat. Ipſe etiam ponet pedes noſtros, veluti ceruorum: vt viam mandatorum eius curramus: & de

Pſalm.89 virtute in virtutem, vt de monte in montem tranſiliamus. Demũ ipſe in fine vitę noſtrę, collocabit nos ſuper excelſa beatitudinis ſuę: excelſa ſua quidem, quia ea eſt ipſe daturus

rus:ſed eadem noſtra,quia meritis noſtris comparanda.iuxta illud, Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ:quam reddet mihi Dominus iuſtus iudex. Eſt ergo corona illa ſua, quia eam ipſe dabit, eſt noſtra,quia ex iuſtitia, noſtris meritis debetur. *2.Tim.4.*

Victor in pſalmis canentem Hebraicè ita. Victori in נגינת neghinoth. que duo verba longum tractatum requirebant Ego tamen vnicum verbum de ipſis dicam. Admonuit Steuchus in Pſal.18. tempore Dauidis fuiſſe cantores, qui pſalmos à Dauide editos, modulatè cantarent hos מנצחים Menazechim vocabant. Inter hos erat præcentor, vt ego credo, quem nos magiſtrum capellę nominamus, quem Hebræi Victorem ſeu מנצח Menazeach dicebant. Huic dabatur carmen editum, vt muſica ratione caneretur. Porrò cantabant Hebræi pſalmos, & carmina ſua ad muſica inſtrumenta diuerſa, ſcilicet in ſono tubæ: in pſalterio, & cithara, in hablis, quæ (vt Abulenſis dicit) nos Organa vocamus: inter varia porrò inſtrumenta erant Neghinoth. Ergo ſenſus huius vltimę partis eſt. Hoc carmen exultationis & triumphi victori pręcentori que detur, vt in inſtrumento Neghinoth muſica ratione canatur. Idem ferè verſio noſtra ſonat, ita. Victor ſeu præcentor, ſupple dirigat & inſtituat canentem hoc carmen in pſalmis, ſcilicet vt alij pſalmi canuntur.

Eugubin. Pſal. 18. *Pſal. vlt.* *Abulen.*

FINIS PROPHETÆ HABACVC.

IN SOPHONIAM.

Epiphanius. FVIT Sophonias, ſi Epiphanio credimus, è
tribu Simeon, è monte Sarabatha, Certè ex
parentibus & auis ille fuit, hominibus ſatis po
pulo notis: quos ipſe, vt notos adduxit. Vixit
tempore ſancti Regis Ioſiæ. vt ipſe hoc loco
fatetur, qua cauſa mirari quiuis poterit, cur Sophonias
tam acriter inuehatur contra idola. cum vniuerſa idola Io-
ſias extirpauerit, non ſolum è finibus Iudææ: ſed etiam ferè
4. Reg. 23 ex omnibus finibus Iſraelis vt quarto libro Regum legere
eſt. Sed admiratio ceſſat, ſi aduertamus, Ioſiam cum eſſet 8.
annorum, regnare cœpiſſe, & 18. anno regni ſui, idola exter-
2. Par. 34. minaſſe, Ergo perſeuerarunt idola per decem priores
annos regni Ioſiæ: ac ita Sophonias contra ea clamauit. Vn-
de colligimus Sophoniam prophetaſſe prioribus Ioſiæ an-
nis: vt Ieremiam poſterioribus. ¶Hoc igitur primo capi. præ-
nunciat venturam citò cladem hominum & animantium,
propter idololatriam. Cladem eam intulit Nabuchodonoſor
quarto poſt Ioſiam anno. & rurſum, anno 11. & demum eam
4. Reg. vl. intulit omnimodam anno poſt Ioſiā 22, vt in 4. Reg. legas.

CAPVT I.

V*Erbum Domini, quod factum eſt ad Sophoniam, fi-
liū Chuſi: filij Godoliæ, filij Amariæ: filij Ezechiæ: in
diebus Ioſiæ filij Amon Regis* Iudæ. H c eſt titulus
huius prophetiæ. in quo Sophonias docet, ſe
non voluntate humana hanc edidiſſe prophe-
tiā ſed Spiritu ſancto inſpirante loquutum, vt videlicet hæc
prophetia ſit ſacra, atque canonica. Sunt autem Hebræi mul
ti in afferendis genealogiis ſuis. vt ex Eſdra cognoſces. Sed
2. Pet. 1. ratio probat hos Sophonię maiores viros notos fuiſſe & ce-
1. Eſdr. 2. lebres. alioqui ſi obſcuri eſſent, quorſum attineret eos nomi-
nare? Iam audiamus prophetiam verbumque Domini.

Congregans congregabo omnia, à facie terræ, dicit Dominus.
*Congregans hominem & pecus: Congregans volatilia cœli &
piſces maris.* E*t ruina impiorum erunt: & diſperdam homines à fa-
cie terræ, dicit* Dominus.. Quid ſignificet verbum congregans
explicatur ex Hebræo, quod ſignificat perdam, ſeu deſtruam
Igitur cogregabo omnia ad perditionem, & mortem. Nam
perdam homines, pecora, aues, piſces. ruent impij : neque

ij ſolum,ſed diſperdam Iudæos è terra ſua.nam Babylonius eos euellet ab ea ¶ Miraris quod pecora deſtruantur, aues & piſces:at ego non miror, experior enim hoc tempore meo, pecora ferè omnia mori:experior nullos piſces è mari venire?rariſſimas aues in aucupibus inueniri. Quod igitur hoc tempore video:tunc contigiſſe facile credo. Docemur igitur tempore Nabuchodonoſoris Iudæam vaſtantis, pecora, aues, piſces, defeciſſe: vt miſeri Iudæi calamitatem ex omni parte ſentirent. 4.Re. xl.

Et extendam manum meam ſuper Iudam : & (1.) ſuper omnes habitantes Ieruſalem.Et diſperdam de loco hoc. (2.) reliquias Baal: & nomina æditorum cum ſacerdotibus.Et eos,qui adorant ſuper tecta militiam cœli : & adorant, & iurant in Domino , & iurant in Melchon.Et qui auertuntur de poſt tergum Domini:& qui non quæſierunt Dominum,nec inueſtigauerunt eum. ¶ 1.Super omnes habitantes Ieruſalem.Sanctitas inquit vrbis, templi Diuinitas nō arcebit manum meam,quin Ieroſolymitanos deſtruam. ¶ 2.Reliquias Baal,licet Ioſias exterminarit idola : reliquiæ tamen Baal apud aliquos manſerunt,has reliquias Dominus diſperdet in aduentu Nabuchodonoſoris : nam per ipſum funditus vaſtata Hieroſolyma eſt:nullo aut templo,aut templi idolo manente:vt vlt.c. 4.libri Regum habemus.¶ 3.Nomina æditorū.Pro æditiuis habet litera Hebræa בכמרים chemarim,quæ vox ſignificat ardentes, ignitos : quo nomine vocabantur monachi ſeu religioſi Baal. Cauſam nominis arbitror me inueniſſe in Strabone, dicente. In Cappadocia, ſunt multi Magi, qui Pyreti vocantur. Sunt enim Pyrethia ingentia ſepta, in quibus ſeruatur ignis perpetuus, Hæc Strabo. Eſt autem apertum, pyr ſignificare ignem : vnde Pyrethi dicuntur igniti : quos igitur monachos in illis clauſtris & ſeptis viuentes, vocabant Cappadoces pyrethos, ardentes, ſeu ignitos, hos Hebræi ſua lingua vocabant Chemarinos : id eſt, ignitos: quia ignem perpetuo ſeruabant. Kimhi dicit, hos habitum geſtaſſe nigrum.Hos omnes dicit Propheta in aduentu Nabuchodonoſoris delendos, ſimul cum aliis idolorum ſacerdotibus. ¶ 4.Et eos qui adorant ſuper tecta.Explicat nobis hanc literam Ieremias dicens. Domus regum Iuda erunt immundæ, cum omnibus domibus, in quarum tectis ſuffitum incenderunt vniuerſæ militiæ cœli, libando libamina Diis alienis. Et 4 Reg. dicitur. Ioſias, proiecit omnia vaſa, quæ facta fuerant Baal, luco,& vniuerſæ militiæ cœli. Et ibi explica

Marginal notes: 4.Re.23. — Strab.5.li. — Kimhi. — Iere.19. — 4.Reg.23

Eodem. explicatur quid ſit militia cœli:videlicet Sol,Luna.12. ſigna & reliquę ſtellæ.His enim deluſa gentilitas,& fere Plinius *Plinius.* Diuinitatē,ac proinde adorationē tribuebant: Tribuebant *Celius lib.* verò in tectis domorum. Siquidē domus Hebræorū parte *3.an.c.18* ſuperâ tegulis carebant:erant enim cœlis apertæ: vt æſtate calentiſſima auræ refrigeria captarent.In hæc ergo tecta aſcendebant idololatræ Iudæi,& ibi ſtellas adorabant,ſuffituſque arômatum incendebant,& libamina libabant:videlicet vt ſua ſacrificia ſtellis eſſent manifeſta.Hos igitur vniuerſos perdet Nabuchodoſor. ¶ 5.& iurant in Domino, Id ipſe propheta explicat ſubdens, iurant in Melchon: id eſt voce quidem iurant in Domino ſed animo iurant in Melchon:qui erat idolum Ammonitarum, ſed de hoc di- *Amos 5* ctum mihi eſt apud Amos. ¶6.qui auertuntur de poſt ter- *Luc. 9* gum.Chriſtus dixit,Si quis vult venire poſt me , abneget ſe,tollat crucem ſuam,& ſequatur me.Dauid dixit, Sinuit *Pſal.26* anima mea poſt te.Ieremias dixit,Ego non ſum confuſus, te paſtorem ſequens.Deus enim præcedit pios,vt olim An- *Exod.14* gelus Iudæos pij igitur poſt tergum Dei eum ſequuntur Idololatrę verò,&impij auertunt ſe à tergo Domini,vt ſequantur deos alienos.¶7 qui non quæſierunt. Non ſolum inquit,Dominus perdet idololatras , & impios : ſed & eos *Pſal.9.* etiam,qui nihil Deum curant:iuxta illud,conuertātur peccatores in infernum,ſcilicet omnes gentes,quæ obliuiſcūtur Deum.Dominus enim quęrit,qui eū toto corde quęrāt.

Silete à facie Domini Dei:quia iuxta eſt dies Domini: quia præparauit Dominus hoſtiam:ſanctificauit vocatos ſuos. En,inquit Deus venit.Silete coram eo. Cum enim maximus rex adeſt,nemo vel mutire audet:præſertim criminoſi , ſi rex eos punire velit:vt enim Sacerdotes quærunt, & parant hoſtias *Exod.39* ſcilicet animalia quę Deo occidant : ita Deus parauit ſibi hoſtias ſcilicet Iudæos,quos Banylonij Deo occidant. Et vt Deus ſanctificauit,hoc eſt,delegit ſibi ſacerdotes,qui ho *Iſai.13.* ſtias immolatent:ita delegit, ac ideò ſanctificauit Babylonios,vt Iudæos occidant & perdant.Ita etiam hoſtes Babylonios,ſuos ſanctificatos , Deus apud Iſaiam vocat. Tam enim eſt ſanctus Deus: vt etiam impij ſi ad Dei miniſterium, à Deò aſſumantur,ſancti vocentur, vt & templa,ac lapides ſancti dicuntur.

Et erit In die hoſtiæ Domini viſitabo ſuper principes:& ſuper filios regis:& ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. In die illa *4.Reg.vt.* qua vaſtabit Iudęam Babylonius,quæ erit dies hoſtię Domini,

mini,id eſt,occiſionis(quam Dominus in peccatorum vindictam fieri mandat) in ea viſitabit Dominus principes:ſcilicet regem,& reginam:tum filios regis:tum omnes curiç nobiles,hi enim veſtibus aliarum nationũ: vt plurimũ,indui ſolent.Sanè agricolæ & alij pauperes antiquum veſtiũ morem conſeruant:hi verò aulici nunquã non peregrinis veſtibus vtuntur.Vide tu curias regũm,& fatebetis me vera docere.Quomodo verò Deus viſit rit regem,reginam,filios eorũ:& nobiles curiæ,lege li.4.reg.& apud Iere.Egreſſus (inquit) eſt Ioachim rex Iuda, ad regem Babylonis: ipſe,& mater eius,& ſerui eius,& principes eius. *4.Reg. 24.*

Et viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur ſuper limem in die illa:qui complent domum Domini Dei ſui iniquitate & dolo. Habetur in 1.li. Reg.Cum arca Dei illata eſſet in templum Dagõ, Dagon repertus eſt è altari abſtractus,in templi limine iacens:qua cauſa,qui in eius templum ingrediuntur, non calcant limen templi:ſed illud ſaltu tranſiliunt, Inde ergo Iudçi ſumentes, limina templi tranſiliebant: quod erat arroganter, & irreuerenter ingredi templum.Iam,vt ſæpè dixi, Iudæi implebant templa idolorum, ſuorum (quos illi dominos, deoſque vocabant) donariis multis, dolo partis, atque rapina.Dicit Dominus nunç, Viſitabo ſuper omnes hos idololatras,ſuperſtitioſos,atque raptores eos enim deſt uam atque delebo. *1.Reg.5* *Mich.3*

Et erit in die illa,dicit Dominus,vox clamoris à porta piſcum:& vlulatus,à Secunda:& contritio magna a collibus.Vlulate habitatores Pilæ Conticuit omnis populus Chanaã.Diſperierunt omnes inuoluti argento. Hieroſolyma habuit octo portas:vna quæ erat rectè ad occidentem,vocabatur porta Dauid: & item porta piſcium,quia per eam ex mari piſces afferebantur in vrbem:per hanc ibant in Ioppem, ideò porta Ioppe etiam vocabatur,de qua vide apud Nehemiam. ¶ Iam verò dicit Ieremias,ingreſsi ſunt omnes principes Babylonis,&ſederunt in porta media.Hanc ego exiſtimo, hoc loco vocari Secundam. Erat enim media: ac ideò ſecũda: in qua Oldr. prophetiſſa habitabat.¶ Tertiò certum è Ioſepho eſt,quod intra Hieroſolymã erant tres colles,ſcilicet Sion,Moria ſeu Acra,& tertius nomine carens. ¶ Quartò,Vatablus,ex Paraphraſte Chaldeo dicit,fuiſſe locum in tota Hieroſolyma infimum ad vrbis portam octauam, quç dicebatur porta aquarum: per quam egrediebantur in torrentem Cedron: prope quem erat Natatoria Siloe.Is locus erat forum *Calixtus, Salignia-tus. Neem.3. Iere.39 4.Reg.22 Ioſeph.li. 6.de bello Iud.c.6 Chald. Paraphr.*

omnium rerum venalium: & quia figuram referebat mortarij, aut pilæ, dicebatur pyla. Dicit nunc Propheta fore, vt in die illa, quia interruptus eſt murus à Babyloniis, clamor magnus orietur in porta piſcium: & vlulatus in porta media (vbi conſtiterant duces Babylonij) & foret contritio magna in collibus, vbi arx & templum erat: & fore vlulatus in parte illa, quæ pyla vocabatur. Et quia in hac parte, vt in foro, morabantur mercatores ex omni terra Chanaan, qui nihil aliud quam nũmos manibus verſabãt, ideò dicit Propheta. Conticuit, ceſſauitque tumultus ille tantus negotiatorum Chananæorum. Perierunt mercatores illi in nũmis ſepulti, pecunia conuoluti. ¶ De ſitu Ieroſolymæ vide Ioſephum libro 6. de bello Iudaico cap. ſexto: de portis eius vide Saligniacum, Tomo, 8. cap. 5. vide etiam Caliztum.

4. Re. vl. *Ioſephus.* *Saligni.* *Calixtus*

Et erit in tempore illo, ſcrutabor Ieruſalem in lucernis Et viſitabo ſuper viros defixos in fœcibus ſuis qui dicunt in cordibus ſuis. Non faciet benè Dominus: & non faciet malè, Et erit fortitudo eorum in direptionē: & domus eorum in deſertum. Et ædificabunt domus, & non habitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum eorum. Scrutabor inquit Dñs, Ieroſolymam per Chaldæos, qui accendent lucernas, vt abditiſſima vrbis loca perſcrutentur, ne eos theſauri latentes euadant. Et viſitabo ſuper defixos in f. ſcilicet ſi quæras, qui ſint iſti defixi? ſtatim explicat dicens, ſunt hi qui dicunt, Deus nihil curat hæc inferiora, Non eſt horum ſcientia in excelſo. non facit nobis Dominus benè, nec malè quæ contingunt, caſu, non prouidentia contingunt. Hi igitur negantes prouidentiam defiguntur in fœcibus peccatorum: vt cõtra ferè nihil eſt, quòd nos à peccatis amoueat ita, vt prouidentiæ intenta conſideratio. Horum igitur opes ab hoſtibus diripientur: domus deſolabuntur: viniæ vaſtabuntur.

Iob. 22 *Pſal. 72*

Iuxta eſt dies Domini magnus. Iuxta eſt & velox nimis, Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Theodoretus, Hierony. Remigius hunc diem captiuitatis Babylonicæ intelligunt de qua Propheta dicit. quod ſit dies Domini magnus, vt in quo maximum facinus deſtructionis Hieroſolymæ à Deo deſignabitur. dicit etiam Propheta, quod ſit velox nimis, quia vt exiſtimo, intra quadraginta annos poſt hanc prophetiam Iudææ vaſtatio euenit, ô vox, inquit, tam amara, qua prædicitur Iudæ vaſtatio. Tribulabitur & vociferabitur tũc præ dolore Sedechias: prę gaudio, & triũpho Chaldæus.

Theodoretus. *Hieron.* *Remigius*

Dies

Dies ira dies illa dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Dies iræ, ſcilicet Domini contra Iudæam ne credas, tunc locum fuiſſe miſerendi. Dies tenebrarum, & caliginis nebulæ & turbinis: credibile enim eſt, quo die vaſtata eſt Hieroſolyma, nebulas fuiſſe, caliginemque & ventorum turbines, vide tamen quę apud oelem dixi. Ciui. mun. vocat 3. ciuitates quas Hieroſolyma continebat. Nã ex arce Sion, in vallem, qua diſcernebatur Sion à Moria innumeræ domus deſcendebant: quæ vocabantur ciuitas ſuperior. Mons Moria ſuſtinebat inferiorem ciuitatem, & vt videtur in imo erat vltima habitatio: quæ erat tertia ciuitas, Super has ciuitates inſonuit clãgor tubarum hoſtilium, quando ſunt illę ab hoſtibus captæ, Super angulos excelſos intonuere tubę id eſt ſuper turres, vnde erat in longũ proſpectus. Hebraicè פנות pinoth. Hiſpanè miradores, a çoteas. ſ. altiſſimę turres, vnde Thraconi mõtes & Iordanis ſpacia videbantur. deriuatur enim pinoth, à פנה phana, quod eſt aſpicere. Solent porrò hæ turres in angulis murorum & domorum ædificari. *Iob.2* *Ioſephus lib.6. bel. Iud. c.6* *Zieglerus*

Et tribulabo homines & ambulabunt, vt cæci: quia Domino peccauerũt. Et effundetur ſanguis eorũ ſicut humus: & corpora eorũ, vt ſtercora, Sed & argentũ eorũ, & aurum eorũ non poterit liberare eos in die Domini. in igne zeli eius deuorabitur omnis terra. quia conſummationẽ cũ feſtinatione faciet cunctis habitantibus terrã. Et effundetur ſanguis, vt humus, id eſt, tantũ erit ſanguinis effuſi, quantũ humi: tota enim terra ſanguine reſperſa erit. qua Hyperbole, quantũ ſanguinis effundẽdus erat demõſtratur. Corpora verò deffuncta iacebũt vbique inſepulta, vt ſtercora. *Argentũ & aurum non liberabit eos*, licet hoſti multũ offerant auri, non ideo ille à ſua ira diſcedet *in igne zeli eius*. Amat Deus homines, at ſi hi in ſceleribus perſiſtãt zelũ ille accẽdit contra eos. hic verò ignis totam tunc terram deuorauit quia hoſtilem Nabuchodonoſoris manum Aſia, Africa, & Europa grauiſſimè ſenſerunt. Ego inquit Dominus apud Ieremiam, feci terram, & homines, & iumenta: & dedi eam ei, qui placuit oculis meis, Et nunc ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſoris: & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius: & filio filij eius, Habes Lector, quomodo vniuerſa terra à Chaldæo deuorata eſt. Nam Megaſthenes, quem citat Strabo, affirmat Nabuchodonoſorem *Ierem 27* *Megaſth* *Strabo lib. 15* *4. Re. 24*

vſque ad Columbas Herculæas in Europa perueniſſe. Ægy
4.Re. 24 prum vero in Africa Ægyptio regi abſtulit: vt in 4. li. regum affertur, Hanc vero terræ calamitatem, verbis poſtremis indicat Propheta dicens, Conſummationem ac vaſtationem Dominus per Chaldæam faciet habitantium in terra. idq́ue feſtinato: nam vt ſupra dixi, intra 30. aut 40. annos ab ac
4.Reg.23 prophetia, hęc calamitas terræ comminata venit.

Notabit lector, quam ad viuum extrema huius capitis parte dies iudicij depingatur: verè enim dies illa, dies iræ Chriſti: non miſericordiæ: verè dies anguſtię & tribulationis omnibus qui tunc viui reperientur. Areſcent enim homi-
Mat. 24 nes præ timore. & expectatione: vere dies calamitatis, & miſeriæ totius terræ. Si quid enim pretioſum terra tenet, ea die cadet, verè dies tenebrarum & caliginis: quia media nocte
Matt. 25. clamor fiet, Sponſus venit, verè dies nebulæ & turbinis, tūc enim erit nubes & caligo in circuitu eius. ſ. pro parte infera nubes erit caliginoſa: vnde fulmina, & turbines, verè dies
Pſal.96. tubarum & clangoris. Dominus in voce Archangeli, & tu-
Sap.5.d. ba deſcendent. Canent enim tubæ: & in nouiſſima tuba
1.Theſſ.4 mortui reſurgent incorrupti. O quàm ruent tunc turres ex-
1.Cor.15 celſæ, & ciuitates munitæ, &c.

CAPVT II.

Protheoria. PRouocat Iudæos ad meliorem vitam, vt iram Domini euadant. 2. prædicit vaſtationem Gazæ, & aliarum vrbiū Paleſtinorum. 3. prænunciat miſeriam Moab. 4. prophetat calamitatem Æthiopiæ 5. manifeſtat deſtructionē Niniuis.

COnuenite, congregamini gens non amabilis; priuſquam pariat iuſsio quaſi puluerem tranſeuntem diem: ante quam veniat ſuper vos ira furoris Domini: ante quam veniat ſuper vos ira indignationis Domini. ¶ Quærite Dominum omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati. Quærite, iuſtum: Quærite manſuetum. Si quomodo abſcondamini in die furoris Domini, Id eſt, O gens quam Deus amat, indigna tamen quæ ametur, congregamini, facite con-
Volaterr. cilia, in quibus tractetis, quomodo auertetis iram, quam vobis tam apertam expoſui. Facite concilia, ante quam iuſſio Diuina pariat, & adducat diem, ſuper vos ad modum pulueris tranſeuntem. Nam in ſyrtibus Ægypti puluis ventis excitatus, ſolet viatores opprimere. & fama eſt, exercitum

Cam-

Cambyſis eo puluere obrutum fuiſſe.¶ Vos verò qui hactenus non rebelles Deo,ſed manſueti legem Diuinam impleſtis excitamini,improbis precibus à Deo quærite,vt iram prænunciatam auertat.Interim quærite iuſtum: vt ſi quod damnum alicui intuliſtis,reſarciatis, rurſum quærite manſuetum,id eſt quærite charitatem & miſericordiam in egentes.His operibus intentos, Angelus percutiēs fortè non inueniet ad pœnam,hac ratione forſan abſcondemini à furore Domini. ¶ Dixi fortè,quia ſi gnauiter & ſtrenuè Deum innocetis pro virili,aderit vobis Dominus,à ſuo furore pacatus,ſi id frigidius faciatis iram ſuam proſequetur, vide quæ dixi ſupra.Amos 5. ¶ Tu lector attentiſſimè obſeruabis quid à nobis Deus requirat quando calamitatem nobis venturam prænunciat.Exemplum nobis ſunt Niniuitæ. *Exod.12* *Amos.* *Ione.4*

II. PARS

Quia Gaza deſtructa erit & Aſcalon in deſertum: Azotum in meridie eiicient: & Accaron eradicabitur. Prima ciuitas Paleſtinorum maritima iuxta,tribum Simeonis erat Gaza. inde procedentibus occurrebat ſecunda vrbs,Aſcalon: inde tertia Azotum:& demum quarta Accaron:de quibus dixi multa apud Amos:quæ non libet repetere.Docet igitur propheta has ciuitates deſtruendas.Illud verò in meridie, credo phraſen Hebraicam eſſe vt eſt Luſitana hi enim nam meta dodia, dicunt pro grauiter,& apertè. Ergo eiiciet Azotios, grauiſſimè.Et non eſt ſermo de quinta ciuitate Philiſteæ. ſcilicet de Geth,quia aliquanto ante hanc prophetiam,eam vaſtauerat Ozias rex Iudæ. *Amos 1* *2.Par. 26*

Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum: Verbum Domini ſuper vos Chanaam terra Philiſtinorum. Et diſperdam te ita vt nō ſit inhabitator. Et erit funiculus maris requies paſtorum, & caulæ pecorū. Funiculus dictus eſt pro tractu:nam Hiſpanè dicimus la cuerda de tierra, id eſt terra in longum:non ita in latum, ad modum funis,producta.tales erant hę ciuitates Philiſtinorum, oram enim tantum maris in longum occupabant, ideò funiculus dictæ ſunt. ¶ Porrò illud verbum,gens perditorum, Hebræis eſt, gens כריתם Cheretim. Putant verò Kimhi.& Rab.Salomon,& Lyranus,& Vatablus.Cheretim eſſe idem quod Philiſtæi:ſed falluntur.Nam Cheretim ſunt habitatores Chereti,Chereti verò erat parua vrbs in Philiſtæa contra quam Amalachitæ impetum fecerunt *Kimhi.* *R. ſalom.* *Lyranus.* *Vatablus.* *1.Reg.30.*

& lex qua rex Dauid legionem virorum ſelectorum in ſui
1.Reg.15 cuſtodiam habebat.lege Abulenſ. 1. Reg. 30. ergò contrà
Abulen. hos Chereteos intonat nunc propheta ſpeciatim.quia cum
olim Dauid eos haberet tam fœderatos, vt ſe lectiores le-
giones haberet ex eis,qui vocabãtur Chereti & Pheleti,nũc
conuerſi eſſent in hoſtes Iudææ:eſſetque gens perditiſſima.
Ergo inquit propheta: væ vobis Philiſtæis qui cordam ma-
2 ris habitatis:& væ etiam vobis Cheretei: noſtri olim ami-
ci,nunc perdita gens.O Philiſtæa terra Chanaam, en ver-
bum Domini,contra te.verbum eſt.Ego(ait Dominus) va-
ſtabo te: vt nullus maneat in te habitator:ſed totus is tra-
ctus maris relinquatur paſtoribus,& pecorib.¶ Illud porrò
nemine ádmonẽte certũ eſt terrã,quã Chanaam eſſe totam
terrã quã Hebræi poſſederũt.à Libano ad Idumæã:& à Ior-
dana ad mare Mediterraneũ.Huius ergo particula ad occi
dentẽ ſiue mare Mediterraneũ erat Philiſtæa.in qua erãt illæ
5.vrbes nunc nominatæ:& villa Chereti iã dicta.Huic tra
ctui terræ dicit Sophonias, fore.vt eiectis ſuis ciuib.pecori
paſcendo deſeruiat. ¶ Quæres quando hæc impleta ſint?
Certè Gaza deſtructa eſt à Pharaone Nechao, vt habet
Iere. 47 Ieremias. Thartam verò, dux Sargon regis Babylonis vá-
Iſai.20 ſtauit Azotum, vt habet Iſaias. A quo reliquas duas Phili-
3 ſtinorum vrbes fuiſſe deletas nimis credibile eſt. Sed quia
hęc Azoti vaſtatio pręceſſit hanc prophetiam per 70.aut
80.annos,non videtur Sophonias de ea facere mentionem.
Ierem,27 Credo igitur per Nabuchodonoſorem, has quatuor huius
prophetię vrbes fuiſſe deſtructas:ac ita dirutas duraſſe,quo-
vſque Iudæi redirent. ex Babyloniæ captiuitate: vt paſcere
poſſent in earũ ſolitudine pecora ſuá. Nihilominus,vt Ga-
4 zaba Ozía vaſtata,reædificatur:& reædificata iterũ vaſtatur
Iſai.20 à Thartam,regnante Ezechia:rurſumque inſtauratur,& va-
ſtatur à Pharaone Nechao.regnante Ioſia.ita tertiò repara-
4.Reg.23 tur,poſt Iudæorum reditum è Babylone: & eius vaſtatio-
Zach.9 nem prænunciat Zacharias.

Et erit funiculus eius qui remanſerit de domo Iuda. Ibi paſcentur. In domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent: Quia viſitabit eos Dominus Deus eorum: & auertet captiuitatem eorum. Id eſt,hi qui è captiuitate Babylonica remãſerunt Iudęi,ad regnum Iuda pertinentes, poſſidebunt funiculum, id eſt tractum illum maris, vbi ſitæ erant vrbes quatuor Philiſtinorum. Ibi, id eſt in ruinis illarum ciuitatum paſcent Iudęi pecora ſua, & cum veſperi reducent pecora in ouilia,domus.

Aſcalonis

Aſcalonis pro ouilibus,& mapalibus erunt.Siquidem in eis nocte quieſcent.Hæc paſtus abundantia continget Iudæis (qui paſtorali officio maximè intendebant) quia poſt eorũ captiuitatem,viſitabit eos Dominus, & è Babylonia in patrios fines reducet,vt paſcuis Paleſtinorum perfrui poſſint. Gen.47.

¶ Quis verò dubitet ita contigiſſe?Iudæi enim è captiuitate reduces, & paſcuis intenti,ſine dubio paſcebant in ſolitudinibus, quales erant loca illa maritima,vbi Philiſtinorum ciuitates erant olim conſtructæ.

III. PARS

Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon, quæ exprobauerunt populo meo & magnificati ſunt ſuper terminos eorum. Prænuntiăt Dominus deſtructionem Moabitarum & Ammonitarum, & ante quam deſtructionem eorum prænunciet:prænũciat deſtructionis rationes:ſcilicet quia Moabitę,& Ammonitæ opprobria,& blaſphemias iaciebant in Iudęos,& in eorum religionem. Exprobrantes illis quod Deum colerent,qui eos à ſuis hoſtibus tueri poſſet. tum etiam ſumebant arma contra Iudæos,ac ita ſe ſupra ſuas vires extēdebăt.Audi quid Moabitæ Ammnitę cogitauerunt. Pſal.82 Venite inquiũt,diſperdamus eos de gente:non memoretur nomen Iſrael vltra Aduerſus te teſtamentũ diſpoſuerunt,tabernacula Idumæorum,& Iſraelitæ:Moab, & Agareni,Gebal,& Amon,&c.Num non lector audis blaſphemias?Lege Ieremiam.videbis Moab contra Dominum gloriantem, vbi etiam & in Iſaia leges hæc verba,Ego ſcio,dicit Dominus,iactantiam Moab,quod non ſit iuxta eam virtus eius, videlicet,quia exiguus populus neque adeò potēs,arma ſumere tentaret contra populum Dei adeò potentem. ¶ Poteſt etiam intelligi verbum illud,magnifi. ſunt ſuper ter.e. quod Moabitę & Ammonitæ terminos Iſraelis ſibi vſurparent,quod habetur 4.lib:Regum. Ierem. 48 Eodem.et Iſai.16 4.Reg.24

Propterea viuo ego dicit Dominus exercituum. Deus Iſrael, quia Moab, vt Sodoma erit: & filij Amon,quaſi Gomorrha: ſiccitas ſpinarum, & aceruus ſalis: & deſertum vſque in æternum.¶ Reliquiæ popopuli mei diripient eos: & reſidui gentes meæ poſſidebunt illos. Nota eſt hiſtoria Sodomæ & Gomorrhæ,quæ ſulphuræis flammis fuere conſumptæ ita, vt vbi olim erant illæ florentiſſimę vrbes nunc ſint ſpinę ſiccæ:ſalis fodinæ: & inculta deſerta. Eandem ſortem prænuntiat Sophonias futuram Geneſ.19

futuram

tutam Moabitarum & Ammonitarum regionibus, quod ſ. non virides herbæ:ſed ſicciſſimæ ſpinæ:non virentia prata: ſed terra ſalſuginoſa,in eis reperirentur: denique Moab & Amon non erunt ciuitates habitatæ:ſed deſertæ per tempora multa: d enim valet verbum in æternum. ¶ Subdit quod reliquiæ Iudęorum.ſ.ij qui ex Babylone redituri ſunt,diripient & poſſidebunt Moabitas & Ammonitas,qui poſt lon-

1.Mat. 5 ga tempora ſuas regiones colent. Hoc factum leges à Machabæis. Hi enim diripuerunt,& poſſederunt, habitantes in Galaad (qui erant Ammonitæ.) Neque dubito quin idem fecerint Moabitis. Erant enim hi illis contermini,eiuſdem profeſſionis,& animi.

Hoc enim eis eueniet pro ſuperbia ſua quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt ſuper populum Domini exercituum. Audi ſuperbiā

Ier.48 Moab apud Ieremiam. Audiuimus,ait, ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, Sublimitatem eius,& arrogantiam, & ſuperbiam,& altitudinem cordis eius. Ego ſcio,ait Dominus,iactantiam eius & quod non ſit iuxta eam virtus eius: nec quod iuxta quod poterat,conata ſit facere: Blaſphemias Moab,& Amon,& aliorum Iſraeli vicinorum, leges in Lib.

1.Mach.5 Machab. Ibi enim videbis,quàm doluerint de altari, à Iudęis ędificato.&c. *Horribilis Dominus ſuper eos.* ¶ *Et attenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco ſuo: omnes inſulæ gentium.* Dixerat vaſtandos Moabitas,& Ammonitas claudit hanc rem dicens. O quàm terribilis, ô quam indignabundus eſt Deus contra illos vt enim clemẽs eſt Deus piis, & humilibus:ita eſt ſuperbis terribilis. Verum enim illud

Luc.1 eſt,Fecit Deus potentiām in brachio ſuo: diſperſitque per eam potentiam ſuperbos mente cordis eorum. Quod ſequitur,credo impletum fuiſſe tempore Nabuchodonoſoris,qui ſuadente Daniele,iuſſit per omne imperium ſuum, id eſt, ferè per omnem orbem terræ prædicari ſigna, & mira-

Dan. 3.g bilia Dei:quâ cauſa attenuati fuerunt ad eā prędicationem Dij gentium:& Deus verus in omni ferè loco fuit adoratus: etiā in remotiſſimis inſulis gentium. Idem contigit Dario

Dan. 6.g Medo regnante:vt habetur in Daniele.

IIII. PARS.

Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Æthiopia continuatur Ægypto: & mirum eſt,quod etiam Æthiopes oderint Iudæos: & quod è tam diſſitis regionibus venerint,

nerint,cõtra eos pugnaturi.Neque verò pauci venerũt; ſed decies centum mille.His igitur Dominus futuram calamitatem prędicit,quam illis Nabuchodonoſor intulit Deo illum ad has calamitates armante.Vaſtauit enim hic terram vniuerſam ferè,ac proinde etiam Æthiopię intulit arma. Quod autem vniuerſam terram vaſtarit habetur Ieremię. c.9.& 25.27.& à cap.46.ad 50. *2.paral. 24. Iere.9.25. & 27.46. 50.*

V. PARS.

Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur, & ponet Speciosſam in ſolitudinem, & in inuium,& quaſi deſertum.

Speciosa hoc loco Niniue eſt,vt in Hebręo habetur, & ab omnibus interpretibus transfertur. Imò & 70. interpretes Niniuem hoc loco dixerunt cuius vaſtationem nunc prædicit Sophonias.Erat porrò Niniue ad Aquilonem Iudęę:& erat ſita in campis Atur, ſiue Aſſur, vt dicit Strabo. de qua multa dixi apud Ionam,&Nahum. Nunc audi Heroditi de ea hiſtoriam. Fuit Medis vir bonus Deioces. hic vt iuſtus exiſtimatus, primus Medorum legitimus rex efficitur: regnatque 53.annis.Succedit ei Phraortes filius, hic nõ contentus regno Medorũ, Aſſyriis bellũ mouet, Niniuẽq; Aſſirij regni caput impugnat ſed in ea impugnatione periit ipſe,& exercitus eius. Succeſſit ei Ciaxares filius, hic caſtra contra Niniuem mouet,ſed à Scytharum gente in Aſiam irrumpente diſtractus, expugnationem minimè abſoluit. ſed Scythis ocio marcentibus (poſt 28.annos quibus imperauerant) extinctis Ciaxares Niniuem expugnat,& vaſtat.Contigit hæc vaſtatio, ad finem imperij Ciaxaris, vt exiſtimo,ad finem imperij Ioſiæ: & de hac vaſtatione ſermo eſt noſtro Prophetæ,tunc enim Deus opera Ciaxaris poſuit Niniuẽ,quę ſpecioſam ſonat,in ſolitudinẽ,inuiũ, & deſertum.Cũ enim eſſet 20.leucarum amplitudinis, eiectis habitatorib⁹ eius, quid eſſet niſi deſertũ,inuiũ & ſolitudo? *70.Interpretes. Strabo.li. 16. Herodot. li.1. Lege Iuſtinum.li. 1.*

Et accubabunt in medio eius greges:omnes beſtiæ gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in feneſtra. Coruus in ſuperliminari. Quoniam attenuabo robur eius.

In tanta inquit vaſtitate.iam non habitantibus hominibus,paſcẽtur greges pecorum: quin & feræ vicinarum ſyluarum ad hanc ſolitudinem venient.¶Eſt verò onocrotal⁹ auis cigno ſimilis. Hebræis eſt קָאַת qaath. quã alij pelicanum,alij cuculum vertunt.Ericius notũ animal eſt,qui *Vide Paguinum.*

alio

alio nomine dicitur erinaceus:&quado ſetas habet longiores dicitur hiſtrix, Hæc igitur animalia morabuntur in liminibus antiquarum domorũ,inclytę olim Niniuis.de limi
Amos.9 nibus dixi apud Amos.¶ Rurſum, in feneſtris dirutis cantabunt aues.nemine cantum earum intercipiente. In liminibus,ſuper quibus ſuper liminaria imponuntur, his defractis corui conſiſtent.Pro coruis litera Hebræa habet vaſtario ſupple erit. Quia robur magnificentia atque maieſtas. Niniuis tenuis & infirma facta eſt, pro attenuabo robur eius Hebræa litera habet, cedrus eius diſcoopertus eſt. id eſt laquearia cedrina.Niniuis diruta & denudata ſunt,ſci-
Iſai. 34. licet ſine tecto regularum ,ſed idem eſt ſenſus. Habes pul-
Eugub. cherrimè deſcriptam vaſtitatem cæleberrime vrbis. Simi-
c.21.Leuitici. lem deſcriptionem Idumeæ habes apud Iſaiam.Et de onocrotalo,lege Eugubinum.

Hæc eſt ciuitas glorioſa,habitans in confidentia? quæ dicebat in corde ſuo.Ego ſum,& extra me non eſt alia amplius.Quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? Omnis qui tranſit per eam ſibilabit: & mouebit manum ſuã. Senſus eſt.Omnis qui per dirutam Niniuem trãſierit,exhibilabit.& dextram manum attollet,vt ſolemus,cum rem aliquam vehementer admiramur: & hæc verba effundet. Hæccine eſt ciuitas illa adeò gloriabunda: quæ ita confidebat,vt à nemine ſibi timeret? Hæccine eſt
Ione.3.& Strabo.ac Diodor. quæ dicebat, Ego ſum totius Aſiæ caput. 20. leucas, id eſt tres dies itineris habens,cui nulla eſt ſimilis in orbe? En verſa eſt in deſertum,& in antra & ſpelea fararum.

CAPVT III.

Protheoria FAtẽtur docti caput hoc eſſe difficillimum:iudicio meo tamen, priore parte tradit Dominus,ſe nihil non tentaſſe, vt Iudæam rempublicam ſeruaret. ſed quia illa ſemper fuit Deo rebellis:ideò parte poſteriore prænunciat ſe à die Reſurrectionis ſuæ nouam gẽtem,nouamq́;ecclesiam delecturum,vbi verè,& ex animo ille colatur.

V*Æ prouocat rix,& redempta ciuitas,columba.* id eſt væ tibi Ieroſolima,quæ turpitudinibus,& fœditatib' tuis toties Deum prouocaſti:quam Deus toties ab hoſtibus redemit, & vindicauit: quæ
מרראה mœrore & triſtitia gemebunda, columbam imitaris. He-
moreah. ceſſario ita explicaui, vt vim verborum Hebræorum exprime-

primetem. Nam pro verbo prouocatrix Hebræè habetur turpi,ſeu fœdatę,aut pollutæ,& pro verbo columba,Hebręi legunt mæreti.videlicet,vt columba. Iuxta verbũ Ezechie. Meditabor vt columba. Et equidem tam frequenter Ieroſolyma hoſtes patiebatur,vt ferè ſemper eſſe velut columba gemens. נגאלה *ngalah.* *4.Re.20.* *Iſai.38.* *Vide ſuper Abdiam.*

*Non audiuit vocem,& non ſuſcepit diſciplinam.In Domino nõ eſt confiſa. Ad Deũ ſuũ nõ appropinquauit.*Reddit cauſas cur Ieroſolymæ intonauerit vę,ſcilicet quia voces Domini per prophetas loquentis, & ad ſanam mentem prouocantis non audiuit:nec caſtigata ad meliorem frugem reuerſa eſt. Et cum Dominus vellet,vt tota ab eius auxilio,& pręſidio pẽderet,illa nunquam ferè in eo confidi : ſed Ægypti,& aliorum Regum pręſidia quæſiuit:demum,cum Dominus vellet eam ad ſe accedentem videre:illa à tergo Domini ſemper recepens, ad idola accedebat. Audis lector.4.immania flagitia ,voces Dei ferè ſemper contempſiſſe.Caſtigatos & flagellatos , vitam non in melius commutaſſe. In Domino non cõfidere.Ab eo recedere.Non libet cartas in horum amplificatione conſumere. Sed vtinam hæc nobis minimè quadrent.*Principes eius in medio eius,quaſi leones rugientes.Iudices eius lupi veſperè:non relinquebant vſque manè.Propheta eius veſani: viri infideles.Sacerdotes eius polluerunt ſanctum:iniuſtè egerunt contra legem.*Dixerat 4.ſcelera plebis.nũc adducit peccata maiorũ. Principes,inquit,erãt vt leones, iracũdi,crudeles,sãguinarij, Iudices erãt,vt lupi,inexplebiles auaritiæ, Vt enim lupi qui totum diem abſtinuerunt , prædam , in quam veſperi incurrunt,totam abſumunt,nihil eius in craſtinum reſeruantes:ita iudices illi propter diuitum munera,cauſam pauperis, in quam incurrunt, totam inuertunt,nihil miſero relinquentes.Prophetæ,qui ſpiritu Domini afflari debuerant,ſpiritu diaboli vęſani redduntur. Infideles. id eſt,mendaces, &fallentes populum,qui ab eorum ore dependet.Sacerdotes tandem,qui ſanctè ſancta debuerant miniſtrare ſua iniquiſſima vita ſancta quæ tractant , polluunt. Iuxta illud. Magnum eſt nomẽ meũ in gẽtibus, dicit Dominus & vos polluiſtis illud. Non quod ſacra ex ſe pollui poſſint , ſed quod nos deſpicimus, quæ ab huiuſmodi pollutis tractari videmus. Dominum cum ſacerdotum vita ſit nobis exemplo,illis violantibus legem, nos item armamur,vt eam violemus.Ideò dicit Dominus ad Sacerdotes , Vos receſſiſtis *2.Par.36.* *Iſa.10.20* *Oſee.4.* *Ezec.22.* *Leui. 19. 20.* *Mal.1.*

de viá:

de via:& ſcandalizaſtis plurimos in lege. Habes lector tum plebis,tum maiorum peccata.Inde ſubdit Dominus.

Dominus iuſtus, non faciet iniquitatem Mane, mane, iudicium ſuum dabit in lucem & non abſcōdetur.Neſciuit iniquus confuſionem. Id eſt cum tam immania ſint ſcelera Iudaiſmi,Dominus qui eſt iuſtus & ipſa iuſtitia,non faciet iniquitatem,quin puniat iſta flagitia. Citiſſimè, citiſſimè proferet in lucem ſententiā contra illa,& coram omnibus publicabitur Cito,& iam venit Nabuchodonoſor, per quem Dominus Iudaiſmum caſtigabit. Vt enim per eum corriperet, fundauit eum.Proh dolor hactenus ille neſciuit de ſuis ſceleribus confundi & erubeſcere.

Abac.1.

Diſperdidi gentes:& diſſipati ſunt anguli earum deſertas feci vias eorum,dum non eſt qui tranſeat,deſolātæ ſunt ciuitates eorum,non remanente viro,neque vllo habitatore.Dixi, Attamen timebis me,ſuſcipies diſciplinam.Et non peribit tabernaculum eius,propter omnia,in quibus viſitaui eam.Veruntamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas. Antequam hunc textum explicem, annotare neceſſarium eſt. Tempore Sophoniæ, ac Ioſiæ Regis Iudæ,& paulò ante horum tempora, orbem arſiſſe bellis, Nam vt Herodotus dicit,vt ſupra dicere cœpi, paulò, ante Ioſiam fuit Phraortes rex medorum, qui perſas vicit & magnæ Aſiæ parti infeſta intulit arma.Sequutus Cyaxares filius tempore Ioſiæ longè plures expugnauit,& eius tempore venerunt Scythæ,qui totam ſibi aſiam ſubdiderunt: vt etiam Iuſtinus habet,quibus extinctis,Niniue eſt à Cyaxare ſubuerſa,& Aſſyrij deuicti.Ait igitur nunc Dominus. Ego diſperdidi perſas Aſſyrios,Syros,Aſiamque penè vniuerſam, & ciuitates eorum ita deſolaui, vt ſuis carerent habitatoribus.Licet enim Medi,aut Scythæ hæc facerent,Ego tamen id præcipuè,faciebam, eorum miniſterio vtens,& dicebam, nunc Iudæ regnum timebit me: nunc videns tantam vicinarum gentium ſtragem ad meliorem vitam redibit, ac ita Ieroſolima,&regio eorum non peribit,propter ſcelera,quorum cauſa hactenus eam caſtigaui. Ego quidem hæc cogitabam & dicebam.At vero illi nec vicinis cladibus admoniti,ad me redierunt:imò vero primum,quod diluculo ſurgentes,faciebant,erat corrumpere cogitationes ſuas, nihil non mali cogitando,& cogitata exequendo ¶Illud verbum diſſipati ſunt anguli earum,pro quo Hebræus habet פִּנּוֹתָם pinotham,id eſt turres eorum, vnde proſpectus in remotiſſima patet,explicatum mihi eſt ſupra.

Herodot. in Clio. *Sopho.* *Iuſtinus. lib.1.* *Amos.3.* *Iſa 34* *Iere.3.*

II. PARS.

QVAPROPTER expecta me dicit, Dominus, (2.) in die reſurrectionis meæ, (3) in futurum. (4.) Quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna: & effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur, (5.) omnis terra. Quia tunc reddam populis, (6.) labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini: & ſeruiant ei. (7.) humero vno.

Scio me non ſufficere myſteriis in hac parte, & ſequentibus
comprehenſis vtcunque tamen ſudabo, & aggrediar ea. Er-
go, O Regnum Iudæ, Reſpublica Iudæorum, ſic tota pecca-
tis commaculatis, tot à me beneficiis aucta, expecta diem,
quo ex mortuis reſurgam. Tunc omnem gentilitatem dam- *Actor. 1.*
nabo: & iram meam contra eam effundam. Tunc nouam
mihi rempublicam, nouumque regnum iuſtituam, cui lin-
guam nouam dabo: vt nouè omnes nomen Domini inuo-
cent, nouumque ſpiritum ei dabo, vt vnanimes humerum
ſupponant ad ferendam legem meam. Habes lector textu-
ram huius literæ, nunc ſeorſum ſingula diſcutiam. ¶ 1. Quapro-
pter, cauſalis eſt & collectoria, hoc ſenſu. Si tantopere pec-
cas: ſi ego iuſtus ſum: ſi calamitatibus vicinis non admo-
neris, te reiicio: nouamque gentem mihi accipio. Si quæris
quando id faciam? Expecta ad diem Reſurrectionis meæ.
¶ 2. In die Reſurrectionis dicit, quia in eo die noua Eccleſia
cœpit. Nam licet in die mortis Chriſti, mortuũ ſit peccatũ,
mortua pœna peccati, mortuus infernus, quantum fuit ex
Chriſti paſſione: at verò in die Reſurrectionis, Chriſto, ſecun *Rom. 5.*
dum humanitatem nouam vitam incipiente, cœpit noua vi-
ta, noua Eccleſia, nouus mundus, noua iuſtitia. Nam Chri-
ſtus mortuus eſt propter peccata noſtra, at ſurrexit propter *Rom. 4.*
iuſtificationem noſtram. & ſicut ipſo moriente, omnes mor *Ephe. 2.*
tui ſumus: ita ſurgente, ſurrexerimus, vt in nouitate vitæ am
bulemus. Habes lector vtcunque cauſam, cur dixit, Expe-
cta diem Reſurrectionis meæ. ¶ 3. In futurum. pro futurum
eſt dictio Hebræa, עד quæ ſi legatur cum o. had, ſignificat
teſtimonium. & ita legerunt 70. interpretes, ſi legatur cum a *70. inter-*
magno, had, ſignificat ſpolia. & ita vertunt noui interpretes, *pretes.*
in die reſurrectionis meæ ad ſpolia, demum ſi legatur cum a *Sanctes.*
paruo, ſignificat longum tempus. Ita legit Dom. Hieronym. *Vatablus.*
cuius tempore Biblia ſacra vocalibus carebant, verſionem *Munſter.*
D. Hieronymi credo veriſſimam. quia licet hoc had habeat *D. Hierſ*
vocalem magnam: habet quidem, quia vocalis parua in fine
clauſulæ ſolet non raro, in magnam verti. Ne igitur Iudæi

ff puta-

putarent ſuum Iudaiſmum ſtatim per Nabuchodonoſorem
¶,Re.vl. delendum,ideo Dominus apertè dicit,expecta ad longum
tempus,diem reſurrectionis meæ. Si enim fingamus hanc
propheriam dictam,anno Ioſiæ decem inde ad tranſmigrationem
ſunt anni 33.inde ad redditum è Babylonia ſunt an-
Dan. 9.a ni 70.inde ad Chriſti reſurrectionem ſunt anni 543 plus mi-
Dan. 9.g nus.vt probaui apertè in Hiſtoria mea.En cauſa cur dixit, expecta
in longũ tempus. ¶4.Quia iudicium.id eſt quia decretum,ſententia,&
lex mea eſt,vt colligam in vnum totum paganiſmum,id
eſt omnes infideles gentes (qui ſcilicet Chriſtum
non ſuſceperint)& in illos indignationem effundam
meam. Nam vſque ad Chriſti reſurrectionẽ, poterant quodammodo
ſeruari gentes, in ſua lege naturæ.At verò poſt
Chriſti reſurrectionem,nulla gens ſeruari poterit, niſi ad
Chriſti legem confugerit Neque enim eſt aliud nomen, in
Acto. 8. quo nos ſeruari oportet,niſi in nomine Chriſti:qua ratione
Acto. 3. Cornelius trahitur,ſeruandus à Chriſto Verè ſiquidem ve-
Acto.10. niens Paracletus arguet mundum de peccato.Si ergo om-
Ioan. 16. nes pagani ſunt in inte.no damnandi,num non videtur ſatis
indignatio Diuina in eos effuſ ?¶5.Deuorabit omnis terra,
ad maiorem emphaſim,id dictum eſt.ac ſi dicat.Nullus omnino
paganorum euadet,quin ab igne zeli voretur. Quod
quàm ſit ſtupendum agnoſces,ſi attentus expendas, quanta
ſit multitudo eorum,qui Chriſto non credunt:ac ideo damnantur.
¶6.Reddam labium electum.id eſt.damnatis omnibus
paganis, poſt diem Reſurrectionis veniet Spiritus ſan-
Acto. 2. ctus,qui linguas nouas dabit Chriſtianis nouè delectis. in
quibus loquantur magnalia Dei, Num non tibi videntur
Acto. 5. illi Chriſtiani pulcherrimè ſois linguis illis, Dei nomen inuocaſſe?
¶7.Demum ait Seruient humero vno. Si enim erat
illis Chriſtianis cor vnum,& anima vna,num non omnes vnanimes
ſupponebant humerum vnum, ad Chriſti gloriam
promouendam:ad eccleſiam amplificandam,ad Dei cultum
augendum? Apertum verò eſt, quod cum grande onus ferendum
eſt,multi ſubdunt humerum vnum,ad id deferen-
Matt. 11. dum.Subde verò tu humerum vnum :Chriſtus vt te adiuuet
ſubdet humerum alterum,vt ita facilè iugũ eius feras.Chriſtus
tulit crucem ſuper humero vno.Tibi mandatur vt eandem
crucẽ feras & illum crucẽ baiulantè ſequaris, ſubiice
ergo & tu humerum vnum.demum vita Chriſtiana humerũ
dextrum poſcit à te,ſiniſtrum neceſſitati tuæ, tibi relinquit.
Vltra

Vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei, filij diſperſorum meorum deferent munus mihi. Hebræi, & noui interpietes volunt hunc locum ita ex Hebræo conuertere. De vltra flemina Æthiopię Atharei mei, filia Puſſay, offerēt munus mihi. Sed 70. interpretes nomen Atharei vertetunt in ſupplices, vt vertit Hieron vt textus à me interpretandus ſit hic. vltra flumina Æthiopiæ inde ſupplices mei filia Puſſay deferent munus mihi. Et ego credo S. ſanctum mouiſſe Hieron. vt pro Puſſay, verteret diſperſorum meorum. ¶ Explicaturus ego locum hunc in memoriam lectoris hiſtoriam Eunuchi Reginę Candacis reuoco Is enim ſuſcepit fidem authore Philippo. Eunuchus verò Chriſti fide ſuſcepta, in patriam rediit Reginā dominam ad eandē fidē conuertit, nec eam ſolam, ſed totū eius, quòd in Æthiopia latè patebat imperū. quod poſtea D. Euangeliſta Matthæus in fide inſtruxit, & cōfirmauit. Lege tu lector hæc copiosè apud Ioan. Bartos. vbi leges, quę nā ſint flumina Æthiopiæ. ſcilicet Nilus, Actabore, Aſtapus, ita nominata à Ptolomęo in 4. tabula Aphricæ. quæ flumina indigenis vocantur Tacuij, Abauij, Tagazij. Quia igitur fides Chriſti penetrauit vltra hæc flumina, merito inquit Propheta, de vltra flumina Æthiopię ſupplices mei mibi deferent munera. Nam vt Regina Æthiopiæ in epiſtola ad Emanuelem Luſitanæ Regem dicit, Æthiopes ſuo imperio ſeruientes munera deferunt in Ieroſolymam, in memoriam paſſionis Chriſti. Imò ſi lector legas in eodem Franciſco Aluaro, quomodo in tota Æthiopia ſacrificium Miſſæ celebretur, & quod hoſtiam ſacram vocent Corbon, quod Hebræis eſt munus, miraberis, & dices, vetè vltra flumina Æthiopiæ deferuntur Dominio munera. ¶ Reliquum eſt explicare quid ſit Paſſay Hebræum; & ego credo idipſum eſſe, quod Abaſſinos: ſeu Biſſinos. Quia Arabes molliunt p. in b. & denſant ſonum. ſcilicet. in x. aut ſſ. Nam pro Petro dicunt Bedro: & pro Sennor, xonior Igitur pro Puſim dicunt Bexim, ſeu Abexim. Igitur filia Puſſay eſt regio Bexinorum, vt filia Babylonis miſeria, ſignificat eandem Babylonem. Porrò certa res eſt Æthiopes vocari tempore noſtro Bexinos, ſiue Abexinos ¶ Iam audi cur dixerim, Diuinè hos Abexinos vocatos filios diſperſorum. Scribit Ioan. Barros loco ſupra citato, Reginam Saba (quæ ex Æthiopia erat) concepiſſe ex Salomone filium, cui nomen Meliech (id eſt Rex) hunc regina in ſuo regno peperit, & nutriuit, iamque adoleſcentem ad Salomonem patrem remiſit

70. Interpretes.
D. Hiero.
Act. 9.
deca. 3. lib. 4. c. 1.
Ptolom.
ita Franciſcus alu. princip. li. rerum Abaßin.
Franciſ. Alua.
Pſal. 136.
deca: 3. li. 4. c. 2.
Hæc etiam Dama. a Goes in Chronic. R. Emanuel.

miſit,vt apud eum religionem diſceret,& mores. Cum igitur iam inſtructum Salomon pararet ad matrem reduceig' omnes miniſtros domus dedit ei Iudæos. qui vſque ad hęc tempora per filios ſibi ſuccedentes, ſucceſſoribus regum deſeruiunt in iiſdem omnino officiis,quæ ſingulis Salomō deſignauerat olim. nephas enim habetur in functionem defuncti, alium quàm eius filium ſubrogari. Hi igitur Iudæi, à Salomone cum Meliech.amandati, vocantur hîc diſperſi,vel peregrini,vt eos nominat Strabo. ſucceſſores verò eorum, qui opera D.Matthæi olim, & nunc tempore noſtro Chriſtianā religionem profitentur,ſunt filij diſperſorum, de quibus ait Propheta,quod mun' Deo deferuet. ¶ Habes lector locum diffilicem explicatum, ex lectione Aethiopicarum hiſto.

Strabo.

In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuenti onibus tuis: quibus praeuaricata es in me. quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ. Et non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo. Statim in limine occurrit dubitatio,ſi Iudiaſmus repulſus eſt quomodo prædicetur,quod nō confundetur? Reſpōſio eſt ex Paulo. repellitur Iudiaſmus in carne: recipitur in ſpiritu. qui verè Iudaiſmus eſt,nec enim quæ in carne, eſt circuncisio nec qui in manifeſto,Iudæus. ſed in ſpiritu illum,vt Iudæum Deus agnoſcit.& hic eſt qui nō erubeſcit de præuaricationibus ſuis. Nā licet,Quē fructū habetis, de quibus nunc erubeſcitis,ſed aliud eſt erubeſcere de malo in quo deprehenderis. aliud de malo quod facere deſiiſti. Si in ſcelere deprehenderis,verè erubeſcis,ſi à ſcelere deſiiſti, & Deus te diuitiis gratiæ repleuit,non tam erubeſcis ſcelus antea admiſſum,quàm gratias agis pro diuitiis acceptis. ¶ Dicis,quid ſi non erubeſcam,ſuperbiam ne? Minimè auferam,inquit,magnîloquos, olim in vetera lege,laudabant multi plebem, iuxta illud, Popule meus, qui te beatum dicunt,ipſi te ſeducunt. laudabant homines alij alios, nam teſtimonium ab inuicem accipiebant, laudabant demum ſeipſos, dicentes, Non ſum ſicut cæteri hominum. Erant igitur tunc magnifici ſuperbiæ buccinatores, At in lege noua,nemo ſeipſum exaltat. ſcimus enim,quod qui ſe exaltat humiliabitur: diſperſit,enim Deus ſuperbos: & exaltauit humiles.

Rom. 2.

Rom. 6

Iſai. 3

Ioa 5

Leut. 18

Luc. 14

Luc. 2

Et derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum, & ſperabūt in nomine Domini. Illuſtris portio Chriſtiani gregis ſunt religioſi: pauperes illi, & egeni. Ait igitur Dominus, ſe inſtitu-

Eccl. 31

inſtituturum in religione Chriſtiana populum religioſorum, qui non ſperent in pecunia, & theſauris: ſed in ſolo nomine Domini. Et ſi vitam religioſorum expendas intelliges, quã meritò mentionẽ de ea Dñs fecerit in hoc loco.

Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem: nec loquentur mendaciũ & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa. Quoniam ipſi paſcentur & accubabunt. Et non erit qui exterreat. Qui attentè legerit Pauli epi. ad Romanos, inueniet eum vocare reliquias *Rom. 11*
Iſrael, eos primitiuos Chriſtianos, qui ex Iſraele Chriſto crediderunt. Sic, inquit, in hoc tempore reliquiæ, ſecundum *Rom. 9*
electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Et item, ſi fuerit numerus Iſrael ſicut arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. De his igitur primis Chriſtianis Propheta prænuntiat quòd non facient iniquitatem, quod non inuenietur dolus in ore eorum, ſicut nec eſt inuentus in magiſtri ſui ore, & ꝙ ipſi accubabũt in Chriſti confidẽtia: ita vt nemo eos exterreat. Nolite timere (ait) puſillus grex, quia complacuit Patri dare *Iſai. 53*
vobis regnum: Audi nihil timentem, Certus ſum quod neque mors, neque vita, neque alia creatura ſeparabit nos à *Luc. 12*
charitate Dei. Neque verò ſoli fuere illi primitiui Chriſtiani, qui iniquitatem non fecerunt, neque dolus inuentus eſt *Rom. 8*
in ore eorum, ſunt etiam nunc, ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. qui ingrediuntur ſine macula, qui operantur iuſtitiam, &c. quæ in Pſalmo habentur. Hi non exterrentur à malis quia gaudent, cum in *3. Reg. 19*
varias tentationes incidunt. Quæ illis fiducia contingit, *Pſal. 24*
quoniam ipſi paſcuntur in ſecra Euchariſtia: ex qua velut leones flammantes diſcedunt dæmonibus terribilibus vt D. *Iacob. 1*
Chryſoſt. dixit.

LAVDA filia Sion, Iubila Iſrael. Lætare & exulta in omni corde filia Iſraelis, Abſtulit Dominus iudicium tuum. Auertit inimicos tuos. Rex Iſrael Dominus in medio tui: Non timebis malũ vltra. Iubetur Chriſtianiſmus lætari. ipſe eſt vera Sion, verus Iſrael, vera filia Iſraelis, Ita nos Paulus docuit, cum ait. Nos ſumus circuncisio, qui ſpiritu ſeruimus Deo. & item, Circuncisi eſtis, circunciſione non manu facta, & item, Non omnes, qui ſunt ex Iſrael, ſunt Iſraelitæ. Ergo quia ſpiritus Iſraelis reliquit carnales Iudæos, & venit in veros Chriſtianos: ideò hi ſunt vera Sion, verus Iſrael. Igitur Chriſtianitas gaudere iubetur, cauſas interrogas? Prima eſt, quia, ablatum eſt iudicium noſtrum, id eſt deletum, diſruptum, & affixum eſt cruci decretum, ac ſententia, qua omnes nos, *Chriſoſt.* *Phil. 3* *Coloſ. 2* *Rom. 9* *Coloſ. 2*

qui eramus filij iræ,& Deo inimici, in ęternũ eramus damnati.Nunc autem quia per Chriſtum ſumus Deo recõciliati ſententia ſiue chirographũ damnationis noſtrę, Chriſti ſanguine deletum,& ablatũ eſt, Secũda cauſa quia auertit Dominus inimicos noſtros,Princeps enim mundi eiectus eſt foras.Fortis armatus à fortiore ſuperueniente victus,armis expoliatus eſt,inimici noſtris,vt Aegyptij olim in mari ſanguine Chriſti rubente,ſuffocati ſunt.vt liberati de manu inimicorũ ſeruiamus illi. Quod ſi adhuc inimici noſtri vigunt,vigent certè,quantũ nos vt vigeant illis damus. alioqui vetus homo noſter iam cum Chriſto crucifixus eſt: ne peccatum regnet in noſtro corpore mortali.Tertia cauſa eſt,quia Rex Iſrael,Dominus in medio tui. Voluit olim Deus eſſe Rex in Iſrael.at Iſraelitę Deum regem noluerunt: perierunt enim regem à Samuele Quæ res Deum tędio affecit,& eam culpam Iudæis exprobrat apud Oſeam. At populo Chriſtiano Chriſtus eſt rex,licet ſedens ſuper aſinã, & filium ſubiugalis,Reſtituit igitur ſibi Dominus regnũ:Nobis acclamantibus,Benedictus qui venit Rex in nomine Domini,Quarta cauſa.quæ ex tertia manat, Non timebimus malum vltra.Nam quod malum ſub tanto Rege timeamus? Ieremias dicebat,Non ſum turbatus, te paſtorem ſequens. Cur enim timeat ouis talis paſtoris?at cur etiam timeat ſubditus talis regis? Certè ſummum quod timemus malum, eſt mors. Eſt enim vltimum & terribiliſſimũ omnium malorum,At Dominus. Nolite timere eos, qui occidunt corpus:Cur Domine,quia pretioſa in cõſpectu Dñi mors Sanctorũ eius:& Mihi viuere Chriſtus:mori lucrũ Multa certè ſunt in ſæculo mala: ſed diligentibus Deum hæc omnia cooperantur in bonum.

Rom.5 · *Ioa 12* · *Luc.11* · Exo 14 · *Luc.2.* · *Rom.6* · *1.Re.8* · *Oſee 9* · *Ioſ* · Zac 9 · *Luc 19* · *Ier 17* · *Ariſtot.* · *Matt.10*

*In die illa dicetur Ieruſalem: Noli timere Sion, ne diſſoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis,ipſe ſaluabit.Gaudebit ſuper te in lætitia .Silebit in dilectione tua. & exultabit ſuper te in laude.*Quia dixerat.Non timebis malum vltra, poterat Ieroſolyma Chriſtiana reſpõdere.Ah Domine,totus mundus in maligno poſitus eſt Immundus, ſpiritus, qui exijt ab homine,en redit cum aliis ſeptem ſpiritibus ſe nequioribus, Aduerſarius noſter.circuit vt leo rugiens, quærens quem deuoret. Quid igitur non timeat puſillus grex:Reſpondet Dñs Ne tibi cor cadat, aut maus Deus tuus fortis eſt&in medio tui eſt.ipſe ſaluabit.Si infirmus eſſet,aut à te remotus, eſſet vtique timendum. Sed eſt fortis: virtus. &

Pſal.115 · *Rom.8* · 1.Ioa.5 · *Luc.11* · *1.Pet.5* · *Luc,12*

dextera

dextera Dei.& eſt in medio tui, ipſo teſte, Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi, Igitur ſaluabit te. *Mat.vl.* Cauſaberis quod non ſaluabit, quia licet ſaluare poſſit, non volet tamen tam enim magnus eſt, vt nos adeò viles minimè curet, At verò ille tantopere magnus. gaudet ſuper te. Silet in tua delectione, exilit in tuis laudibus. Gaudet ſuper *Pſal.103* te.quia lætatur in operibus ſuis: quia dicit, Euge ſerue bone & fidelis: quia es tu illi in filium, & ille tibi in patrē: quia *Luc.19* deſponſauit te in fide & dilectione: & quia cum ſis ſui corporis membrum, carnem ſuam diligit & fouet. Illud verbū *Oſee 3* Silebit in dil.t.excedit omne ingenium. videtur dicere, antequàm eum diligamus, quid non facit, quid non tentat, vt *Rom.12* diligamus. Certè homo factus eſt, & crucē ſubiit vt diligerem⁹, ſi diligim⁹ in ea dilectione qui ſcit, vt lapis in centro, vt Rex in throno, vt homo in ſummis deliciis, q̄a deliciæ eius, eſſe cum filiis hominum: ¶ Porrò ſtupendū illud eſt. *Prou.8* Exultabit ſcilicet te in l. Id eſt exultabit & cantabit ſumet canticum: aut certè cantare mādabit, adeò lætatur, gaudiū enim eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, & Simphonia chorusque cantantium audiebatur cum filius prodigus rediit ad patrem. Et is recidens ſuper collum filij, facilè domonſtrat, quàm gaudeat ſuper illo, quā ſileat in eius dilectione. Eſt igitur ille huius loci cēmēt.

Nugas.qui à lege receſſerant congregabo: quia ex te erant vt non vltra habeas ſuper eis opprobrium. Ecce ego interficiam omnes qui affixerunt, te.in tempore illo. Hæbrea lectio bona fide verſa, ita habet. Afflictos ex antiquo congregabo: ex te erant: onus ſuper eam opprobrij. ecce ego facio omnes qui afflixerunt te in tempore illo. En Hebræa lectio, quæ quā ſit difficilis nemo non videt, vt eſt & noſtra difficilis, Sed age. Afflictos *Luc.5* ex antiquo tempore, nullos allios ſcio, quam Iſraelitas, *4.Re.17* quos Salmanaſſar tranſtulit ex Samaria in Perſiam & Mediam, hos vacat Propheta afflictos ſcilicetè ſua patria abductos, in aliena captiuos: iam ab annis. 90. aut ſupra, cum hęc Sophonias prophetabat, Dicit nunc Dn̄s, hos afflictos ego cōgregabo. quia erant ex Iſrael. & id onus tam probroſum auferam, Probrum enim erat, quod Iſraelitæ tempore tanto eſſent à Deo diſſiti. At cōgregati ſunt ad Chriſtianitatem quia Perſia & Media Chriſti fidem ſuſceperūt. Addit verò Dominus quod eſſet interfecturus Perſas & Medos qui Iſraelitas afflixerunt. Id preſtiti Alexander Macedo Perſis & Medis diuictis, & Dario eorum rege ſubacto.

1 ¶ D. Hierony. pro afflictis nugas poſuit. id eſt vocabu-
1.Mac.1 lum Hebræum intactum reliquit, aut certè illos afflicto
Hieron. nugas nominauit, quia nugaces fuere, atque mendaces. Si-
quidem antequam captiui abducerentur, Deo relicto, ido-
lis ſeruiebant, & captiui à ſua lege recedebant: gentiliter
4.Re. 18 viuētes, non fideliter, vt in hiſto. Tob. videmus, ideò Hiero.
vertit nugas, id eſt nugaces, qui à lege receſſerant, congre-
Tob.1 gabo. id eſt è ſua infidelitate ad fidem conuertam. Porrò il-
lud verbum, Ego facio, phraſis eſt hominibus iratis conſue-
ta. id eſt, ego vltionem ſumam ego vindicabo. quod ex-
plicauit Hieron. ego interficiam. Habes igitur verſionem
Hieron. Hieron. Hebręæ lectioni accommodam.

Et ſaluabo claudicantem: & eam quæ eiecta fuerat congregabo. Et ponam eos in laudem & in nomen in omni terra confuſionis eorum. Diximus apud Michæam Gentilitatē fuiſſe hanc clau-
Mach. 4 dicātem in vtranque partem & fuiſſe eiectam, vt Iſtael in-
Rom.11 grederentur. Hanc igitur Gentilitatem Deus prænunciat ſe ſeruaturum. Nec id vtcunque, ſed eſſent in laudem & nomen in omnibus terris ſuis vbi olim diis ſacrificabant Quis enim non laudet, quis non miretur Gentiles prius idololatras postea tot miraculis, tanta vitę ſanctitate illuſtriſſimos imò & tam inclytis martiriis. ſcilicet fulgentiſſimos?

In tempore illo, quo adducam vos: & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen & laudem omnibus populis terræ: cum conuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris dicit Dominus. Iudicio meo, quia dixerat de cōuerſione Iſraelitarū, in Perſia & Media captiuorum, & dixerat de cōuerſione paganorum
Rom. 11 nunc prophetat de conuerſione Iudęorum, quam D. Paulus prænunciauit futurum in fine ſæculi, vt enim Gentes fuerāt
Eodem. eiectæ in gratiam Iudęorum: ita poſtea Iudæi ſunt eiecti nunc in gratiam Gentilium ſed in fine, Iudæi adducentur & congregabuntur, vt fiat vnum ouile, ſub vno paſtore. Et
Ione.10 tanta prædicitur horum conuerſorum ſanctitas, vt omnes populi illam laudent ac celebrent. Id fiet cum conuerterit Dominus captiuitatem eorum (quâ nunc & corporaliter & ſpiritaliter captiui tenentur) ad fidem Chriſti Domini noſtri. Igitur verbum in tempore illo finem ſæculi ſignificat. vt Paulus nos docuit.

IN HA

IN HAGGAEAM.

QVIA in huius Prophete explicatione nimis ad modum variant eius enarratores liceat mihi veritatem, quam probabo, à ſuo principio deducere. ¶ Magnus Nabuchodonoſor anno primo ſui imperij venit in Iudæam & Ioacimum eius regem ſibi ſubiecit. Incipiebat tunc annus quartus regni Ioacim qui fuit annus primus imperij Nabuchodonoſoris. Ita verbis diſertis habet Ieremi.ca.25.a.

¶ Anno.8.imperij ſui rediit Nabuchod.contra rebellem *4.Re. 24*
Ioacimum:quem vicit:&cathenis vinctum duxit in Baby- *Iere.25*
lonē.Ita expreſsè in 2.lib.Paralip,Erat is ann⁹ 11.Ioacimi.vt ibidem habetur.¶ Eodem anno intra.3.menſes. & 10.dies rediit Nabuchodonoſor contra Ioachinum filium Ioacini:
quem vicit,&tranſtulit in Babylonem cum regina,ſacerdo- *2.par.vlt.*
tibus,principibus,& bellatoribus. Erat is annus octauus regni Nabuchodonoſoris.I a expreſsè.4.lib.reg.

¶ Colligimus inde,Primum annum tranſmigrationis Iudæorum in Babylonem,fuiſſe octauum regni Nabuc.

¶ Anno 37.tranſmigrationis moritur Nabuchodonoſor & ſuccedit Euil merodac. Ita expreſsè Ieremi.vlt.& 4.Reg.
vlt.¶ Vnde colligimus regnaſſe Nabuchodonoſorem. 45. *4.Re.vlt.*
annis. ſcilicet. 8. annis ante migrationem,& 37.migrationis.¶ Anno 70.à migratione regnat Cyrus,vt Eſdr.1.habe- *1.Eſdr. 1*
tur.regnat ſimul Darius, vt expreſsè Daniel dicit. Cauſſa *Dan.5.6*
fuit,quia Cyrus proficiſcebatur ad orbem expugnandum ideò Darium Babyloniæ regem præfecit. ¶ Eodem anno, monarchiæ primò Cyri, & regni primò Darij datur Iudęis ab vtroq; facultas remigrandi in Iudęam.& redeunt illi.Facultas Cyri apertè habetur Eſdr.1.Facultas Darij occultius habetur ab eodem Eſdra dicente,Aedificauerunt templum
iubente Deo Iſrael & iubente Cyreo,Dario & Artaxerxe *1.Eſd.1*
Id eſt, Cyro & Dario ſimul regnantibus, & demum *1.Eſdr. 6*
Artaxerxe Longimano. Hi enim & non alij, facultatem Iudæis dederunt templũ ædificandi. ¶ Eodem anno menſe
7.erigitur altare,& offeruntur holocauſta in Ieroſolyma,& *1.Eſdr.3*
dantur pecuniæ ad templi ædificationem,ita Eſdras.¶ Anno ſequenti,qui erat ſecundus à reditu è Babylonia,conſtituũtur Leuitæ,vt vrgeant opus templi cuius fundamenta iaciuntur.Hic ſecundus annus,fuit etiam ſecundus monarchię
Cyri,quo in Babylone regnabat.nam aliis multis annis an- *Eodem.4.*

 tea in

tea in Perſia regnauerat. Qua ratione Græci & Hebręi chronici conciliabuntur. ¶ Iam licet Cyrus facultatem Iudæis feciſſet templi ædificandi: at gentes vicinæ Iudęis, Cyri conſiliarios corruperunt, vt toto Cyri tempore opus templi intermitreretur. Ita apud Eſdram. ¶ Cyro à Tamyri occiſo,
1. Eſd. 4. a ſuccedit Cambyſes de quo nulla eſt in Sacris literis mentio. Quia præfectus contra Ægyptios & Æthiophes, nihil habuit cum Iudæis. ¶ Cambyſi, Magi fratrim ſuccedunt ſeptem menſibus ſolum. Neque de eis vlla mentio. ¶ His ſuccedit propter hinnitum equi, Darius Hiſtaſpis filius, qui initio regni ſuccepit accuſationem contra Iudæos.
1. Eſdr. 4 Hunc credo vocari Aſſuerum ac Eſdra. ¶ Huic ſuccedit Xerxes eius filius, vt eum nominat Herodotus, & Plutarch⁹
Eodem. ſed Artaxerxes vocatur ab Eſdra. Hic per epiſtolam vetuit templum ædificari. ¶ Ceſſat igitur ædificatio templi à ſecundo anno, monarchiæ Cyri per omnes annos Cambyſis Darij Hiſtaſpis, & Xerxis. Id eſt ceſſat per quadraginta annos quibus hi regnauerunt, vſque ad ſecundum annum Darij
Hero. li. 6 Lõgimani, Regis Perſarũ. ¶ Succedit igitur Xerxi eius filius Darius Lõgimanus Artaxerxes. Quæ vox (vt tradit Herodotus) ſignificat magnum bellatorem: vt vox Xerxes bellatorẽ ſignificat Huius Longimani ſecũdo anno cõceditur Iudęis latiſſima facultas, ab eodem Dario, vt ſuum templum ędifi-
Hagg. 1 cent ea facultas ad longum habetur ab Eſdra. ¶ Huius anni menſe ſexto id eſt Auguſto, cum Iudæi ex multo ſemine ſteriles nimis meſſe percepiſſent, ſpiritus Domini afflauit
1. Eſdr. 9 Haggæum, afflauit & Zachariam, vt acerrimè inſtigarent
Zac. 1 principes Iudæorum, ipſoſque Iudæos, ad templum ædificandum. Illi ſtatim operi manus admouent, ędificãtque diligentiſſimè, & intra annos. 6. Id eſt, anno ſexto Darij Lon-
3. Eſdr. gimani templum abſoluunt. ¶ Vnde habes intellectum verbi illius. Quadraginta ſex annis templum ædificatum eſt, & tu tribus diebus excitas illud. ſcilicet quadraginta annis à Cyro, ad Darium Longimanum, & ſex annis huius Lon-
1. Eſdr. gimani. ¶ Vnde etiam colliget eruditus lector, à ſecundo
Ioa. 2 monarchiæ Cyri anno, ad primum annum Longimani ſolos, 40. annos interceſſiſſe. Iam ad Haggæum.

CAPVT I.

IN Anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die vna menſis, factum eſt verbum Domini in manu Haggai prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda. & ad Ieſum filium Ioſedec, ſacerdotem

ſacerdotem magnum dicens. Id eſt, Hæc Haggæi prophetia contigit, ſecundo anno imperij Darij regis. Hic Darius vocatur Artaxerxes Longimanus, filius Xerxis. ſeu etiam Artaxerxis (vt Eſdræ vocatur.) Qui Longimanus fuit nepos Darij Hiſtaſpis, qui Magis occiſis Cambyſi ſucceſſit.

¶ Multa dixi, quæ quam ſint certa, libet oſtendere. Primũ aperrè Herodotus dixit ſcilicet, Artaxerxem, quem Longimanum dicimus, filium fuiſſe Xerxis, & hunc Darij, & hũc Hiſtaſpis: ita cuncti idonei tradunt Autores, Herodotus, Plutarchus, Iuſtinus, Euſebius, Hierony. Volaterranus, Antoninus. & reliqui. ¶ Cum igitur Eſdras ante hunc Longimanum ſtatuat Artaxerxem, & ante eum, Aſſuerum, cogimur vt credamus, Eſdram nominaſſe Xerxem, Artaxerxem & Darium Hiſtaſpis, aſſuerum: vt conueniat Eſdras cum alijs hiſtoricis omnibus. Ac ita, Darius Hiſtaſpis Aſſuerus ſi pater Xerxes Artaxerxes, ſit eius filius, Darius Artaxerxes Longimanus ſit nepos. Hæc tantopere preſſi, quia in eis multos lapſos video ¶ Igitur hæc Haggæi prophetia contigit anno. 2. Longimani, qui erat quadrageſimus à reditu Iudæorum è Babylonia in Iudæam, & erat centeſimus decimus ab eorum tranſmigratione: & erat nonageſimus à templi deſolutione. ſub Nabuchodonoſore. Siquidem à Iudæorum, migratione ad migrationem ſunt 70. anni vt habet Ieremias. Porrò ab anno. 2, remigrationis: ad templi abſolutionem ſunt. 46. anni. vt Iudæi, qui id benè nouerant aſſeruerunt. Quæ dixi, quia in his Rabini magnopere errant, & Latinos eorum ſequaces errare faciunt.

1. Eſdr. 4
Herodo. li. 6
Herodo. lib. 6
Plut. vita Artax.
Iuſt. lib. 1
1. Eſd. 4
Iere. vlt.
Rabini
Exod. 12
Luc. 24
Hos. 1

Igitur anno ſecundo Longimani menſe ſexto, ideſt Auguſto (incipitur enim Iudæis annus à Martio) die vna. id eſt prima. Nam Iudæi vnam diem dicunt, pro prima die, vt illud. Factum eſt veſpere & mane dies vnus, id eſt primus, & vna ſabbatorum, prima ſabbatorũ. ¶ Dices, quorſum meminit & menſis, & diei. quo ſua prophetia facta eſt? Certè menſis. quia accommodatiſſimus habendę concioni, ſeminauerant enim & non collegerant: & erat is menſis, quo ſpe colligendi fruſtrabantur. Diei verò meminit, quia anima ſuſcipiens lumen ſupernaturale propheticæ non ſinit tãtum beneficium in ſilentio ſepeliri, diem ergo, menſem, & annum numerat, idq́; meliore lapillo: iuxta illud, Confitemini memoriæ ſanctificationis eius. ¶ Porrò quis fuerit Haggæus ignoratur. ſcitur tamen. quod hanc prophetiam prophetaque concionem habuerit Ieroſolymis in templo fundato *Pſal. 29*

fundato, non abuſoluto. Nam infra dicit, Tēpus vobis eſt, vt habitetis in domibus laquæatis, & domus iſta deſerta. Deſignabat igitur digito domū, in qua cōcionabatur. ¶ Ad

D. Hiero. Zorobabel. Teſte D. Hiero. Zorobabel ſignificat, Hic Dominus Babyſonis, ſeu, hic princeps in Babylonia. Ratio nominis eſt. quia defuncto Nabuchodonoſore Euilmerodac honorem regium dedit Ioachino: quia Rex fuerat Iudæ, quâ

Iere. vlt. cauſa Iudæi in Babylone captiui Ioachinum, vt ſuum Regē tunc ſalutarunt, & venerati ſunt nec eum ſolum: ſed etiam Salathielem filiūm eius: ac etiam Zorobabelē qui Salathiel ſucceſſit in principatu. Ideò vocatus eſt princeps Babylonis. ſcilicet princeps è Babylonia in Iudæam veniens. ¶ Hic vocatur filius Salathiel. obiicies tu, mēdaciū eſſe in noſtro Propheta. Nam Zorobabel eſt filius Phadaie non Salathielis. eſt igitur nepos, non filius, vt in 1. Paralyp dicitur. No-

2. Par. 3. dum hunc variè conatur ſoluere magnus Abulem. loco di-

Abulenſ. cto. Ego verò ſine dubio credo, Phadadiā, defunctum, antequàm Salathiel moreretur: ac ita principatu caruiſſe: ſucceſſit igitur Salathiel in principatu Zorobabel, ideò de Phadaia nulla mētio. Principum enim memoria fit. non adeò generationum. Quæ cauſa monit nunc Haggæum, poſtea

Zach. 1. Zachariā, demum Matthæum, vt de Phadaia nihil dicerēt.

Matth. 1. ¶ Porrò vocatur Zorobabel dux Iuda: non rex quia Ieremias prophetauerat de ſemine Iechoniæ, nullū futurum poſtea Re-

Iere. 22. g. gē nec futurum qui poteſtatē regiā haberet. Porrò ſi nō Rex fuit Zorobabel, fuit dux. vt non auferretur ſceptrū de Iuda

Geneſ. 49 nec dux de fœmore ei⁹, donec vēerit Chriſt⁹. Igit ad Zorobabelē, vt principē, fit ſermo Dñi per noſtrum prophetā. ¶ Fit etiam ad Ieſum ſacerdotē magnum, id eſt, cui ex genealogia conueniebat Pontificatus ſummus inter Iudæos, vt quia erat ex ſemine Aaron, & ex familia precipua. vnde neceſſario erant magni ſacerdotes Licet enim eſſent 24. ſortes & vices Leuitarum: ſors tamen prima erat Elazar: vnde erāt

1. Par. 22 Pōtifices ſūmi Inde hic Ieſus ſiue Iohoſuaherat ¶ Apertum verò eſt tam Zorobabelem, quàm hunc magnum Pontificem Chriſti geſſiſſe figuram.

Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iſte dicit, Nondum vēit tempus domus Domini ædificādæ. ¶ Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus veſtris laqueatis: & domus iſta deſerta? Facilè hîc poteramus dicere populum mentitum, cum dicebat, Nondum venit tempus domus Domini ædificadæ. Sed ſuſpicor

errandi

errandi occaſionem Iudæos accepiſſe ex verbis Ieremiæ: qui loquens de reditu Iudæorum in auitos fines, dicit. Et ędificabitur ciuitas in excelſo ſuo: & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur. *Iere.30.* Quia igitur non videbant ciuitatem Sionis in arce ędificatam, muriſque vallatam; nã muros poſtea Nehemias adiecit. ideò dicebant, tempus nondum eſſe templi ædificandi. *2. Eſder.6* Errabant tamen, quia ciuitas dicitur, non ſolum quæ cincta muro eſt: ſed etiam quæ plena domibus eſt licet muro ſit orba. At Ieroſolyma, & arx iam plenæ domib⁹ erãt. Nã filij Iſrael habitabãt in ciuitatibus ſuis vt Eſdras dicit. Ac proinde etiam in arce Sion habitabant. *2. Eſdre 7.* Aliam rationem poterant Iudæi comminiſci, ad differendam templi ædificationem, ſcilicet quia is annus erat ſeptuageſimus. Sed hæc ratio Zachariæ prophetæ, expectabit *Zac.1.* nos donec eum locum exponamus. ¶ Vt verò declaremus verbum illud, Factũ eſt verbũ Domini in manu Haggæi, libet annotare, dupliciter alicui fit verbum, & reuelatio Diuina. priore modo: ſi fiat illi ſoli. vt fit Paulo qui audiuit *1. Cor. 12.* arcana verba, quæ non licebat aliis reuelare, quia Sacramẽtum Regis abſcondere bonum eſt poſteriore, quando Deus *Tob.12.* reuelat alicui, vt ipſe in publicum proferat: & velut in manibus populis oſtendat. Tunc dicitur verbum fieri in manu: id eſt velut in manibus ferri, vt conſpiciatur. Nota his lector argumentum Dei. Si habitatis vos in domibus, quarum tecta ſunt mille laqueis exornata, quomodo patimini me eſſe ſine domo? Quam igitur effuſi ſumus in delicias & honores noſtros quam negligentes in cultu & veratione Dei! At Chriſtus vult, vt in caput & pedes ſuos vnguentum *Ioan.12.* etiam pretioſum, effundatur.

Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum: & intuliſtis parum. Comediſtis, & nõ eſtis ſatiati. Bibiſtis & non eſtis inebriati. Operuiſtis vos & nõ eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

Id eſt. Res veſtras attentius conſiderate. Seminaſtis multũ, & non fuit parum in area: at intuliſtis parum in horrea: frumẽto velut elabẽte per manus veſtras. Comediſtis multum: nec tam multo cibo ſatiati eſtis. Bibiſtis, & vinum nõ effecit in vobis optatã iocunditatem. Quin nec veſtes dant vobis calorem, quem dare ſolebant: & qui operas ſuas locant, inde multos nũmos percipientes. videntur eos perdidiſſe, ac ſi eos in ſaccum perforatum conieciſſent. ¶ 1. O vtinam Chriſtiani ponerent corda ſua ſuper viis ſuis: & intellige-

telligerent.an via qua ambulant ad infernũ vergat,an verò in cœlum?ô ſi cogitarem vias meas, vt conuerterem pedes
Pſal.118. meos in teſtimonia tua?Poſuiſti in nobis De⁹ oculos,vt ambulatemus in viis Domini:at nos cœci eſſe volumus:& duces cæcorum.¶ Notandum,quàm verè proclus dixit. Cau-
Proclus l. de cau. ſa prima prius,& magis operatur,quàm ſecunda.Nam cauſa prima ſuam actionem ſubtrahente,qui multum ſeminat, etiam ſi multum inde naſcatur,parum in horrea congerit. qui multum bibit, non capit iucunditatem ex vino. Imò
Matt.28. retrahitur Solis lumen, in Chriſti paſſione. Cætus non co-
Ione.2. quit Ionam.Ignis non adurit iuuenes in fornace.¶Nota i-
Dan.3. tem,olim in cõuiuiis fuiſſe vſum lautius bibendi:ac ferè ſe-
1.Re.25. inebriandi:vt Nabal Carmeli & fratres Ioſephi fecerunt.
Gen.43.g *Hæc dicit Dominus exercituum,Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.Aſcendite in montem: portate lignas,& ædificate domum: & acceptabilis mihi erit:& glorificabor,dicit Dominus.* Id eſt, res veſtras,& commoda veſtra conſiderate:vobis ipſis conſulite, vtque omnia vobis fœliciter cedant,res Dei diligẽtius procurate.Ite igitur in montem Libanum: inde portate ligna cedrina.Sicut Salomon olim adduxit ędificate mihi tẽplũ,
3.Reg.5. ſicut ille olim ędificauit.Erit mihi domus illa accepta.In ea vtiq́ue reſponſa dabo:in ea preces veſtras exaudiam,ex ea fauorem meũ vobis impendam:ac ita vobis fauens:à vobis & ab aliis glorificabor. ¶Habes lector, quâ ratione velit
Vide.3. Reg.8. Deus ſua templa à nobis ædificari,ſcilicet in commodum noſtrum:& gloriam ſuã, vt ſcilicet nobis ille ſua beneficia conferat:& nos illi laudem & gloriam decantemus.

Reſpexiſtis ad amplius. & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum:& exufflaui illud.Quam ob cauſam,dicit Dominus exercituum.Quia domus mea deſerta eſt:& vos feſtinaſtis,vnuſquiſque in domum ſuam. Id eſt Sperabatis ex ſemente veſtro multo, fructuum etiam multum, at ecce ex area ad horreum,factum eſt minus.Inferebatis enim ex area in domos veſtras & in ipſa via,frumentum vobis euaneſcebat, perinde ac ſi ego exufflarem illud,& id vobis eriperent venti. Cur ita? quia domus mea deſerta eſt: & veſtræ magna diligentia à vobis ædificantur.

Vide Iſai *Propter hos ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem: & terra prohibita eſt,ne daret germen ſuũ. Et vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes: & ſuper triticum: & ſuper vinum,& ſuper oleum: & quæcunque profert humus & ſuper homines:& ſuper iumenta: & ſuper omnem laborem manuum.* Id eſt,vos ſeminaſtis multum:ego

tamen

tamen prohibui cœlos,ne imbrem ſerotinum darent, quo deficiente terra non protulit herbam,eadem caruit humore,montes ſiccati ſunt:ne per med.um eorum tranſirent aquæ & manarent fontes,perierunt igitur omnes fructus terræ imò & ipſi homines & iumenta laſſitudinem, & diſcraſiam ſentiebant: & mœchanicis ſuus labor, quantumlibet magnus non commodabat. ¶Nota precor,vnde ſalus hominum,& iumentorum pendeat. vnde etiam pendeat lucrum mechanicorum .ſcilicet ex voluntate Dei.Hæc facit ſana & robuſta corpora noſtra.Hæc facit, vt parum laboris multum afferat commodi,& contra,vt multus labor,velut in nihilum exuffletur.Iuxta illud. Non enim in arcu meo ſperabo.&c. *Leui.29.* *Pſal.103.* *Vide ſuper lis.1.* *Pſal.43.*

Et audiuit Zorobabel,filius Salathiel:& Ieſus filius Ioſedec.ſacerdos magnus & omnes reliquiæ populi vocem Dei ſui,& verba Haggæi prophetæ,ſicut miſit eum Dominus,Deus eorum ad eos.Et timuit populus à facie Domini. Intelligo ego hæc verba, huiuſcemodi.Reuelauit ſe Deus huic prophetæ: cui mandauit, vt verba prædicta populo proponeret.Tunc propheta conuocauit Zorobabel. m, & Ieſum pontificem, & vniuerſum populum:& coram frequentiſſima, concione dixit, ſe eſſe prophetam Dei, ab eo miſſum, vt eis verba ſequentia diceret. Propoſuitque prædicta verba Diuina: quæ credidit populus: & credidit etiam verba Haggæi, dicentis ſe eſſe prophetam miſſum ad eos à Domino deo. Timuit igitur populus à facie Domini in propheta loquentis. Et equidem ideò populus timuit, quia voluit Deus vt timeret.iuuit enim eum Deus ad timendum.

Et dixit Haggæus nuntius Domini,de nuntiis Domini populo,dicens,Ego vobiſcum ſum dicit Dominus. Et ſuſcitauit Deus ſpiritum Zorobabel,filij Salathiel,ducis Iuda,& ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni:& ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt,& faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui. Fieri poteſt,vt propheta aliquãdo deſtituatur lumine Dei:quod ſi tunc aliquid nuntiet,nũtium erit ſuum,non Dei, at propheta illuſtratus lumine Dei, & iuſſus aliquid nuntiare, confidenter dicit. Ego nuntius Dei legationem, & nũtium Dei vobis expono: & hoc nuntio vobis promitto fore, vt Deus vobiſcum ſit,adiuuans templi ædificationem: & faciens ne ab aliquo impediamini.Id eſt, quod Haggæus dicit. Ego nuntius Domini,ex nuntio & legatione Dei vobis affirmo fore,vt ego ędificationem templi promoueam, *2.Pet.1.*

dicit

dicit D minus in me. Quo verbo audito tum principes, tum populus accenſi ſe iuuabant in opere templi. ¶ Mirum verò eſt, quam paucis verbis, quam magnas faces Deus accendebant, quibus populus feruens ædificaret, faciebant, inquit, opus in domo domini exercituū omnium ſcilicet An-
Iſai. 6. gelorum: & Stellarum. qui, vt habet cœlum ſuum templum
Pſal. 102. in excelſo, ita habere vult domum in nobis. faciebant opus
& 9. in domo eius quem meritiſſimè, illi vt Deum ſuum accep-
3. Reg. tauerant.

CAPVT. II.

II. PROPHETIA.

IN *die viceſima & quarta menſis, in ſexto menſe: in anno ſecundo Darij regis.* Hæc verba aſſunt ũt ma-
Hierony. gni authores præcedenti capitulo. Ita habet
Lyranus. textus D. Hieronymi, & textus gloſæ ordina-
Vatablus. riæ: & Vatabli, & Tygurini: & alij. At quia tex-
Pagninus. tus Hebræus, Sanctes, & Munſterus minimè à noſtro textu diuariant, neque mihi faſputaui, ab eo diſcedere. Itaque ſequentibus, non verò præcedentibus ſunt hæc verba iun-
Remigius. genda. Licet Remigius, & Clarius iungant præcedentibus.
Clarius. Senſus igitur ex ſequentibus pendet. *In ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis factum eſt verbum Domini in manu* Haggæi *prophetæ dicens.* Senſus eſt. bis eſt facta reuelatio noſtro Prophetæ prius quidem die viceſima quarta menſis Auguſti. poſterius verò in menſe Octobri, viceſima prima die eius, & vtraque vice prodiit Propheta, & in publica concione hæc dixit, quæ ſequuntur, quę quia ſunt celſiſſima, neceſſe fuit bis reuelari, vt firmiſſima eſſe credantur, ſicut & Pharao bis idem ſomnium, videt, in ſignum firmitatis.

Gen. 41. *Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda: & ad Ieſum filium* Ioſedec *Sacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens QVIS in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris? ET NVNC confortare Zorobabel, dicit Dominus: Et confortare Ieſu fili Ioſedec, ſacerdos magne: & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite. Quoniam ego vobiſcum ſum dicit* Dominus *exercituum: Verbum, quod pepegi vobiſcum, cū egrederemini de terra Ægypti, & Spiritus meus erit in medio veſtri, Nolite ti[illegible]re.* Senſus apertus eſt. Loquere Prophe-

propheta ad principem ſæcularem,& Eccleſiaſticum,& ad totam plebem. Quiſnam hic eſt,adhuc viuus,qui vidit templum Salomonis, antequam à Nabuchodonoſore vaſtaretur, & vidit illius gloriam, ſcilicet marmoreas columnas, iaſpidis & porphyritis lapides,parietéſque totos auro veſtitos. Nunc verò videt templum hoc ex impolito lapide ruditer conſtrui? Nam non videbitur hæc domus, comparatione illius nihil eſſe? At nunc nemo veſtrum deſpondeat animo. Ego enim & Verbum, (ſcilicet filius meus)& Spiritus ſanctus ſumus in medio veſtri. Igitur ne timeatis. Hactenus literæ ſenſus,in qua ſunt tria notãda. ¶ Primum eſt: A deſolatione templi,ad ſecundum annum Cyri,quo incipitur templum ædificari ſunt 60.anni. Porrò ab anno, quo incipitur templum ædificari,ad annum ſecundũ Darij, quo Haggæus dixit hæc verba ſunt anni 41. Nam templum ædificatur per 45.annos: vt Iudæi dicunt Ioannis 2. abſoluitur verò anno Darij ſexto. Ergo ſi aliquis puer ſeptem,octo, nouem,aut decem annorum à Nabuchodonoſore,è Iudæa abduceretur in Babylonem:& poſt 60.annos rediret in Iudæã,iam factus ſeptuagenarius,ſi perueniret hic ad centum & decem annos,poterat vidiſſe templum Salomonis,in antiqua gloria, & templum ſecundum in abiectione,& paupertate ædificari. Et certè Ieſus ſummus Pontifex,cuius ductu templum ſecundum ædificabatur, dicitur perueniſſe ad 130.annos. Lege eum librum, qui Breuiarium Philonis inſcribitur. Et tu lector intellige, in eodem omnino loco ſtructum templum ſecundum, in quo fuerat antiquum à Salomone ædificatum. Intellige ſecundò,cum hæc verba à propheta dicũtur, necdum templum abſolutum:nã quarto poſtea anno abſolutum eſt. ¶ Alterum notandum & adorandum eſt, verbum Dei quo dicit, confirmamini, nam licet domus hæc ſecunda ſit priore longiſſimè inferior, ego tamen vobiſcum ſum. Senſus eſt, Quærenda ſunt planè templorum ornamenta gaudendum de templo, quod auro & argento reſplendet. Sed potiſsimè ſpectandus eſt Deus, qui in templo placatus, & propitius nos reſpicit. Quid enim prodeſt templum ſine Deo? Et quàm multum Deus etiam ſine templo poteſt? Ergò ô Zorobabel, ô Ieſus, ô viri erigite animos. Nam in templo hoc licet vili,ego ſum, & à templo illo tam glorioſo, diſceſſi. Ego ſat ſum,pro gloria templi. ¶ Tertium notandum magnopere eſt. Ego, inquit: Verbum,& Spiritus meus. Num non hic eſt aperta

4.Re. vl.
Ioan.2
Philo.

D.Hiero. mentio ſanctiſſimæ Trinitatis. Gratiæ D. Hieronymo, qui huius rei nos primus admonuit ¶ Sed dicit Hebręus dictionem verbū habere articulum accuſandi caſu, non verò nominandi, reſpondet Chriſtianus, articulum illum licet frequenter faciat accuſatiuum: non ſemper tamen: vt Grammatica docet. ¶ Dicit Theologus, quomodo poteſt ſumi dictio, verbū, pro filio Dei, ſiquidem ſubditur, verbum quod pepigi? Num filius Dei pangi poteſt? Ita plane, Nā Hebræis
Exo. 23. verbum ſumitur pro re. ac ita verbum pactum, eſt res pacta, Quia igitur Deus pepigit cum Iudęis egredientibus de Æ-
Iſai. 8. gypto, angelum ſuum, id eſt filium ſuū (qui eſt magni cōſilij Angelus) fore cū Iudæis in medio eorum, ideò filius Dei
Exo. 23. eſt verbum, quod pepigit Dominus, fore cum Iudęis etiam tempore Haggæi. ¶ Dicit curioſius, quorſum Deus dicit, ſe, & verbum, & ſpiritum futurum cum Iudæis in templo illo? num non ſat erat dicere, ſe eſſe cū illis? Reſpondeo, ideò tres perſonas nominatas hoc loco quia ſtatim erat dicturus de Meſſia ſcilicet de ſecunda perſona Trinitatis, ideò pręmiſſa eſt totius Trinitatis expreſſio.

Q. I. I. *A hac dicit Dominus exercituum, Adhuc vnum modicum eſt: & ego (2.) commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes, Et veniet (3.) deſideratu cunctis gētibus. Et (4.) implebo domum iſtam gloria. Dicit Dominus exercituum. ¶ Meum eſt (5.) argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. ¶ Magna erit (6.) gloria domus iſtius (7.) nouiſsimæ, quam primæ. Dicit Dominus exercituum. Et in loco iſto dabo (8.) pacem, Dicit Dominus exercituum.* Adſit nobis Dominus exercituum, vt res tantas: perire poſſimus. Senſus huius partis eſt. Corroboramini Iudæi. quia non ſolum ego ero in hoc templo: ſed ad breue tempus mundo commoto, veniet in hoc templum Meſſias, qua cauſa maior maximè erit gloria templi huius, licet rudis, quàm prioris: licet glorioſiſſimi, hic eſt ſenſus. Iam ſingula excutienda ¶ 1. Adhuc vnum modicum, id eſt, hinc ad breue tempus veniet Meſſias, videlicet inde ad annum. 471. Cuius numeri ratio eſt. Anno. 2 Longimani, Haggæus incitat ad ædificandum templum, vt ipſe dicit. c. 1. anno 6. Longimani templū abſoluitur. anno. 20. Longimano conceditur facultas ædificādi Ieroſolymam, ex quo anno incipiunt numerari hebdo-
Dan. 9. madæ Danielis, igitur ex anno ad Chriſti natalem ſunt. 453. anni. His iunge 18. annos (qui fluxerunt à practica.

tione.

tione Haggęi ad 20.annum Longimani)efficies 471.annos. Hęc videbis in mea hiſtoria apertius.Hoc verò tempus vocatur breue, & modicum, quia apud Deum millle anni ſunt vnicus dies.¶2.Ego cõmouebo cœlos.&c.Huius loci interpres eſt Paulus;ſed eget ipſe interprętę nouo.ait enim declarat (Haggęus) mobilium tranſlatione, tanquam factorum:vt maneãt,ea quę ſunt immobilia.Id eſt, declarat cœlos & terram,& quę in eis ſunt immutanda,tãquam vetera:& per Chriſtum noua,& ęterna:& ideò immobilia,venire.Vbi nota,antequã Chriſtus veniſſet,omnia vetera fuiſſe,ſcilicet homines,legem,ceremonias.imò & terram.imò verò & ipſum cęlum.Nam pręterierant duo mille anni legis:quatuor mille cœli:at per Chriſtum omnia hęc mouentur.Ecce,ait ego creo cœlos nouos,terrã nouam Ecce ſunt facta omnia noua. Nouus mundus adeſt: noui homines: lex noua: quia nouus ſpiritus per Chriſtum datus eſt, at ſpiritus nouus velut noua rerum eſt anima: vbi verò noua eſt anima,nouum eſſe quòd animatur neceſſe eſt.profecto, ſicut in ſecundo Chriſti aduentu, mutatur mundus, tranſit enim è ſtatu corruptionis,in ſtatum in corruptibilitatis:ita in priore Chriſti aduentu mutatus eſt mundus, è ſtatu culpę,in ſtatum gratiæ:imò cœpit tunc fieri, quod in fine mundi perficietur, idem enim eſt regnum cœlorum in noſtra Eccleſia,quod erit in ęternitate:vt Caietanus aſſeuerauit.¶Specialis verò de gẽtibus commotis mentio eſt: eò enim mundus mouetur, vt gentes moueantur: & gentes motę ſunt, quando ſuſcepto Euangelio, è terrenis fiunt, cœleſtes: ex carnalibus ſpirituales: ex inimicis Dei, Chriſti fratres, Dei filij, & eius hæredes efficiuntur. ¶3. Et veniet deſideratus cunctis gentibus. Hebræa litera habet: Et venient deſiderium omnium gentium.quod quàm difficile ſit nemo non videt, ſi dixiſſet. venient deſideria gentium:aut veniet deſiderium gentium ,apertius eſſet:nũc verò occluſum eſt,cum dicat, venient, in plurali: deſideriũ in ſingulari.Memor hoc loco ſum illius verbi, quod initio Geneſis habetur,In principio creauit potentes cœlum & terram.Id enim valet textus Hebręus. Ergo ſicut eo loco in verbo ſingularis numeri indicatur vna potentia creãtis: & in nomine potentes, tres perſonę creantes:ita & in textu noſtro per verbum venient, indicatur filius Dei,anima & caro concurrentes ad conſtitutionem Chriſti Dñi noſtri.Sed per vocẽ deſideriũ deſignatur vnitas pſonę ſi

2.Pe.vlt. Heb.12. Iſai.43. 65.66. 2.Cor.5. Gala.6. Caieta.in Mat.c.5, Cor.1.15. Rom.5. Gen.1.

lij Dei in humana natura. Igitur cum propheta in reuelatione videt naturam Diuinam & humanam , ad vnionem concurrere,dixit venient Cum verò videt vnum ſuppoſitũ,in vtraque natura,dixit deſiderium, nõ deſideria.

¶ Et equidem Chriſtus vocatur deſiderium cunctarum gentium.& alibi deſiderium collium æternorum , quia ſicut in Chriſto ſunt theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei, ita ſunt theſauri omnium bonorum,quæ vniuerſæ gentes poſſunt deſiderare,Iuxta illud,in me:omnis gratia vitæ, & veritatis:in me omnis ſpes vitæ & virtutis: & reliqua multa, quę in hunc finem à Dei filio dicuntur. Sed hęc longius exponere infinitum negotium erit.Si tamen cupis hęc generalia,preſſius & perſpicies dicta, lege Sapientiam ibi videbis,quomodo in Sapientia,Verbo,Dei filio,atque Meſſia ſunt omnia quę cuncti mortales cupere poſint. ¶ 4.Et implebo domum iſtam gloria. Certè cum Salomon ſuum templum abſoluit , gloria Domini compleuit domum, id eſt,nubes quædam,& caligo de cœlo deſcendens.Quanto maior gloria impleuit templum quãdo B.Virgo.& Ioſeph induxerunt puerum in templum? Erat enim pueri caro nobilior multo nube, quæ Verbi Diuinitatem obtegebat. Num non credis innumeros tunc Angelos aſtitiſſe,vt viderent,quomodo ſe filius traderet patri , quomodo pater filium reciperet? ¶ 5.Meum eſt aurum,ò quàm Diuinè Deus hanc rem explicat , Iudæos reuincit: Chriſtianos docet. Fateor,inquit, non eſt hæc domus auro reſplendens: ſed ego non adeo moror aurum. non egeo auro. omne enim aurum eſt meum.Num non igitur maius ornamentum eſt templi,Chriſtus in templo,quam aurum in templo.Fateor, Herodes hoc templum auro veſtiet. & argento.Sed hanc gloriam templi eſt nunc,profiteor me non curare:nã bonorum veſtrorum non egeo.Quod curo , quod ſuſpicio,eſt Chriſtus in tẽplo,¶ Maior erit gloria domus huius. Docuere nos Rabini. multa inſigniſſima' fuiſſe in templo priore:quæ minimè fuerunt in poſteriore,ſci.ignis de cœlo deſcendens,& holocauſta comburens Gloria Dei , quæ in Propitiatorio inter Cherubin intra Sancta Sanctorum apppare̱re ſolebat. Spiritus Sanctus , qui in templo cum prophetis loqui conſueuerat. Arca teſtamenti. Ratione iudicij,quod ferebat in pectore Pontifex: vbi erant Thumin & vrin. Porrò in arca erat vrna Manna : Lenticula olei vnctionis(vt traditio dicit) erat virga Aaronis cum amigdalis

Gen.46 *Coloſſ.2* *Eccl.24* *Sap.8* *2.Paral. 5.* *Luc.2* *Ioſephus.* *Pſalm.15* *Rabini.* *Vi.Galat.*

amigdalis ſuis.& erat Capſella,quam pro ſuo peccato mi-
ſerant Philiſtæi,En quibus ornamentis glorioſum redde- *traditur*
batur templum antiquum.At per aduentum Meſſiæ in tem
plum poſterius,ornatius,& glorioſius multò maxmè red- *1.Re.16*
ditur hoc,quam illud.Quanto maior eſt gloria Dei, quàm
creaturarum filij, quàm ſeruorum : veritatis, quàm figu- *Hab.3.*
rarum : lucis, quàm vmbræ. Maior igitur erit gloria tem-
pli ſecundi,quàm primi.¶7. Nec ſilentio præteriri debet
verbum illud , domus huius nouiſſimæ. Ergo poſt eam
domum ſecundam,nulla amplius expectanda eſt, Si igitur
Titus aduſſit domum ſecundam , non eſt quod Hebræi
aliam ſperent. Si igitur Meſſias venturus erat in eam domũ,
& illa iam abſumpta eſt, Meſſias profecto iam venit, Sed
hæc doctiſſimè & fuſiſsimè leges in Galatino.¶9. Demũ *Gala.li.4*
dicit Dominus, in loco iſto dabo pacem. Quæ verba ſine *c.9.*
dubio grande myſterium indicant. Tu lector maiora, nos
interim hæc.Cum Chriſtus crucifigitur in Caluaria, Deus
aderat præſens ſpeciali ratione,in ſuo templo. Chriſtus ſe
in Caluaria Deo offerebat.Deus holocauſtum illud in tem
plo recipiebat.Chriſtus pacem ſuo holocauſto hominibus
precabatur:Deus hominibus eo holocauſto placatus, re-
conciliabatur.pacemq́; nobis eo in templo donabat.Ergo
Chriſto in Caluaria moriente,Deus in templo pacem no- *Epheſ.2.*
bis tantopere deſideratam largitus eſt.Quamuis enim pec
catores nunc propter peccata ſint Deo inimici:at propter
Chriſtum ſunt reconciliati,& amici.vt Iudæi propter gen-
tes ſunt inimici : ſed propter patres ſunt chariſſimi. quod
Paulus nos docuit. *Rom.11*

III. PROPHETIA.

In viceſima & quarta noni menſis,in anno 2. Darij regis, factũ eſt verbum Domini *ad* Haggæum *proph.dicens Hæc dicit Dominus deus exercituũ,Interroga Sacerdotes legem,dicẽs.Si tulerit homo carnem ſanctificatã in ora veſtimenti ſui,& tetigerit de ſummitate eius panẽ,aut pulmentum,aut vinum aut oleum, aut omnem cibum nunquid ſanctificabitur? Reſpondẽtes autem Sacerdotes,dixerunt, non. Et reſpondit Aggæus, & dixit,Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his nunquid contaminabitur? & reſponderunt Sacerdotes & dixerunt, contaminabitur. Et reſpondit* Haggæus *& dixit. Sic populus iſte: & ſic gens iſta ante faciem meam. dicit Dominus & ſic omne opus manuũ eorũ & omnia quæ obtulerũt ibi cõtaminata erũt.*

z 3 prima

Prima prophetia facta eſt menſe 6. Secunda facta eſt men
D.Hiero. ſe 6.& 7. Hæc tertia fit mẽſe 9. eiuſdem anni. ¶ Porrò ex D. Hier. & omnibus aliis, caro eius animantis, quod immolabatur in altera, ſanctificata dicebatur: vtpote quæ Deo oblata
Leuit.21. erat. Pollutus vero in anima dicebatur, qui mortui cadauer
22. tãgebat Hũc enim, vt pollutũ lex antiqua iudicabat. ¶ Nũc
Mala 2 audi argumentum prophetæ Dicite Sacerdotes, quorum labia cuſtodiunt ſcientiam: & qui populum in moribus docere debetis, Si caro ſanctificata veſtẽ tangat, & poſtea veſtis cibum aliquem tangat, num cibus ſanctificabitur ex veſtis contactu, non equidem, nec enim lex voluit, vt ſanctitas, carnis tranſiret ex veſte in cibum: ſed vt plurimum maneret in veſte. Quid verò? Si cadauer tangat hominem viuum, & hic tãgat aliquem cibum, num cib. erit pollutus? ita certè. quia ita lex iudicauit. Nam quod caro ſanctificata ſanctificet rem, quam tangit, habet lex, cum dicit. Quic-
Num 16 quid tetigerit carnes eius (ſcilicet ſanctificatas) ſanctifica
in f.n. bitur, Quod verò homo viuus pollutus aliquid tangens rẽ tactã polluat, habet lex dicens. Quicquid tetigerit immũdus mũdũ facit. ¶ Ex dictis infert propheta. Carnes animalium, quas offertis, vt plurimũ vos ſanctificabunt, ſi eas tangatis: at non ideò ſanctificabunt aut panem veſtrum: aut vinum, aut reliquos cibos. Nec enim ſanctitas carnis, ex vobis tranſit in cibos. Imo verò quia veſtra anima in peccatis mortua eſt, corpus veſtrum, quod animam tangit pollutum eſt. Ipſum vero pollutum, polluit & contaminat omnia veſtra. Igitur omnes cibi, quos Deo offertis in templo, polluti ſunt, ac ideò non me ad vobis benefaciendum, imò ad puniendum prouocabunt. ¶ Aduerte, Sanctificatas antiquæ legis (vtpote quæ exterior erat) exigua & inefficax erat. ideo ſi caro ſancta tangebat veſtem, eam ſanctificabat: at non tranſibat ſanctitas in cibum, quem ve-
1.Corin.7 ſtis tangebat Non ita ſanctitas Chriſtiana. quæ vt Ap oſt. ait ſanctif. muli. p vir: & f. per p. At peccat morta. qa intimũ eſt, vt polluit animã, polluit corpus, & reliqua poſt vt hoc loco docemur. Sed hoc fuſe explanare non libet, nimis dolere libet. Aduerte 2. negligentiam in opere templi tunc fuiſſe culpam mortalem: cuius cauſa homines illi, & que Deo offerebant, polluta cenſebantur.

Et nunc ponite corda veſtra a die hac, & ſupra antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini, Cum accederetis, ad aceruum [illegible] modiorum, & fierent decem & intraretis ad torcular,

vt

vt exprimeritis.50.lagenas, & fiebant.20. ercuſſi vos vento vrente & aurigine,& grandine omnia opera manuum veſtrarum: & non fuit in vobis.qui reuerteretur ad me,dicit Dominus.Ponite corda veſtra,ex die iſta,& in futurum, a die viceſima & quarta noni menſis,a die qua funda.ne.ta iacta ſunt templi Domini.ponite ſuper cor veſtrū, Nunc iam ſemen in germine eſt: & adhuc vinea,& ficus,& malum granatum,& lignum oliuæ non floruit ex die iſta benedicā,

Litera aperta eſt,habet enim hunc ſenſum, Attentè conſiderate quadraginta prætentos annos,numerando eos ab hoc anno pręſenti,in quo ſuper fundamentis olim iactis, cœpiſtis lapideos parietes conſtruere:& inuenietis, quod aceeruus frugum poſitus in area, vnde ſperabantur viginti modij,ſolos decem proferebat. & aceruus vuarum in torculari,vnde ſperabatis 50.lagenas,ſolas viginti exhibebat. Tunc percutiebam herbas,& arbores veſtras vento,qui eas adurebat: aurigine quæ fructus corrumpebat, grandine, qui omnia excindebat:at vero nec ita percuſi,conuertebamini,vt templum meum ædificaretis. Nunc tamen contra fiet. Attentiſſimè inſpicite tempora futura, incipiendo à die 24. menſis Nouembris, qua die erant ſolùm fundamenta templi iacta, ſed vos cœpiſtis ſuper illis ędificare, Inſpicite igitur attentè,quod hoc menſe adhuc ſemen frumenti iactum in terra,in exigum germen prodiit,& neque vineæ,neque arbores floruerunt, atqui vos videbitis,quàm verè ego his omnibus benedicam,id eſt quam vberes fructus vniuerſa producent.¶Habes lector miſeros Iudæos à tempore,quo è Babylonia in Iudæam redierunt, ſterilibus annis nimis fuiſſe afflictatos, Nec dubito, quin propterea eos rediiſſe pœnituerit.¶Interim ne credas à templi ędificatione,ſteriles annos ceſſauiſſe,imò verò anno.6.Darij templum abſolutum eſt,anno porrò 20.Nehemias in Iudæam venit:& tunc grauiſſimè annonæ inopia Iudæi premebantur.adeò vt filios & filias venderent, pro frumento.Lege Nehemiam. Ergo per 10.aut.15. annos annotum benedictionem,pro templi ædificatione Dominus dedit. *Nehe.1.* *Nehe,5*

IIII.PROPHETIA

Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Haggæum.in viceſima & quarta menſis:dicens, Loquere ad Zorobabelem ducem Iuda dicens.Ego mouebo cælū pariter & terram:& ſubuertam ſoliū regnorum:& conteram fortitudinem regni gentium,& ſubuertā quadri-

tea in Perſia regnauerat. Qua ratione Græci& Hebręi chro nici conciliabuntur.¶ Iam licet Cyrus facultatem Iudæis feciſſet templi ædificandi:at gentes vicinæ Iudęis,Cyri conſiliarios corruperunt,vt toto Cyri tempore opus templi intermitteretur.Ita apud Eſdram. ¶ Cyro à Tamyti occiſo,
1.Eſd.4.a ſuccedit Cambyſes de quo nulla eſt in Sacris literis mentio. Quia præfectus contra Ægyptios & Æthiophes, nihil habuit cum Iudæis.¶ Cambyſi,Magi furtim ſuccedunt ſeptem menſibus ſolum.Neque de eis vlla mentio. ¶ His ſuccedit propter hinnitum equi, Darius Hiſtaſpis filius, qui initio regni ſuccepit accuſationem contra Iudæos.
1.Eſdr. 4 Hunc credo vocari Aſſuerum ac Eſdra. ¶ Huic ſuccedit Xerxes eius filius,vt eum nominat Herodotus, & Plutarch⁹
Eodem. ſed Artaxerxes vocatur ab Eſdra. Hic per epiſtolam vetuit templum ædificari.¶ Ceſſat igitur ædificatio templi à ſecundo anno,monarchiæ Cyri per omnes annos Cambyſis Darij Hiſtaſpis,& Xerxis.Id eſt ceſſat per quadraginta annos quibus hi regnauerunt, vſque ad ſecundum annum Darij
Hero.li.6 Lõgimani,Regis Perſarũ.¶ Succedit igitur Xerxi eius filius Darius Lõgimanus Artaxerxes.Quæ vox(vt tradit Herodotus)ſignificat magnum bellatorem:vt vox Xerxes bellatorẽ ſignificat Huius Longimani ſecũdo anno cõceditur Iudęis latiſſima facultas,ab eodem Dario,vt ſuum templum ędificent ea facultas ad longum habetur ab Eſdra.¶ Huius anni
Hagg. 1 menſe ſexto id eſt Auguſto, cum Iudæi ex multo ſemine ſteriles nimis meſſe percepiſſent, ſpiritus Domini afflauit
1.Eſdr. 9 Haggæum,afflauit& Zachariam,vt acerrimè inſtigarent
Zac.1 principes Iudæorum, ipſoſque Iudæos,ad templum ædificandum.Illi ſtatim operi manus admouent,ędificãtque di-
3.Eſdr. ligentiſſimè,& intra annos.6.Id eſt,anno ſexto Darij Longimani templum abſoluunt.¶ Vnde habes intellectum verbi illius.Quadraginta ſex annis templum ædificatum eſt,& tu tribus diebus excitas illud. ſcilicet quadraginta annis à Cyro,ad Darium Longimanum,& ſex annis huius Lon-
1.Eſdr. gimani. ¶ Vnde etiam colliget eruditus lector,à ſecundo
Ioa.2 monarchiæ Cyri anno,ad primum annum Longimani ſolos,40.annos interceſſiſſe.Iam ad Haggæum.

CAPVT I.

IN Anno ſecundo Darij regis,in menſe ſexto, in die vna menſis, factum eſt verbum Domini in manu Haggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda. & ad Ieſum filium Ioſedec, ſacerdotem

ſacerdotem magnum dicens. Id eſt, Hæc Haggæi prophetia contigit, ſecundo anno imperij Darij regis. Hic Darius vocatur Artaxerxes Longimanus, filius Xerxis. ſeu etiam Artaxerxis (vt Eſdræ vocatur.) Qui Longimanus fuit nepos Darij Hiſtaſpis, qui Magis occiſis Cambyſi ſucceſſit.

¶ Multa dixi, quæ quam ſint certa, libet oſtendere. Primũ apertè Herodotus dixit ſcilicet, Artaxerxem, quem Longimanum dicimus, filium fuiſſe Xerxis, & hunc Darij, & hũc Hiſtaſpis: ita cuncti idonei tradunt Autores, Herodotus, Plutarchus, Iuſtinus, Euſebius, Hierony. Volaterranus, Antoninus. & reliqui. ¶ Cum igitur Eſdras ante hunc Longimanum ſtatuat Artaxerxem, & ante eum, Aſſuerum, cogimur vt credamus, Eſdram nominaſſe Xerxem, Artaxerxem & Darium Hiſtaſpis, Aſſuerum: vt conueniat Eſdras cum aliis hiſtoricis omnibus. Ac ita, Darius Hiſtaſpis Aſſuerus ſi pater Xerxes Artaxerxes, ſit eius filius, Darius Artaxerxes Longimanus ſit nepos. Hæc tantopere preſſi, quia in eis multos lapſos video ¶ Igitur hæc Haggæi prophetia contigit anno. 2. Longimani, qui erat quadrageſimus à reditu Iudæorum è Babylonia in Iudæam, & erat centeſimus decimus ab eorum tranſmigratione: & erat nonageſimus à templi deſolutione. ſub Nabuchodonoſore. Siquidem à Iudæorum, migratione ad migrationem ſunt 70. anni vt habet Ieremias. Porrò ab anno. 2. remigrationis: ad templi abſolutionem ſunt. 46. anni. vt Iudæi, qui id benè nouerant aſſeruerunt. Quæ dixi, quia in his Rabini magnopere errant, & Latinos eorum ſequaces errare faciunt.

1. Eſdr. 4 · *Herodo. li. 6* · *Herodo. lib. 6* · *Plut. vita Artax.* · *Iuſt. lib. 1* · *1. Eſd. 4* · *Iere. vlt.* · *Rabini* · *Exod. 12* · *Luc. 24* · *Hos. 1*

Igitur anno ſecundo Longimani menſe ſexto, ideſt Auguſto (incipitur enim Iudæis annus à Martio) die vna. id eſt prima. Nam Iudæi vnam diem dicunt, pro prima die, vt illud. Factum eſt veſpere & mane dies vnus, id eſt primus, & vna ſabbatorum, prima ſabbatorũ. ¶ Dices, quorſum meminit & menſis, & diei. quo ſua prophetia facta eſt? Certè menſis. quia accommodatiſſimus habendę concioni, ſeminauerant enim & non collegerant: & erat is menſis, quo ſpe colligendi fruſtrabantur. Diei verò meminit, quia anima ſuſcipiens lumen ſupernaturale prophetiæ non ſinit tãtum beneficium in ſilentio ſepeliri, diem ergo, menſem, & annum numerat, idq; meliore lapillo: iuxta illud, Confitemini memoriæ ſanctificationis eius. ¶ Porrò quis fuerit Haggæus ignoratur. ſcitur tamen. quod hanc prophetiam prophetaque concionem habuerit Ieroſolymis in templo *Pſal. 29*

fundato

fundato,non abſoluto.Nam infra dicit, Tēpus vobis eſt, vt habitetis in domibus laquæatis, & domus iſta deſerta. Deſignabat igitur digito domū, in qua côcionabatur.¶ Ad

D. Hiero. Zorobabel.Teſte D.Hiero.Zorobabel ſignificat,Hic Dominus Babyſonis,ſeu,hic princeps in Babylonia.Ratio nominis eſt.quia defuncto Nabuchodonoſore Euilmerodac honorem regium dedit Ioachino:quia Rex fuerat Iudæ, quâ

Iere.vlt. cauſa Iudæi in Babylone captiui Ioachinum,vt ſuumRegē tunc ſalutarunt,& venerati ſunt nec eum ſolum:ſed etiam Salathielem filiū eius:ac etiam Zorobabelē qui Salathiel ſucceſſit in principatu. Ideò vocatus eſt princeps Babylonis.ſcilicet princeps è Babylonia in Iudæam veniens.¶ Hic vocatur filius Salathiel. obijcies tu,mēdaciū eſſe in noſtro Propheta,Nam Zorobabel eſt filius Phadaie non Salathielis.eſt igitur nepos,non filius,vt in 1. Paralyp.dicitur. No-

2.Par.3. dum hunc variè conatur ſoluere magnus Abulem.loco di-

Abulenſ. cto.Ego verò ſine dubio credo,Pharadiā,defunctum,antequàm Salathiel moreretur: ac ita principatu caruiſſe: ſucceſſit igitur Salathiel in principatu Zorobabel,ideò de Phadaia nulla mētio. Principum enim memoria fit.non adeò generationum,Quæ cauſa mouit nunc Haggæum, poſtea

Zach.1. Zachariā,demum Matthæum,vt de Phadaia nihil diceret.

Math.1. ¶Porrò vocatur Zorobabel dux Iuda:non rex quia Ieremias prophetauerat de ſemine Iechoniæ,nullū futurum poſtea Re

Iere.22.g. gē nec futurum q poteſtatē regiā haberet.Porrò ſi nō Rex fuit Zorobabel,fuit dux.vt non auferretur ſceptrū de Iuda

Geneſ.49 nec dux de fœmore ei⁹,donec vēeritChriſt⁹. Igitad Zerobabelē,vt principē,fit ſermo Dni per noſtrum prophetā.¶ Fit etiam ad Ieſum ſacerdotē magnum,id eſt,cui ex genealogia conueniebat Pontificatus ſummus inter Iudæos, vt quia erat ex ſemine Aaron,& ex familia precipua.vnde neceſſario erant magni ſacerdotes Licet enim eſſent 24.ſortes & vices Leuitarum:ſors tamen prima erat Elazar· vnde erāt

1.Par.22 Pōtifices ſūmi Inde hic Ieſus ſiue Iohoſuaherat¶ Apertum verò eſt tam Zorobabelem, quàm hunc magnum Pontificem Chriſti geſſiſſe figuram.

Hæc ait Dominus exercituum, dicens,Populus iſte dicit, Nondum vēit tempus domus Domini ædificādæ.¶ Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ,dicens, Nunquid tempus vobis eſt,vt habitetis in domibus veſtris laqueatis:& domus iſta deſerta? Facilè hìc poteramus dicere populum mentitum,cum dicebat, Nondum venit tempus domus Domini ædificadæ.Sed ſuſpicor errandi

errandi occaſionem Iudæos accepiſſe ex verbis Ieremiæ: qui loquens de reditu Iudæorum in auitos fines, dicit. Et ędificabitur ciuitas in excelſo ſuo · & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur. Quia igitur non videbant ciuitatem Sionis in arce ędificatam, muriſque vallatam; nã muros poſtea Nehemias adiecit. ideò dicebant, tempus nondum eſſe templi ædificandi. Errabant tamen, quia ciuitas dicitur, non ſolum quæ cincta muro eſt: ſed etiam quæ plena domibus eſt licet muro ſit orba. At Ieroſolyma, & arx iam plenæ domib⁹ erãt. Nã filij Iſrael habitabãt in ciuitatibus ſuis vt Eſdras dicit. Ac proinde etiam in arce Sion habitabant. Aliam rationem poterant Iudæi comminiſci, ad differendam templi ædificationem, ſcilicet quia is annus erat ſeptuageſimus. Sed hæc ratio Zachariæ prophetæ, expectabit nos donec eum locum exponamus. ¶ Vt verò declaremus verbum illud, Factũ eſt verbũ Domini in manu Haggæi, libet annotare. dupliciter alicui fit verbum, & reuelatio Diuina. priore modo: ſi fiat illi ſoli. vt fit Paulo qui audiuit arcana verba, quæ non licebat aliis reuelare, quia Sacramẽtum Regis abſcondere bonum eſt poſteriore, quando Deus reuelat alicui, vt ipſe in publicum proferat: & velut in manibus populis oſtendat. Tunc dicitur verbum fieri in manu: id eſt velut in manibus ferri, vt conſpiciatur. Noua ſit lector argumentum Dei. Si habitatis vos in domibus, quarum tecta ſunt mille laqueis exornata, quomodo patimini me eſſe ſine domo? Quam igitur effuſi ſumus in delicias & honores noſtros quam negligentes in cultu & veratione Dei! At Chriſtus vult, vt in caput & pedes ſuos vnguentum etiam precioſum, effundatur.

Iere. 30. *2. Eſdr. 6* *2. Eſdre 3.* *Zac. 1.* *1. Cor. 12.* *Tob. 12.* *Ioan. 12.*

Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum: & intuliſtis parum. Comediſtis, & nõ eſtis ſatiati. Bibiſtis & non eſtis inebriati. Operuiſtis vos & nõ eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

Id eſt. Res veſtras attentius conſiderate. Seminaſtis multũ, & non fuit parum in area: at intuliſtis parum in horrea. frumẽto velut elabẽte per manus veſtras. Comediſtis multum: nec tam multo cibo ſatiati eſtis. Bibiſtis, & vinum nõ effecit in vobis optatã iocunditatem. Quin nec veſtes dant vobis calorem, quem dare ſolebant: & qui operas ſuas locant, inde multos nũmos percipientes, videntur eos perdidiſſe, ac ſi eos in ſaccum perforatum conieciſſent. ¶ 1. O vtinam Chriſtiani ponerent corda ſua ſuper viis ſuis: & intellige-

telligerent.an via qua ambulant ad infernũ vergat,an verò in cœlum?ô ſi cogitarem vias meas, vt conuerterem pedes
Pſal.118. meos in teſtimonia tua?Poſuiſti in nobis De⁹ oculos,vt am bularemus in viis Domini:at nos cœci eſſe volumus:& du-
Proclus l. de cau. ces cæcorum.¶Notandum,quàm verè proclus dixit. Cauſa prima prius,& magis operatur,quàm ſecunda.Nam cauſa prima ſuam actionem ſubtrahente,qui multum ſeminat, etiam ſi multum inde naſcatur,parum in horrea congerit. qui multum bibit, non capit iucunditatem ex vino. Imò
Matt.28. retrahitur Solis lumen, in Chriſti paſſione. Cætus non co-
Ione.2. quit Ionam.Ignis non adurit iuuenes in fornace.¶Nota i-
Dan.3. tem,olim in cõuiuiis fuiſſe vſum lautius bibendi:ac ferè ſe-
1.Re. 25. inebriandi:vt Nabal Carmeli & fratres Ioſephi fecerunt.
Gen.43.g *Hac dicit Dominus exercituum,Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.Aſcendite in montem: portate ligna,& ædificate domum: & acceptabilis mihi erit:& glorificabor,dicit* Dominus.Id eſt, res veſtras,& commoda veſtra conſiderate:vobis ipſis conſulite, vtque omnia vobis fœliciter cedant,res Dei diligẽtius procurate.Ite igitur in montem Libanum: inde portate ligna cedrina.Sicut Salomon olim adduxit ędificate mihi tẽplũ,
3.Reg. 5. ſicut ille olim ędificauit.Erit mihi domus illa accepta.In ea vtique reſponſa dabo:in ea preces veſtras exaudiam,ex ea fauorem meũ vobis impendam:ac ita vobis fauens:à vobis & ab aliis glorificabor. ¶Habes lector, quâ ratione velit
Vide,3. Reg.8. Deus ſua templa à nobis ædificari,ſcilicet in commodum noſtrum:& gloriam ſuã. vt ſcilicet nobis ille ſua beneficia conferat:& nos illi laudem & gloriam decantemus.

Reſpexiſtis ad amplius. & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum:& exufflaui illud.Quam ob cauſam,dicit Dominus exercituum.Quia domus mea deſerta eſt:& vos feſtinaſtis,vnuſquiſque in domum ſuam. Id eſt. Sperabatis ex ſemente veſtro multo, fructuum etiam multum, at ecce ex area ad horreum,factum eſt minus.Inferebatis enim ex area in domos veſtras & in ipſa via,frumentum vobis euaneſcebat, perinde ac ſi ego exufflarem illud.& id vobis eriperent venti. Cur ita? quia domus mea deſerta eſt: & veſtræ magna diligentia à vobis ædificantur.

Videlſait *Propter hos ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem: & terra prohibita eſt,ne daret germen ſuũ. Et vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes:& ſuper triticum:& ſuper vinum,& ſuper oleum:& quæcunque profert humus & ſuper homines:& ſuper iumenta:& ſuper omnem laborem manuum.*Id eſt,vos ſeminaſtis multum:ego tamen

tamen prohibui cœlos,ne imbrem ſerotinum darent, quo deficiente terra non protulit herbam,eadem caruit humore,montes ſiccati ſunt:ne per medium eorum tranſirent aquæ & manarent fontes,perierunt igitur omnes fructus terræ imò & ipſi homines & iumenta laſſitudinem, & diſcraſiam ſentiebant: & mœchanicis ſuus labor, quantumlibet magnus non commodabat. ¶Nota precor,vnde ſalus hominum,& iumentorum pendeat. vnde etiam pendeat lucrum mechanicorum .ſcilicet ex voluntate Dei.Hæc facit ſana & robuſta corpora noſtra.Hæc facit, vt parum laboris multum afferat commodi,& contra,vt multus labor,velut in nihilum exuffletur.Iuxta illud. Non enim in arcu meo ſperabo.&c. *Leui.19.* *Pſal.103.* *Vide ſuper lib.1.* *Pſal.43.*

Et audiuit Zorobabel,filius Salathier:& Ieſus filius Ioſedec.ſacerdos magnus & omnes reliquiæ populi vocem Dei ſui,& verba Haggæi prophetæ,ſicut miſit eum Dominus,Deus eorum ad eos. Et timuit populus à facie Domini. Intelligo ego hæc verba, huiuſcemodi.Reuelauit ſe Deus huic prophetæ: cui mandauit, vt verba prædicta populo proponeret.Tunc propheta conuocauit Zorobabelem, & Ieſum pontificem, & vniuerſum populum:& coram frequentiſſima, concione dixit, ſe eſſe prophetam Dei, ab eo miſſum, vt eis verba ſequentia diceret. Propoſuitque prædicta verba Diuina: quæ credidit populus: & credidit etiam verba Haggæi, dicentis ſe eſſe prophetam miſſum ad eos à Domino deo. Timuit igitur populus à facie Domini in propheta loquentis. Et equidem ideò populus timuit, quia voluit Deus vt timeret.iuuit enim eum Deus ad timendum.

Et dixit Haggæus nuntius Domini,de nuntiis Domini populo,dicens,Ego vobiſcum ſum dicit Dominus. Et ſuſcitauit Deus ſpiritum Zorobabel,filij Salathiel,ducis Iuda,& ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni:& ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt,& faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui. Fieri poteſt,vt propheta aliquãdo deſtituatur lumine Dei:quod ſi tunc aliquid nuntiet,nũtium erit ſuum,non Dei, at propheta illuſtratus lumine Dei, & iuſſus aliquid nuntiare, confidenter dicit. Ego nuntius Dei legationem, & nũtium Dei vobis expono: & hoc nuntio vobis promitto fore, vt Deus vobiſcum ſit,adiuuans templi ædificationem: & faciens ne ab aliquo impediamini.Id eſt, quod Haggæus dicit, Ego nuntius Domini,ex nuntio & legatione Dei vobis affirmo fore,vt ego ędificationem templi promoueam, *2.Pet.1.*

dicit

dicit D⁻minus in me. Quo verbo audito tum principes,
tum populus accenſi ſe .uabant in opere templi. ¶ Mirum
verò eſt, quam paucis v⁻rbis, quam magnas faces Deus ac-
cendebant, quibus populus feruens ædificaret, faciebant, in-
quit, opus in domo domini exercituũ omnium ſcilicet An-
Iſai. 6. gelorum: & Stellarum. qui, vt habet cœlum ſuum templum
Pſal. 102. in excelſo, ita habere vult domum in nobis. faciebant opus
& 9. in domo eius quem meritiſſimè, illi vt Deum ſuum accep-
3. *Reg.* tauerant.

CAPVT. II.

II. PROPHETIA.

I*N die viceſima & quarta menſis, in ſexto menſe: in
anno ſecundo Darij regis.* Hæc verba aſſum. ũt ma-
Hierony. gni authores præcedenti capitulo. Ita habet
Lyranus. textus D. Hieronymi, & textus gloſæ ordina-
Vatablus. riæ: & Varabli, & Tygurini: & alij. At quia tex-
Pagninus. tus Hebræus, Sanctes, & Munſterus minimè à noſtro textu
diuarſant, neque mihi fas putaui, ab eo diſcedere. Itaque
ſequentibus, non verò præcedentibus ſunt hæc verba iun-
Remigius. genda. Licet Remigius, & Clarius iungunt præcedentibus.
Clarius. Senſus igitur ex ſequentibus pendet. *In ſeptimo menſe, viceſi-
ma & prima menſis factum eſt verbum Domini in manu* Haggai
prophetæ dicens. Senſus eſt. bis eſt facta reuelatio noſtro Pro-
phetæ. prius quidem die viceſima quarta menſis Auguſti. po-
ſterius verò in menſe Octobri, viceſima prima die eius, & v-
traque vice prodiit Propheta, & in publica concione hæc
dixit, quæ ſequuntur, quę quia ſunt celſiſſima, neceſſe fuit
bis reuelari, vt firmiſſima eſſe crederentur, ſicut & Pharao bis
idem ſomnium, vidit, in ſignum firmitatis.
Gen. 41. *Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda: & ad Ie-
ſum filium* Ioſedec *Sacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens
QVIS in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua
prima? Et quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi
non ſit in oculis veſtris? ET NVNC confortare Zorobabel, dicit
Dominus: Et confortare Ieſu fili Ioſedec, ſacerdos magne: & conforta-
re omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite. Quo-
niam ego vobiſcum ſum dicit* Dominus *exercituum: Verbum, quod pe-
pegi vobiſcum, cũ egrederemini de terra Ægypti, & Spiritus meus
erit in medio veſtri, Nolite timere.* Senſus apertus eſt. Loquere

Prophe-

propheta ad principem ſæcularem,& Eccleſiaſticum,& ad totam plebem. Quiſnam hic eſt, adhuc viuus, qui vidit templum Salomonis, antequam à Nabuchodonoſore vaſtaretur, & vidit illius gloriam, ſcilicet marmoreas columnas, iaſpidis & porphyritis lapides, parietéſque totos auro veſtitos. Nunc verò videt templum hoc ex impolito lapide ruditer conſtrui? Nam non videbitur hæc domus, comparatione illius nihil eſſe? At nunc nemo veſtrum deſpondeat animo. Ego enim & Verbum, (ſcilicet filius meus)& Spiritus ſanctus ſumus in medio veſtri. Igitur ne timeatis. Hactenus literæ ſenſus, in qua ſunt tria notãda. ¶ Primum eſt: A deſolatione templi, ad ſecundum annum Cyri, quo incipitur templum ædificari ſunt 60. anni. Porrò ab anno, quo incipitur templum ædificari, ad annum ſecundũ Darij, quo Haggæus dixit hæc verba ſunt anni 41. Nam templum ædificatur per 46. annos: vt Iudæi dicunt Ioannis 2. abſoluitur verò anno Darij ſexto. Ergo ſi aliquis puer ſeptem, octo, nouem, aut decem annorum à Nabuchodonoſore, è Iudæa abduceretur in Babylonem:& poſt 60. annos rediret in Iudæã, iam factus ſeptuagenarius, ſi perueniret hic ad centum & decem annos, poterat vidiſſe templum Salomonis, in antiqua gloria, & templum ſecundum in abiectione,& paupertate ædificari. Et certè Ieſus ſummus Pontifex, cuius ductu templum ſecundum ædificabatur, dicitur perueniſſe ad 130. annos. Lege eum librum, qui Breuiarium Philonis inſcribitur. Et tu lector intellige, in eodem omnino loco ſtructum templum ſecundum, in quo fuerat antiquum à Salomone ædificatum. Intellige ſecundò, cum hæc verba à propheta dicũtur, necdum templum abſolutum: nã quarto poſtea anno abſolutum eſt. ¶ Alterum notandum & adorandum eſt, verbum Dei quo dicit, confirmamini, nam licet domus hæc ſecunda ſit priore longiſſimè inferior, ego tamen vobiſcum ſum. Senſus eſt, Quærenda ſunt planè templorum ornamenta gaudendum de templo, quod auro & argento reſplendet. Sed potiſsimè ſpectandus eſt Deus, qui in templo placatus, & propitius nos reſpicit. Quid enim prodeſt templum ſine Deo? Et quàm multum Deus etiam ſine templo poteſt? Ergò ô Zorobabel, ô Ieſus, ô viri erigite animos. Nam in templo hoc licet vili, ego ſum, & à templo illo tam glorioſo, diſceſſi. Ego ſat ſum, pro gloria templi. ¶ Tertium notandum magnopere eſt. Ego, inquit: Verbum,& Spiritus meus. Num non hic eſt aperta

4.Re.vl.

Ioan.2

Philo.

D.Hiero. mentio ſanctiſſimæ Trinitatis. Gratiæ D. Hieronymo, qui huius rei nos primus admonuit. ¶ Sed dicit Hebręus dictionem verbũ habere articulum accuſandi caſu, non verò nominandi, reſpondet Chriſtianus, articulum illum licet frequenter faciat accuſatiuum: non ſemper tamen: vt Grammatica docet. ¶ Dicit Theologus, quomodo poteſt ſumi dictio, verbũ, pro filio Dei, ſiquidem ſubditur, verbum quod pepigi? Num filius Dei pangi poteſt? Ita planè, Nã Hebræis
Exo. 23. verbum ſumitur pro re. ac ita verbum pactum, eſt res pacta. Quia igitur Deus pepigit cum Iudęis egredientibus de Æ-
Iſai. 8. gypto, angelum ſuum, id eſt filium ſuũ (qui eſt magni cõſilij Angelus) fore cũ Iudæis in medio eorum, ideò filius Dei
Exo. 23. eſt verbum, quod pepigit Dominus, fore cum Iudęis etiam tempore Haggæi. ¶ Dicit curioſius, quorſum Deus dicit, ſe, & verbum, & ſpiritum futurum cum Iudæis in templo illorum, non ſat erat dicere, ſe eſſe cũ illis? Reſpondeo, ideò tres perſonas nominatas hoc loco quia ſtatim erat dicturus de Meſſia ſcilicet de ſecunda perſona Trinitatis, ideò pręmiſſa eſt totius Trinitatis expreſſio.

QUI I. *Ahac dicit Dominus exercituum, Adue vnum modicum eſt: & ego (2.) commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes, Et veniet (3.) deſideratu cunctis gẽtibus. Et (4.) implebo domum iſtam gloria. Dicit Dominus exercituum.* ¶ *Meum eſt (5.) argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum.* ¶ *Magna erit (6.) gloria domus iſtius (7.) nouiſſimæ, quam primæ. Dicit Dominus exercituum. Et in loco iſto dabo (8.) pacem, Dicit Dominus exercituum.* Adſit nobis Dominus exercituum, vt res tantas: perire poſſimus. Senſus huius partis eſt. Corroboramini Iudæi. quia non ſolum ego ero in hoc templo: ſed ad breue tempus mundo commoto, veniet in hoc templum Meſſias, qua cauſa maior maximè erit gloria templi huius, licet rudis, quàm prioris: licet glorioſiſſimi, hic eſt ſenſus. Iam ſingula excutienda ¶ 1. Adhuc vnum modicum, id eſt, hinc ad breue tempus veniet Meſſias, videlicet inde ad annum. 471. Cuius numeri ratio eſt. Anno. 2 Longimani, Haggæus incitat ad ædificandum templum, vt ipſe dicit. c. 1. anno 6. Longimani templũ abſoluitur. anno, 20. Longimani conceditur facultas ædificãdi Ieroſolymam, ex quo anno incipiunt numerari hebdo-
Dan. 9. madæ Danielis, igitur ex anno ad Chriſti natalem ſunt. 453. anni. His iunge 18. annos (qui fluxerunt à practica-

tione.

tione Haggęi ad 20. annum Longimaui) efficies 471. annos. Hęc videbis in mea hiſtoria apertius. Hoc verò tempus vocatur breue, & modicum, quia apud Deum mille anni ſunt vnicus dies. ¶ 2. Ego cõmouebo cœlos. &c. Huius loci interpres eſt Paulus; ſed eget ipſe interprętę nouo. ait enim declarat (Haggęus) mobilium translatione, tanquam factorum: vt maneãt, ea quę ſunt immobi ia. Id eſt, declarat cœlos & terram, & quę in eis ſunt immutanda, tãquam vetera: & per Chriſtum noua, & ęterna: & ideò immobilia, venire. Vbi nota, antequã Chriſtus veniſſet, omnia vetera fuiſſe, ſcilicet homines, legem, ceremonias. imò & terram. imò verò & ipſum cęlum. Nam prętererant duo mille anni legis: quatuor mille cœli: at per Chriſtum omnia hęc mouentur. Ecce, ait ego creo cœlos nouos, terrã nouam Ecce ſunt facta omnia noua. Nouus mundus adeſt: noui homines: lex noua: quia nouus ſpiritus per Chriſtum datus eſt, at ſpiritus nouus velut noua rerum eſt anima: vbi verò noua eſt anima, nouum eſſe quòd animatur neceſſe eſt. profectò, ſicut in ſecundo Chriſti aduentu, mutatur mundus, tranſit enim è ſtatu corruptionis, in ſtatum in corruptibilitatis: ita in priore Chriſti aduentu mutatus eſt mundus, è ſtatu culpę, in ſtatum gratiæ: imò cœpit tunc fieri, quod in fine mundi perficietur, idem enim eſt regnum cœlorum in noſtra Eccleſia, quod erit in ęternitate: vt Caietanus aſſeuerauit. ¶ Specialis verò de gẽ ibus commotis mentio eſt: eò enim mundus mouetur, vt gentes moueantur: & gentes motę ſunt, quando ſuſcepto Euangelio, è te renis fiunt, cœleſtes: ex carnalibus ſpirituales: ex inimicis Dei, Chriſti fratres, Dei filij, & eius hæredes efficiuntur. ¶ 3. Et veniet deſideratus cunctis gentibus. Hebræa litera habet: Et venient deſiderium omnium gentium. quod quàm difficile ſit nemo non videt, ſi dixiſſet. venient deſideria gentium: aut veniet deſiderium gentium, apertius eſſet: nũc verò occluſum eſt, cum dicat, venient, in plurali: deſideriũ in ſingulari. Memor hoc loco ſum illius verbi, quod initio Geneſis habetur, In principio creauit potentes cœlum & terram. Id enim valet textus Hebręus. Ergo ſicut eo loco in verbo ſingularis numeri indicatur vna potentia creãtis: & in nomine potentes, tres perſonę creantes: ita & in textu noſtro per verbum venient, indicatur filius Dei, anima & caro concurrentes ad conſtitutionem Chriſti Dñi noſtri. Sed per vocẽ deſideriũ deſignatur vnitas pſonęſi

2. Pe. vlt.
Heb. 12.
Iſai. 43. 65. 66.
2. Cor. 5.
Gala. 6.
Caieta. in Mat. c. 5.
Cor. 1. 15.
Rom. 5.
Gen. 1.

lij Dei in humana natura. Igitur cum propheta in reuelatione videt naturam Diuinam & humanam, ad vnionem concurrere, dixit venient Cum verò videt vnum ſuppoſitũ, in vtraque natura, dixit deſiderium, nõ deſideria.

¶ Et equidem Chriſtus vocatur deſiderium cunctarum gentium. & alibi deſiderium collium æternorum, quia ſi-
Gen.46 cut in Chriſto ſunt theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei, ita ſunt theſauri omnium bonorum, quæ vniuerſæ gentes poſ-
Coloſſ.2 ſunt deſiderare, Iuxta illud, in me: omnis gratia vitæ, & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & virtutis: & reliqua multa,
Eccl.24 quę in hunc finem à Dei filio dicuntur. Sed hęc longius exponere infinitum negotium erit. Si tamen cupis hęc generalia, preſſius & perſpicies dicta, lege Sapientiam ibi vi-
Sap.8 debis, quomodo in Sapientia, Verbo, Dei filio, atque Meſſia ſunt omnia quę cuncti mortales cupere poſint. ¶ 4. Et implebo domum iſtam gloria. Certè cum Salomon ſuum
2.Paral. 5. templum abſoluit, gloria Domini compleuit domum, id eſt, nubes quædam, & caligo de cœlo deſcendens. Quanto
Luc.2 maior gloria impleuit templum quãdo B. Virgo. & Ioſeph induxerunt puerum in templum? Erat enim pueri caro nobilior multo nube, quæ Verbi Diuinitatem obtegebat. Num non credis innumeros tunc Angelos aſtitiſſe, vt viderent, quomodo ſe filius traderet patri, quomodo pater fi-
Ioſephus. lium reciperet? ¶ 5. Meum eſt aurum, ò quàm Diuinè Deus hanc rem explicat, Iudæos reuincit: Chriſtianos docet.
Pſalm.15 Fateor, inquit, non eſt hæc domus auro reſplendens: ſed ego non adeo moror aurum. non egeo auro. omne enim aurum eſt meum. Num non igitur maius ornamentum
Rabini. eſt templi, Chriſtus in templo, quam aurum in templo. Fateor, Herodes hoc templum auro veſtiet. & argento. Sed hanc gloriam templi eſt nunc, profiteor me non curare: nã bonorum veſtrorum non egeo. Quod curo, quod ſuſpicio, eſt Chriſtus in tẽplo, ¶ Maior erit gloria domus huius. Docuere nos Rabini. multa inſigniſſima' fuiſſe in templo
Vi.Galat. priore: quæ minimè fuerunt in poſteriore, ſci. ignis de cœlo deſcendens, & holocauſta comburens Gloria Dei, quæ in Propitiatorio inter Cherubin intra Sancta Sanctorum appparere ſolebat. Spiritus Sanctus, qui in templo cum Prophetis loqui conſueuerat. Arca teſtamenti. Ratione iudicij, quod ferebat in pectore Pontifex: vbi erant Thumin & vrin. Porrò in arca erat vrna Manna: Lenticula olei vnctionis (vt traditio dicit) erat virga Aaronis cum

amigdalis

amigdalis ſuis.& erat Capſella,quam pro ſuo peccato miſerant Philiſtæi,En quibus ornamentis glorioſum reddebatur templum antiquum.At per aduentum Meſſiæ in templum poſterius,ornatius,& glorioſius multò maximè redditur hoc,quam illud.Quanto maior eſt gloria Dei, quàm creaturarum filij, quàm ſeruorum : veritatis, quàm figurarum : lucis, quàm vmbræ. Maior igitur erit gloria templi ſecundi,quàm primi.¶7. Nec ſilentio prætereiri debet verbum illud, domus huius nouiſſimæ. Ergo poſt eam domum ſecundam,nulla amplius expectanda eſt, Si igitur Titus aduſſit domum ſecundam, non eſt quod Hebræi aliam ſperent. Si igitur Meſſias venturus erat in eam domũ, & illa iam abſumpta eſt, Meſſias profectò iam venit, Sed hæc doctiſſimè & fuſiſsimè leges in Galatino.¶9. Demũ dicit Dominus, in loco iſto dabo pacem. Quæ verba ſine dubio grande myſterium indicant. Tu lector maiora, nos interim hæc.Cum Chriſtus crucifigitur in Caluaria, Deus aderat præſens ſpeciali ratione,in ſuo templo. Chriſtus ſe in Caluaria Deo offerebat.Deus holocauſtum illud in templo recipiebat.Chriſtus pacem ſuo holocauſto hominibus precabatur:Deus hominibus eo holocauſto placatus, reconciliabatur.pacemq; nobis eo in templo donabat.Ergo Chriſto in Caluaria moriente,Deus in templo pacem nobis tantopere deſideratam largitus eſt.Quamuis enim peccatores nunc propter peccata ſint Deo inimici:at propter Chriſtum ſunt reconciliati,& amici.vt Iudæi propter gentes ſunt inimici : ſed propter patres ſunt chariſſimi. quod Paulus nos docuit.

traditio *1.Re.16* *Hab.3.* *Gala.li.4 c.9.* *Epheſ.2.* *Rom.11*

III. PROPHETIA.

In vicesima & quarta noni menſis,in anno 2.Darij regis, factũ eſt verbum Domini *ad* Haggaum *proph.dicens Hæc dicit Dominus deus exercituũ,Interroga Sacerdotes legem,dicẽs.Si tulerit homo carnem ſanctificatã in ora veſtimenti ſui,& tetigerit de ſummitate eius panẽ,aut pulmentum,aut vinum aut oleum, aut omnem cibum nunquid ſanctificabitur? Respondẽtes autem* Sacerdotes,*dixerunt, non. Et reſpondit Aggæus, & dixit,Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his nunquid contaminabitur? & reſponderunt Sacerdotes & dixerunt, contaminabitur. Et reſpondit* Haggæus *& dixit. Sic populus iſte:& ſic gens iſta ante faciem meam. dicit Dominus & ſic omne opus manuũ eorũ & omnia quæ obtulerũt ibi cõtaminata erũt.*

vt exprimeritis.50.lagenas, & fiebant.20. ercuſſi vos vento vrente & aurigine,& grandine omnia opera manuum veſtrarum: & non fuit in vobis.qui reuerteretur ad me,dicit Dominus.Ponite corda veſtra,ex die iſta,& in futurum, à die viceſima & quarta noni menſis,à die qua funda.menta iacta ſunt templi Domini.ponite ſuper cor veſtrũ, Nunc iam ſemen in germine eſt: & adhuc vinea,& ficus,& malum granatum,& lignum oliuæ non floruit ex die iſta benedicã;

Litera aperta eſt,habet enim hunc ſenſum, Attentè conſiderate quadraginta præteritos annos,numerando eos ab hoc anno præſenti,in quo ſuper fundamentis olim iactis, cœpiſtis lapideos parietes conſtruere:& inuenietis, quod aceruus frugum poſitus in area, vnde ſperabantur viginti modij,ſolos decem proferebat. & aceruus vuarum in torculari,vnde ſperabatis 50.lagenas,ſolas viginti exhibebat. Tunc percutiebam herbas,& arbores veſtras vento,qui eas adurebat: aurigine quæ fructus corrumpebat, grandine, qui omnia excindebat:at vero nec ita percuſi,conuertebamini,vt templum meum ædificaretis. Nunc tamen contra fiet. Attentiſſimè inſpicite tempora futura, incipiendo à die 24. menſis Nouembris, qua die erant ſolùm fundamenta templi iacta, ſed vos cœpiſtis ſuper illis ędificare, Inſpicite igitur attentè,quod hoc menſe adhuc ſemen frumenti iactum in terra,in exigum germen prodiit,& neque vineæ,neque arbores floruerunt, atqui vos videbitis,quàm verè ego his omnibus benedicam,id eſt quam vberes fructus vniuerſa producent.¶ Habes lector miſeros Iudæos à tempore,quo è Babylonia in Iudæam redierunt, ſterilibus annis nimis fuiſſe afflictatos, Nec dubito, quin propterea eos rediiſſe pœnituerit.¶ Interim ne credas à templi ędificatione,ſteriles annos ceſſauiſſe,imò verò anno.6. Darij templum abſolutum eſt,anno porrò 20.Nehemias in Iudæam venit:& tunc grauiſſimè annonæ inopia Iudæi premebantur.adeò vt filios & filias venderent, pro frumento.Lege Nehemiam. Ergo per 10.aut.15. annos annotum benedictionem,pro templi ædificatione Dominus dedit.

Nehe.1.

Nehe,5

IIII.PROPHETIA

Et factum eſt verbum Domini *ſecundò ad* Haggæum.*in viceſima & quarta menſis:dicens, Loquere ad Zorobabelem ducem* Iuda *dicens.Ego mouebo cælũ pariter & terram:& ſubuertam ſoliũ regnorum:& conteram fortitudinem regni gentium, & ſubuertã quadri-*

gam, & aſcenſorem eius: & deſcendent equi. & aſcenſores eorum: vir in gladio fratris ſui. ¶ *In die illa Dicit Dominus exercituum, aſſummã te Zorobabel filij Salathiel, ſerue meus dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum, Quia te elegi dicit Dominus exercituum.* Eodẽ die bis facta eſt Hag. reuelatio, ſcilicet tertia iam expoſita: & hęc ita, cuius ſenſus videtur eſſe, Ego mouebo cœlos, in eis prodigia faciendo: moue. ter. vt bellis exardeat & per Alexand. Macedonem ſubuertam ſolium regni Perſarum. quod tunc. 127 prouinciis imperabat: tunc conteram
1. Mach. 1 potentiam illam Darij, quæ videbatur inuicta. ¶ Sed omni-
Vide Ioſephum. bus regnis coram Alexandro cadentibus, Zorobabel, id eſt dominum Zorobabelis, non cadet: imò verò ſeruabitur, vt
1. Mat. 1 ſolet annullus aureus ſignatorius in digitis ſeruari, ne cadat. ¶ Notiſſima eſt hiſtoria Alexandri qui cum omnes gẽtes ferè deuiciſſet, cum copiis Darij congreſſus ipſum vicit. Nam ingens pluuia venit contra Perſas. eo miraculo de cœlo facto, Deo oſtendente ſe Alexandro fauere. Videt cœlos, terramque commotam, & regnum Perſarum ab Alexãdro ſubactum? ¶ His adde dum Alexander Ieroſolymam contendit, eã vaſtaturus, obuiã illi procedit Iaddus: Iudæorum antiſtes, Pontificiis veſtibus ornatus. deſilit equo Alexander. Iaddum adorat. rei nouitate, ſui attoniti, eum rogant, cur Iudæum adoraſſet, reſpondit. ſe eo habitu vidiſſe Deum, qui Aſiæ imperium illi promiſit, quâ ratione Iaddum veneratus erat: & tunc libertatem ac immunitatem Iudæis dedit. Num non vides quomodo Deus ſeruarit Zorobabelem, id eſt Iudęorum dominum à Macedonis iniuria? Nam Iudæos Alexander tunc æſtimauit, vt rem nimis pretioſam & vt annulum, quem Deus in ſua manu & protectione tenebat. ¶ Tritum verò eſt vocare dominum Iudæorum nomine Iſrael, nomine Iuda, ac ita nunc nomine Zorobabelis. Ergo in hac quarta prophetia promittitur regno Iudææ immunitas, in mediis totius orbis calamitatibus quæ (vt dixi) per Alexandrum illi contingit.

* * *

IN ZA-

IN ZACHARIAM.

CAPVT. I.

PRouocat Iudæos ad vitam meliorem. Secundò, promittit Deus fore, vt templum ædificetur, & Ieruſalem muris cingatur. & ciuitates vaſtatæ in Iudã fœlicitate fiuãtur. Tertiò promittitur terror, & deiectio hoſtium Iudæ. *Protheoria*

IN Menſe octauo, in anno ſecundo Darij regis, factum eſt verbũ Domini ad Zachariã, filium Barachiæ, filij Addo Prophetam, dicens. Tres fuiſſe Darios Lector agnoſce. Prim⁹ de quo loquitur Daniel. *Dan. 5.9*
Secundus, de quo Eſdras ſub nomine Aſſueri
(quãtum exiſtimo.) Tertius, de quo nunc noſter Propheta. *1. Eſdr. 4*
Primus fuit Medus. vt Daniel cap 5. dicit: & de Semine: Mę-
dorum. Secundus Perſa filius Hiſtaſpis, & aliorum, quos *Dan. 5*
Xerxes huius Darij filius commemorat apud Herodot.
Tertius huius ſecundi Darij Nepos: & Xerxis filius, vt idem
Her. & omnes aſſeuerant. Primus regnat in Babylone, ſimul *Herodo.*
cum Cyro, poſt Balſaſarem, quem ambo interemerunt, vt *lib. 7*
eſt apud Da. id ita Cyro volente. Secundus regnat in perſi- *Herod.*
de, poſt Sambyſem & Magos, quos ipſe interfecit ſui equi *lib. 6*
hinnitu ipſum eligente, vt eſt apud Iuſtinum, Herodotum *Dan. 5.9*
Volaterranum, & omnes. Tertius regnat in perſide poſt pa- *Her. li. 3*
trem ſuum Xerxem. ait Herod. Primus eſt Aſtiagis Medorũ *Iuſtinus.*
regis filius vt aſſerit Ioſephus, qui Danielem habuit chariſ- *Hero. li. 7*
ſimum: adeò, vt eum ſecum in Mediam abduceret. vbi Da- *Ioſe. l. 10*
niel turrem inſigniſſimam ędificat, quæ ſepultura fuit re- *c. 13. ſine.*
gum Medorum. vt eodem loco Ioſephus habet. Secundus *Idem. c. 14*
fuit filius Hiſtaſpis, quia non Rex, ſed miles fuit Cyri, con- *Hero. li. 1*
tra Maſſagetas dimicantis. Tertius fuit Rex, filius, & nepos *Hero. li. 7*
regum. ¶ Hęc tantopere preſſi, vt doceam prophetiam hãc nihil ſpectare ad primum Datium, qui eam per 40. annos anteceſſit. Nec ad ſecundum Darium, cuius annus 2. preceſſit hanc prophetiam, vt credo, ferè per 30. annos, videlicet per tempus quo ipſe & ſuus filius Xerxes regnant. Et euidenti ratione poſſum monſtrare, hanc prophetiam & Haggæi non pertinere ad hunc Darium: id quod facere ſuperſedeo ne nimis remorer lectorem. Ergo ſecundo anno Darij Longimani Artaxerxis, filij Xerxis, nepotis Darij Hiſtaſpis hęc præſens prophetia facta eſt. ¶ Quia verò Za-

charias apud Eſdrã dicitur filius Addo,ipſe vero Zacharias hoc loco filium ſe dicit Barachiæ nepotem Addo,tu lector 1.Eſdr. 5. certò crede patrem Zachariæ fuiſſe Binomium, vocatumq; & Barachiam, & Addo. At ita Zacharias conuenit Eſdræ. ¶Neque dubium eſſe debet,quin Addo vir fuerit notus, alioqui fruſtra ſuus cum filius nominaſſet. Sed iam audiamus verba Prop. *Iratus eſt Dominus ſuper patres veſtros iracundia. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.* Quia Propheta in hac reuelatione videbat Deũ non in eſſentia.ſed in maieſtate magnifica, circundatum exercitibus Angelorum:hanc tantam Dei gloriã tacere Propheta non poteſt,ſed vbi poteſt,eam inculcat,dicens,iterum Iſa 6. ac tertiò Dominus exercituum.¶Porrò planè propheta docet Iudæos,è captiuitate reuerſos,non rectè vixiſſe. ſed à Domino oculos auerſos habuiſſe. Alioqui non dixiſſet Dominus,cõuertimini ad me. Toti,igitur erant rebus temporalib.intenti:& vt Hag.dicit de domorum ſuarum vtilitate ſoliciti. ¶3.Nota magna nobis conſolatio eſt,quod ſi poſt ſexHag.1.c. centa crimina ad Deum conuertamur, Deus ſe conuertet ad nos. Ita enim illum obligatum his ſuis verbis agnoſcimus.¶Dices quomodo igitur dictum eſt,Cum extenderitis Exec. 18. manus veſtras non reſpiciam. Et tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane conſurgent ad me, & non inuenient Iſai.1. me.De hac controuerſia alibi dixi:nunc breuiſſimè repeto. Prou.1. Senſus literæ noſtræ eſt.Conuertimini ad me,in veritate,in toto corde veſt.& ego conuertar ad vos.Inquit Moſes,Cum quæſieris Dominum,inuenies eum,ſi tamẽ toto corde quæMich.3. ſieris Si manus veſtræ non fuerit ſanguine plenę &c. ¶Tu Abac. 1. Theologe nota,non eſſe prius nos ad Deum conuerti:& poDeut. 4. ſterius Deum cõuerti ad nos.Prius enim eſt Deum ſe ad nos Iſai.1. conuertere:& tum nos ad ſe conuertere.iuxta illud,Cõuerte nos Domine,& conuertemur,& ne mo venit ad me,niſi Pater qui miſit me traxerit eum.ſed his ſcholæ ſunt plenè.

Neſcitis ſicut Patres veſtri,ad quos clamabant prophetæ priores, Thre.5. *dicentes.Hæc dicit Dominus exercituum. Conuertimini de viis ve-* Ioan.6. *ſtris malis,& de cogitationibus veſtris peſſimis: Et non audierunt neque attenderunt ad me, dicit Dominus Patres veſtri vbi ſunt? Et Prophetæ nunquid in ſempiternum viuent? Veruntamen verba mea & legitima mea,quæ mandauit ſeruis meis Prophetis, nunquid non compre-*

comprehenderunt patres veſtros? & conuerſi ſunt & dixerunt: Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis ſecundum vias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras fecit nobis. Conuertimini, ait ad me:ne ſitis obſecro,vt patres veſtri,ad patres veſtros cla mabant omnes Prophetæ, qui præceſſerunt Babylonicam captiuitatem clamabant inquam dicentes. Dominus exercituum non Angelus,non Rex,nō aliquis homo:ſed Deus ipſe vos admonet,vt deſeratis peccata,quibus toti indulgetis, at ipſi hæc paterna monita nihil curabant: & impudentiſſimi tantum Deum non attendebant. Precor nunc vos, num non patres veſtri captiui in Babylonia perierunt?Num ſemper habebitis Prophetas ad manum:qui vos,vt ad Deū conuertamini admoneant?Nunquid non vidiſtis,quomodo omnes minæ meæ,& omnes calamitates, quas patribus veſtris prænunciaui,illos comprehenderunt? An ignoratis quod patres veſtri calamitatibus in eos ingruentibus, & à virorum ſomno velut eos excitantibus, ſerò tandem ad ſe reuerſi,& vexatione dante intellectum,dixerunt, rependit nobis Dominus ſecundum peccata noſtra:& retribuit nobis iuxta nequiſſima ſtudia noſtra. Si hæc videtis in patribus cur non timetis in vobis?¶ Verbum primum, Ne ſitis ſicut patres veſtri,eſt efficaciſſimū argumentum,à recenti, familiari,& domeſtico exemplo deductum. Cur non timetis, quod nunc in parentibus vidiſtis?¶ Verbum ſecundum,clamabant Prophetæ priores, eſt apertum. nihil enim aliud Iſaias,Ieremias,& reliqui omnes clamabant, quam vt relictis ſtudiis malis ad Deum conuerterentur.¶ Tertium verbum.num Prophetæ in perpetuum viuent.admonet,quàm inſigniſſima nos Deus gratia afficiat, cum Prophetam nobis indulget.Eſt enim Propheta dux populi: curru& aurige Iſraelis.at culpa ſua populus ſæpè hac gratia priuatur.Mandabo enim,ait nubibus meis,ne pluant ſuper eos. ¶ Quod autem in ſe reuerſi dixerunt. Fecit Dominus in nobis quæ voluit,gratiæ ſunt illis agendę: quod non dixerint, caſu id eueniſſe,ſicut olim Philiſtæi dicere voluerunt.

4.Re.vlt. *Iſ.i.28* *Iſai.2.3 21.31.* *Ierem.2.3* *Oſee.1 &c.* *4.Reg.2* *Iſaia.5* *1.Reg.6*

II. PROPHETIA.

In die vigeſimaquarta, vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darij factū eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij

Ad do

Addo dicens. Hic menſis vndecimus reſpondet Ianuario noſtro. Et vox Sabath, dicitur potius eſſe Chaldæa, quàm Hebræa. Nec enim inuenitur in Sacris literis, quæ ante captiuitatem Babyloniæ ſcriptæ ſunt. Et quia Haggæus prophetat in 24 ſeptimi menſis. & in 24. noni menſis, & nunc Zacharias in 24. vndecimi menſis, non dubito, quin in his diebus populus olim conuenerit: ac ideò eos Dominus expectabat: vt ſui prophetæ coram plebibus congregatis concionem haberent. ¶ Aduerte verbum illud, dicens: vnde collige Zachariam non ſolum hanc viſionem vidiſſe, ſed eam etiam coram plebe dixiſſe, in demonſtrat verbum dicens.

Vidi per noctem, (2) & ecce vir aſcendens ſuper (3) equum rufum. Et ipſe ſtabat (4) inter myrteta, quæ erant in (5) profundo. Et poſt (6) cum equi rufi, varij, & albi, ¶ *Et dixi (7) qui ſunt hi Domine mi? Et dixit ad me angelus Domini qui loquebatur in me,* Ego oſtendam *tibi, quid ſint hæc. Et reſpondit vir, qui ſtabat inter myrteta. & dixit. Iſti ſunt quos miſit Dominus vt perambulent terram.* ¶ *(8) Et reſponderunt Angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt. Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. (9) Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? (10) Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona: verba conſolatoria.* ¶ Ante omnia lector intellige, hoc anno ſecundo Darij Artaxerxis Longimani, cuius ciuitas Ieroſolyma paucos habebat ciues, vt apud Nehemiā legimus: necdū erat illa muro

2. Eſd. 7. a cincta: vt ibidem videmus: necdum templum Dei parietes habebat. Tum etiam ciuitates reliquæ regni Iudæ erant

2. Eſ. 4. a ferè deſertæ, vt hic habemus. Tum demum tempora illa erant ſterilia, carebántque Iudæi rebus neceſſariis, his cau-

1. Eſd. 4. ſis bonus Zacharias mœrebat, orabat, flebat. Cui oranti

Hag. 1. oſtenſa eſt viſio iſta. Videt ille profundam vallem, amœnam illam quidem, vt quæ myrteta haberet copioſa. In ea valle adeſt Dominus, exercitibus Angelorum vallatus. Adeſt item vir, ſuper equo rufo: qui princeps vir erat. Nam eum ſequebantur multi alij viri, ſuper equis rufis, variis, & albis. Aderat etiam Angelus cuſtos Zachariæ. Tunc Zacharias rei mirandæ conſpectu attonitus, ſuum Angelum, quem ſibi familiarem agnoſcebat, interrogat. Qui eſſent equites illi? Angelus ad eum. Nunc ſile, ego poſtea id te docebo. At Princeps ille, equo rufo inſidens, rumpit moras, & docet, qui illi ſint, dicens. Hi ſunt Angeli prouinciarum

ciarum,quorum ſingulos miſit Dominus ad prouincias ſingulas : vt referant quid agatur in vnaquaque regione. ¶Tunc Angeli prouinciarum referunt Principi illi, quid in quaque prouincia fiat,ſcilicet quòd ſit pax in vniuerſa terra, ſcilicet quòd illo menſe Ianuario illius ſecundi anni Darij, nullum eſſet bellū inter gentes.¶Tunc princeps ille ſumpta hac occaſione, præſentem Dominum precatur fœlicitatem Iudæorum. Adſtat Principi deprecanti, Angelus Zachariæ idem deprecans:adſtat Zacharias, idem deſiderans Dominus verò benignius reſpondet Angelo Zachariæ verba con ſolatoria,quæ poſtea narrabimus.¶Et hactenus hiſtoria:cui ſimilem lector habes in lib.Iob.Tunc enim Deus præſentibus Angelis ſuis, interrogat Satanam,quid ei de Iob videretur.Habes etiam ſimilem in lib Regum,vbi Deus vallatus *Iob* 1. exercitibus Angelorum,interrogat dæmones quis decipiet *3.Reg.vlt.* Achab? Ita nunc Deus coram Angelis promittit Zachariæ fœlicitatem. ¶5.Vallis profunda ſignificabat ſynagogam Iudæorum, eorumq́ue rempublicam:non excelſam illam, aut ſublimem:ſed exiguam,pauperem,& abiectam, vt paulò antè dicebam.¶4.Myrteta ſignificant viros pios, qui inter Iudæos tunc erant, velut myrti in horto plantati. Nam myrti expilantur , vt pulchrè fiant : ita profectò pij expilantur, & diſcinduntur: nam multiplicantur infirmitates eorum: & pij eam gratiam dant reipub. quàm hortis myrti. ¶2.Vir *Pſal.15.* ille princeps abſque dubio erat Michael Angelus. Nam quod Angelus Domini eſſet,manifeſtiſſimè dicitur hoc loco,nam Angeli prouinciarum reſpondent Angelo Domini, ſtanti inter myrteta.Erat igitur proculdubio Angelus Domini:& quia Angeli alij ſuper equis eum ſequebantur , manifeſtè monſtratur Angelum illum principem fuiſſe Angelorum : quem propterea illi Angeli ſequebantur. Quod verò eſſet ille Michael , mihi ſuadeo : quia Michael erat olim Princeps ſynagogæ : vt nunc eſt eccleſiæ noſtræ. Ita enim *Dan.12.* legimus in Daniele. Michael Princeps magnus , qui ſtat pro filiis populi tui. Si igitur hic vir ſtabat pro Iudæis,profecto Michael erat ille. ¶3.Quòd vero ſederet ſuper equo rufo, indicat Michaelem præeſſe Synagogæ continuò bellorum ſanguine rubenti. Michael igitur curam gerens ſynagogæ,& ei præfectus ſtat in medio eius,inter viros & electos tamen , quorum cauſa omnia Paulus fieri docet. ¶6.- *2.Tim.2.* Sequuntur Michaelem multi alij angeli, equis ſanguinariis, variis, & albis inſidentes, id eſt, angeli præfecti prouinciis

continua

Michael ſunt anni 70 aut 71, Quorum ratio eſt hæc. Moritur Nabuchodoſor anno 37. migrationis Iudæorum: eo anno exaltatur Ioachimus: ab eo anno, ad primum Cyri fluunt anni 32. qui deerant, vt cum 37. complerentur 70. anni captiuitatis. Porrò à ſecundo anno Cyri, quo iaciuntur templi fundamenta, vſque ad ſecundum Longimani fluunt 40. plus minus. (nam templum ædificatum eſt 46. annis) fiunt igitur ab exaltatione Ioachimi ad hunc Michaelis annum 72. anni. Ideò Michael dicit, Iam annus ſeptuageſimus, Id eſt iam præteriit. ¶ Hinc orationi Michaelis & angeli Zachariæ, & eiuſdem Zachariæ reſpondit. Dominus verba miſericordiæ plena: quæ ſtatim dicemus. 4. Re. vlt. Eodem. Ioan. 2.

Interim lectos expende, quomodo res terrenæ adminiſtrentur in cœlis, ſcilicet nuntiis angelorum, eorumq́; precibus & miniſterio. Nam licet omnia Deus videat: ita tamen vult angelos res noſtras referre, ac ſi non videret vt, ſcilicet alij angeli videāt, miſericordia moueatur, & pro nobis orēt. ¶ Aduerte inſuper promiſſiones Diuinas, atq; adeò eius prædeſtinationē iuuari precibus Sanctorū. Nā promiſerat Deus Iudæis fœlicitatē: expectat tamē vt pro ea Michael precetur. Iā audiamus verba, cōſolatoria quæ Michaeli reſpōdentur. Ier. 25. 29.

Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Clama dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus ſum Ieruſalem, & Sion zelo magno. Et ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas, Quia ego iratus ſum parum: ipſi verò adiuuerunt in malum. Proptereà hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ieruſalem in miſericordiis. Domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculū extendetur ſuper Ieruſalem. ¶ Adhuc clama dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & conſolabitur adhuc Dominus Sion: & eliget adhuc Ieruſalem. Liceat mihi intelligere, quòd loquente Zacharia ad plebē, ſentiebat ille, quod Angelus formabat verba in lingua eius. Nam ideò dicit angelus qui loquebatur in me, id eſt qui me loquente exterius, ille loquebatur interius, & ſuggerebat verba quæ dicerem. Ergo angelus intus dicebat Zachariæ, Clama, corā concione præſente. Deus dicit, Præ vehementi amore, quo proſequebar Ieroſolymam, eius peccata caſtigaui. At nūc iram magnam oſtendo contra opulentas, ſ. Chaldæas gentes quia cum ego ex amore caſtigarem: illi, quorum miniſterio caſtigabam, modū nimis exceſſerunt: & omnino deſtruxerunt. Quâ cauſa, ego reuertor ad Ieroſolymam, omni ira reiecta plenus

omni

omni miſericordia, ac ideò volo templum mihi ædificari: volo muros in Ieroſolyma ad perpēdiculū erigi, volo ciuitates Iudę omnibus bonis abundare. Demum volo Ieroſolymitanos conſolari, & omni lætitia exhilarare. ¶ Hæc ad verbum impleta ſunt. Nam templum abſolutum eſt.5. anno ab hac prophetia, ſcilicet anno Darij ſexto. Muri abſoluti ſunt poſt annum decimum quartum â templi ędificatione. id eſt anno 20. eiuſdem Darij, & permultos poſtea annos Iudæi in pace quieſcebant. vt in lib. 2. Macha. dicitur. Lege etiam Ioſephum.

1. Eſdr. 6. *2. Eſd. 2. 6* *2. Mac. 3.* *Ioſephus.*

II. VISIO.

Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc? & dixit ad me. Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Iſraelem. ¶ Et oſtendit mihi quatuor fabros. Et dixi, Quid iſti veniunt facere? Qui ait, dicēs, Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, *per ſingulos viros: & nemo eorum leuabit caput ſuum: & venerunt iſti deterrere ea. vt deiiciant cornua gentium, quæ ventilauerunt cornu, ſuper terram Iuda: vt diſpergerent eam.* Quia Dominus promiſerat nunc, ſe daturum Iudæis fœlicitatem, eam promiſſionem confirmat viſione præſenti: quà monſtratur hoſtes Iudææ deiiciēdos: ac proinde Iudęos fore fœlices: deiectis ſcilicet hoſtibus ſuis. Videt ergo Zacharias quatuor ingentia cornua. Quæritque ab Angelo ſuo, quid ea ſignificant? reſpondet Angelus eſſe quatuor potentias, quæ velut tauri pingues cornibus ſuis percuſſerunt, & peremerunt Iudæos. Cornua verò erant Philiſtæi ab occidente. Idumæi, & Ægyptij à Meredie. Madianitæ, Moabitæ, Ammonitæ ab Oriēte, Syri, & Caldæi ab Aquilone. Hæ ſiquidem nationes, quæ in medio Iudęam ferè continent, eam cornibus ſuis impetitam proſtrauerunt, & extra patriam exulare fecerunt Huius rei vniuerſi Regum libri pleniſſimi ſunt. ¶ Viſis cornibus, en quatuor artifices, qui ſerras ſuas, aut malleos afferebant. Quęrit Zacharias ab Angelo. Quid hi, cum inſtrumentis his facere volunt? Reſpondit Angelus. Tu vides cornua hęc adeò potentia, & valentia, vt omnia ventilarint, & deiecerint, itavt nullus ex Iudæis reſiſtere potuerit, nec coram eis caput extulerit · veniunt igitur hi artifices, primum ad deterrendum cornua iſta: tum ad ea deiicienda: ne vltra Iudæos ventilent, proſternant, & diſſipent:

Vide tabulā Paleſtinæ apud Ziegletū, & Cauſſiū

diſſipent, vt ita quietam Iudæi vitam agere queant, hoſtium timore ſublato. ¶ Huius viſionis veritas temporum euentu monſtrata veriſſima eſt. Nam per 100. ſequentes & his amplius annos, Iudæi gentium iniuriam minimè ſenſerunt. Nam iniuria, quam Naaman parabat tempore Heſter, bellica non erat. neque ſuum effectum ſortita eſt:& vt exiſtimo hoc tempore iam ea hiſtoria contigerat. ¶ Quæres forſan, qui fuerint illi 4. fabri?& ſine dubio Angeli erãt: in fabrorum ſimilitudine. Problema verò eſt, eos Angelos fuiſſe bonos, & malos: vtrunque enim facilè defendi poteſt. Niſi quod magis arridet fuiſſe bonos. quod enim hi deterrere poſſint gentes, & eorum audaciam frænare. Docent plenius ſcholæ. 1. *Mach.* 3 *Heſter.*

CAPVT II.

TRaditur fœlicitas Ieroſolymæ. Aduocantur Iudæi, qui erant in Babylone, & alijs Aquilonis regionibus, vt redeant Ieroſolymam. Promittitur Babyloniorum (qui Iudæorum hoſtes fuerant) calamitas & miſeria. Demum tempus gratiæ deſcribitur. *Protheoria*

III. VISIO.

ET leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce vir: & in manu eius funiculus (1.) *menſorum. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit, ad me. Vt metiar Ieruſalem: & videam quãta ſit latitudo eius: & quanta lõgitudo eius.* ¶ *Et ecce Angelus qui loquebatur in me ingrediebatur.* (2.) *& alius Angelus egrediebatur in occurſum eius. Et dixit ad eum, Curre.* (3.) *& loquere ad puerum iſtum, dicens* (4.) *Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine* (5.) *hominum, & iumentorũ, in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus,* (6.) *murus ignis in circuitu:* (7.) *& in gloria ero in medio eius.* Hæc vidit Zacharias eadẽ nocte, qua vidit ea quæ capite præcedente narrauimus. Nã hæc viſio omnino pertinet ad verba conſolatoria, quæ Deus reſpondit orãti Michaeli, & ipſi Zachariæ & Angelo Zachariæ. quia igitur hi rogauerant Ieroſolymæ fœlicitatem, Deus eã hac viſione præmõſtrat. Cui⁹ viſionis ratio ita accipiẽda eſt. ¶ In valle profunda myrtis cõſita, quã ſupra diximus, ex vna eius parte erat Dominus cũ ſua curia cœleſti: ex altera parte erat Zacharias cum Angelo ſuo. En ſubito adeſt Zachariæ vir *Supr. c.* 1.

riæ vir,id eſt Angelus à Deo miſſus habens funem menſorium quo deſignaret ſpaciũ Ieroſolymæ, quod poſtea Ne-
2.Eſd. 4. hemias muris ambiuit. Percontatur Zacharias Angelum. Quo vadis?ille,vado deſignaturus, longitudinem,& latitudinẽ,quã Nehemias muro cinget. Vbi Angelus Zachariæ hæc audiuit ab Angelo menſore,egreditur è loco vbi cum Zachario erat.Videbat enim quod Deus ex curia ſua mittebat alium Angelum,quem(quia ſuperior & dignior erat) excepturus egreditur.qui cum ad Angelum Zachariæ perueniſſet,dixit ei.Vade feſtinato ad Zachariam hunc tuum, & dicito ei,Etiã ſi muris circũambiatur Ieroſolyma,poſtea
ita Ioſep. tamen innumeri Iudæi ad eam conuenient:& ita ſine muris habitabitur,ſcilicet infinita copia extra muros habitante.Neq; tamẽ hi ſua cuſtodia carebunt ,ego enim ero eis murus igneus.Neq; verò,quia exterius Iudæos cuſtodiam, ideò in medio eorum non ero:imò verò vt ero exterius,ita & interius ero , non ad eorum vindictam: ſed gloriam. Quædam ſunt in hac litera notanda.1.Qui prudenter ciuitatem volentæ ædificare,prius eam metiuntur,vt pro copia ciuium ſit ciuitatis menſura. Deus igitur prudẽtiſſimus volens ædificare Ieroſolymam,& volens vt ſciremus ad eum pertinere eius ædificationem,Angelum mittit , qui metiatur Ieroſolymam nouam,eadẽ menſura,quàm vetus habebat:vt nõ ſit minus glorioſa illa quàm iſta.¶2.Alius Angelus egreditur in occurſum Angeli Zachariæ cuſtodis. Hic Angelus , non erat ex infimo ordine Angelorum : ſed erat ordinis ſuperioris:ideò non loquitur ipſe Zachariæ ; ſed loquitur Angelo Zachariæ,vt hic Zachariæ loquatur.Tu attonitus ſpecta mirũ ordinẽ Angelorum.Non vocat Deus Zachariam : nec vocat Angelum Zachariæ, vt illis loquatur, ſed vocat Angelum maiorẽ,vt hic perferat,mādata ad Angelum Zachariæ.Hic demum Zachariæ loquatur. ¶3.Puerum iuſtũ.Hebręis pro puero eſt נער Nahar.quod eſt nomen ætatis vſque ad 20.annum. Eſt etiam nomen officij, ſcilicet miniſtri alicuius : vt apud nos,moço, ſignificat , & iuuenem:& miniſtrum,quãuis ſit ſenex,quomodo Zacharias hic vocatur puer ſcilicet Dei,cui in prophetico munere
Iſa.43. ſeruiebat.Sicut & Chriſt⁹ Dominus puer aliquãdo vocatur. Vt apud Iſai.Ecce ego & puer meus,quẽ elegi.& Apoſtoli
Iſa.8. vocãtur pueri,vt ibi,Ecce ego:& pueri mei.¶4 Abſque mu-
2.Eſdre.4 ro habitabitur.caue credas Ieroſolymam muris caruiſſe,ha-
6.& 7. buit .n. muros quos Nehemias ædificauit.ſed intellige ex-

tra

tra muros habitaſſe grandem ciuium multitudinē. Nā Ioſephus habet,tot ciues extra muros habitaſſe, vt ea habitatio vocare Bezetha, id eſt ciuitas noua. Vbi lector attentiſſime conſidera,quod eam nouā ciuitatem Rex Agrippa muris voluerit ambire,& cum fundamenta, ieciſſet, ne hęc prophetia Zacharię ſua veritate frauderetur,opus ab eo ceptum,omnino ceſſauit.¶ 5.Præ multitudine hominū, infinitam multitudinem Iudęorum veniſſe è Babylonia,poſtquàm audierunt pacē eſſe in Ieroſolyma, Ioſephus nos docuit,verba Ioſephi, ex Sigiſmundi verſione,hæc ſunt. Hoc tantum dicam compendio, fuiſſe pubertatem egreſſorum, quater mille millia, & ſexenta viginti octo millia, duntaxat ex tribu Iuda,& Beniāmitica. Promiſcuæ verò multitudinis puerorum ac mulierum numerus erat, quadraginta millia ſeptingenta quadraginta duo: & tu lector nota, primus,tempore Cyri veniſſe aliam multitudinem Iudæorum.Iam ergo vides infinitā hominum multitudinem. ¶6. Ego ero ei murus igneus,forſan refert hiſtoriam Eliſęi,qui cum ab oſtibus circundaretur in Dothaim,& eius miniſter aperiēs feneſtras domus,videret hoſtiles currus & equites, ac proinde clamaret,& timeret.Eliſæus monſtrauit ei currus ignæos, & equites igneos, qui Eliſæo erant pro muro. Ita Dominus in forma ignis & eius exercitus igneus dicūtur ſeruare Ieroſolymam. Non quod fuerit neceſſe Deum ita in ſpecie ignea vrbem cuſtodire:ſed quod perinde de cuſtodia confiderent,ac ſi in ea forma ſeruaret. ¶ 7.Et in gloria ero in medio eius. Id eſt, ero in templo Ieroſolymæ ad gloriam eius.Quantopere honorificauerit, & glorificauerit Deus Iudæos poſt templi ſecundam ædificationē legē Ioſephum lib.12.¶ Tu lector,adorans immenſitatem Diuinæ clementiæ conſidera,qualis Deus ſit erga pios ſcilicet extra igneus murus,intus verò,in medio apum:velut Sol in medio cœli. velut Dominus in medio templi ſui. Nec enim Dominus illos Iudæos carnales magni pendebat: pendebat verò pios.Ita igitur erga pios afficitur.

Ioſe.6.li. de bell. Iu.c.6.

Li.11.anti cap.4.

4.Re.6.

Lib.12.c.26.

*O,o,fugite de terra Aquilonis,dicit Dominus quoniam in quatuor vētos cœli diſperſi vos,dicit Dominus.O ſiō fuge,quæ habitas apud filiam Babylonis.¶ Quia hæc dicit Dominus Deus exercituum, Poſt gloriam miſit me ad gentes quæ ſpoliauerunt vos. Qui enim tetigerit vos:tangit pupillam oculi eius.Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos.Et erunt prædæ his,qui ſeruiebant ſibi.Et cognoſcetis:quia Dominus exercituum miſit me.*Sicuti magna lectoris attentio in hoc

loco requiritur. Nam locus hic neceſſario penitus aperit & reualat myſterium Diuinarum perſonarum, vt Chriſtiana religio contra pertinaces Rabinos profitetur. Ita enim textus habet. Hæc dicit Dominus Deus exer. poſt gloriam miſit me. Ergo Dominus exercebit. dicit, poſt gloriam miſit me: Igitur alius eſt qui Dominum exercituum miſit. Igitur eſt Dominus exercit. mittens: & Dominus exercituum, quē ille miſit. Idem ſecundò Dominus dicit. Scietis, inquit, quia Dominus exercituum miſit me. Id verò dicit Dominus exercituum. Idem tertiò dicit, in parte ſequenti. Habitabo in medio tui, ait Dominus, & applicabuntur gentes multæ ad Dominum id die illa, & erunt mihi in populum: & habitabo in medio tui: & ſcies, quia Dominus exercituum miſit me ad te. Non vides lector apertiſſimam diſtinctionem Domini habitantis in medio: & Domini, qui Dominum mi-
4. Re. vl. ſit? ¶ Hic igitur Dominus, quem Dominus miſit, primum clamat ad Iudæos per orbem diſperſos maximè eos, quos vaſtatio Nabuchodonoſoris per Aquilonis terras diſperſerat. Fugite inquit, de terra Aquilonis. Venite in patriam veſtram. Venite in fœlicitatem, quam vobis paro. Secundò ſpeciatim clamate ad ciues Sionis, id eſt ad poſteros eorum, qui habitabant in Sion, habitantes tunc in Babylone. Fuge, inquit, Sion, vt in Ieroſolymam tuam, venias vbi patrem Deum tuum & ames & colas. Tertiò promittit vltionem contra Babylonios, & regiones Aquilonares dicens. Poſtquā Chaldæi & Aquilonares tot victorias, tot triumphos, tantamque gloriam ſibi parauerunt, vosq́ue expoliauerunt, Dominus miſit me contra eos. nam qui lædit vos, lædit pupillā oculi eius. ideoque, ego à Domino miſſus leuo manum meā
1. Mac. 1. vt puniam eos, & planè faciam, vt inuictum Chaldæorum, & Perſarum imperium præda ſit Alexandro magno, & etiam gregis, qui Perſarum imperio ante parebant. Quod cum vos audieritis cognoſcetis, me miſſum à Domino, hoc opus peregiſſe. ¶ Memor ſis lector verbi Domini ad Ieremiam. Ego feci terram, & homines, & iumenta. & dedi omnes ter-
Iere. 27. ras iſtas Nabuchodonoſori. & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius. Seruiuit igitur Græcia Chaldæis.
Li 7. fol. 114. Lege apud Herodotum, qui Græci Perſis paruerint. Quod ſi legas, quam exiguus Græcorum numerus infinitum Perſarum numerum viceris, fateberis id opus fuiſſe Dei, non verò Græcorum. Lege obſecro, quid mouerit Xerxem cōtra Græ-
Her. l. 7. cos. nam actum illum fuiſſe á numine, vt eam cladem reciperet

peret, cum legeris miraberis: & aſſeres Deum feciſſe Xerxi viſum, eumque ad eam cladem commodiſſe. Quomodo verò Perſæ, Chaldæi, & reliqui Iudæis Aquilonares, Græcis prædæ fuerint leges fuſiſſimè apud Herodotum. ¶Habemus ex dictis, quod Dominus exercituum miſſus ſit contra Perſarum & Chaldæorum imperium. Quæres quæ fuerit neceſſitas vt ille veniret: num non ſatis eſſet Angelum aliquem ad id opus miſiſſe? Certè præfigurabat filius Dei contra imperium Chaldæum veniens, ſe venturum contra imperium diaboli, per Chaldæum imperium præfiguratum, artha igitur fuit & pignus, ſe contra diabolum venturum, ſiquidem contra Perſam tunc venit. ¶Quod verò dicit Chriſtus. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi eius, ſcilicet, Patris, digniſſimum eſt omni admiratione Certè inter omnia membra exteriora pretioſiſſimum & dilectiſſimum eſt oculus. Et inter omnia, quæ Pater habet præcioſiſſimum & dilectiſſimum eſt filius ſuus. Sciat igitur quicunque lædit pium aliquem quod ipſum filium Dei lædit. ita enim æſtimat filius Dei ſi lædas ſuæ cuſtodię commiſſum: ſi quem ille amat, vt fratrem, vt filium: ſi cuius animam ille, vt ſponſam diligit, ſi in quo ſuas ſe delicias habere profitetur, ac ſi ipſius perſonam læſiſſes. ¶Illud porrò verbum, Leuo manum meam, non eſt ſilentio prętereũdum. nam indicat, cum manu ſua Deus aliquem protegit, ſecurus ille eſt, à quacunque velis impugnatione: at vbi leuat ille manum, nihil eſt tam robuſtum, quin cuiuis obnoxium ſit impugnationi, & calamitati. Quid miraris, ſi auertente Deo manum, tam ſuperbum imperium pateat prædæ multorum, ſiquidem eo auertente faciem vniuerſa iubantur ¶Demum quod ait, cognoſceris quia Dominus miſit me, crede lector pios Rabinos, qui Chriſti aduentum pręceſſerunt, audita ſtrage Xerxianarum copiarum, eamq; cum hoc loco conferentes: cognouiſſe ſtragem illam à filio Dei factam fuiſſe. Maximè verò nos Chriſtiani, videntes ſtragem diabolici imperij cognouimus Chriſtum à Domino miſſum.

Her. l. 9. *Luc. 11.* *Ioan. 17.* *Luc. 10.* *Hebr. 2.* *Oſee. 3.* *Prou. 2.* *Pſal. 103.*

VLTIMA PARS.

Lauda & lætare filia Sion: quia ecce ego venio: & habitabo in medio tui, ait Dominus. Neceſſario locus hic ad finem capitis intelligi debet de Chriſti ſecundum carnem aduentu: vt litera ſequens demonſtrabit Ergo inquit, Iubila tu Ieroſo-

lyma exili præ gaudio,& cantu quia ecce, en tibi res omnibus,& Angelis,& omnius mirabiliſſima· Ecce ego venio ſumpta carne ex te:& habitabo in medio tui.Ero enim vobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi. vbi enim fuerint duo,vel tres cōgregati in nomine meo: ibi ſum cū eis. Neque id ſolum: ſed ſum ſecundū veram præſentiā meam

Mat.vlt. in medio eorum ſcilicet in Euchariſtia ſacra, Neque enim humanitas Chriſti voluit à nobis diuelli: imò mirabilem modum machinata eſt,quo cum eſſet in cœlis, nobiſcum

Mat.18 maneret in terris.

*Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa: & erūt mihi in populum.*En locus probans partem hanc intelligendā de aduentu Meſſiæ. Nec enim gentes applicatæ ſunt Deo ante Chriſti natalem. poſtque videmus omnes gētes Domino applicatas,eiusque populus effectas,Quis enim ora-

Rom.15 tione conſequi poſſit, quo amore. quaque religione velut

Actu.15 glutino Deo applicemur,&coniungamur?Quod verò gentes eſſent Deo applicandæ? ex Paulo copioſius audies , qui ea in rem tractat ex profeſſo.audies etiam ex Petro,& Iacobo in primo Concilio Chriſtiano.*Et habitabo in medio tui: & ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te.* Quia myſterium EVCHARISTIÆ ingentiſſimæ eſt dignationis ideò reſticatur, aſſeritque Chriſtus ſe fore in medio noſtri per Euchariſtiam,& admonet nos rei ſummæ,ſcilicet quod per Euchariſtię ſumptionem ſciemus , quod pater filium ad nos miſerit.Ita planè:tantus enim iubilus, tam inenarrabilis lætitia in hac ſumptione ſentitur à piis,vt facilè monſtret Euchariſtiam panem eſſe cœleſtem,panem Angelorū.

Pſal.77 & quod verum illud ſit.Guſtate,& videte quoniam ſuauis

Pſal.33 eſt Dominus.*Et poſſidebit Dominus Iudam partem ſuam,in terra ſanctificata : & eliget adhuc Ieruſalem.*Prioris partis ſenſus eſt ex Hebræo : Dominus Chriſtus accipiet in hæreditatem, Iudam,in terra ſancta. id eſt ex gente Iudæa Dominus Ieſus diliget ſibi primam Apoſtolorum & Diſcipulorum Eccleſiam,quam habuit in terra ſancta.Cuius prophetiæ veritatem probauit euentus. Nam prima Eccleſia Chriſtiana ex Iudæis delecta eſt, & fuit à Chriſto in Iudæa (quæ terra Sācta dicitur)primò poſſeſſa,Poſterioris partis veritatē om-

Ioa.1 nium oculi vident. vident enim Ieroſolymam delectam prædicationi Chriſti,miraculis Chriſti,inſtitutioni Euchariſtiæ,paſſioni,ſepulturæ,aſcenſioni,& miſſioni Spiritus ſancti & quod nimis mifereris, ita elegit Deus Ieroſolymam,

vt etiam

vt etiam nunc inter medios hoſtes Chriſtianæ religionis, Deus eam ſeruet: & ad eam ex omnibus mundi partibus Chriſtianos tãta miracula adoratus adducat. *Sileat omnis caro, à facie Domini: quia conſurrexit de habitaaculo ſanɛ̃to ſuo.* Quia Dominus tunc ſurgebat ad caſtigandos Perſas, Chaldæos, & reliquas gentes, quę innumeræ parebant horum imperio, ideo, omnis terra ſilere iubetur: attētius inſpectura, quid eſſet Dominus facturus in ea. Sed maximè ſilere iubetur, cum Chriſtus ſurrexit, ad ſumendam carnem noſtram, & ad habitandum in medio noſtri. Res enim tanta nullis laudibus celebrari poteſt. ſit igitur illi ſilentium laus. Si Elias operit vultum ſuum, & ruit pronus in terram, dum ſentit adeſſe Deum, quanto potius nos ſilebimus, & ope- *Iſai.32.*
riemus vultum per terram proſtrati, cum videmus Deum in carne veniſſe. Certè mediocrem lucem, videmus, maxi- *3.Reg.19*
ma lux oculos noſtros hebetat. ita maximum Incarnationis myſterium linguam hebetat, & eam ſilere facit.

CAPVT. III.

IEſus Pontifex Iudæorum ab accuſatione Satane protegitur, multuſque fauor ei promittitur. Secunda parte Chriſti aduentus pręnuntiatur. *Protheoria.*

ET *oſtendit mihi Dominus (1.) Ieſum ſacerdotem magnum (2.) ſtantem coram Angelo* Domini*(3.) Et Satan ſtabat à (4.) dextris eius: vt aduerſaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan (5.) Increpet Dominus in te: & increpet* Dominus *in te, qui elegit* Hieruſalem. *Nunquid non iſte (6.) torris eſt, erutus de igne? (Et* Ieſus *erat indutus veſtibus (7.) ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli.) Qui (8.) reſpondit & ait ad eos qui ſtabant coram ſe, dicens. Aufer te veſtimenta ſordida ab eo, & dixit ad eum,* Ecce *abſtuli à te iniquitatem tuam: & indue te (9.) mutatoriis. Et dixit. Ponite cidarim mundam ſuper caput eius. (10.) Et poſuerunt cidarim mundã ſuper caput eius. & induerunt eum veſtibus. Et Angelus Domini ſtabat & conteſtabatur Angelus Domini* Ieſum*, dicens,* Hæc dicit Do*minus exercituũ. (11.) Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiã meã cuſtodieris. tu quoque iudicabis domũ meam, & cuſtodies atria mea: (12.) & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic aſſiſtunt.* Viſionem hãc ita lector accipe. Aderat Dñs Deus Pater (vt ego exiſtimo) in valle illa myrtis cõſita, de qua dictũ eſt primo capite

Aderat & Dei filius (vt credo) in humana ſpecie. Aderat
Zach.1 Michaël princeps Iudaicæ reipub. Aderat iuxta eum Ieſus
Zach.2 Iudæorum ſummus antiſtes, veſtitus ſordida veſte, quæ
repræſentabat eius animam peccatis inquinatam: ſed erat
Dan.12 iuxta Michaelem, quia Michaël, vt Sinagogæ princeps,
ſpeciali affectu, & fauore proſequebatur Synagogæ Pontificem.
Iob.1 Huic ſacratiſſimo cœtui aderat & Satan, qui eò venerat, vt accuſaret Pontificem. Erat porrò eius accuſatio vera: ſiquidem iniquitatem Pontifex animo gerebat. Vbi igitur Dei Filius videt Satanam in procinctu, ad accuſandum Pontificem, coram æquo iudice Deo, præuenit eum, dicens. Increpet te Pater meus: & velut iratus contra Satanam, eadem verba repetit, dicens. Increpet te Dominus, Pater meus. Num non hic Satan (dicit filius patri) eſt torris
Ioan.12 ex inferni igne, in hunc locum abductus? hoſtis, ſcilicet Patris mei cupiens, vt omnis eius cultus & religio aboleatur? Nam propterea Pontificem humana fragilitate lapſum (vt-
Hebr.5 pote infirmitate circundatum) accuſat. Exiſtimandum verò eſt Michaelem, qui Pontifici fauebat, & reliquos Angelos Michaele inferiores, Dei filium pro Pontifice rogaſſe. Reſpōdit ergo filius Dei Angelis rogātibus. Auferte à Ieſu veſtes ſuas ſordidas, & indue pretioſis. Exiſtimandum hîc eſt Ieſum ipſum rogaſſe, vt ſua peccata delerentur, cui filius Dei dicit. Ecce tranſire feci, & amoui à te iniquitatē tuam: & iuſſi te indui prætioſis veſtibus. Tunc iuſſit Angelis, vt imponerent ei tyaram mundam pontificiam: & ipſe Dominus Dei filius manibus ſuis iuuabat Angelos, vt Pōtificem exornarent: nam ideò dicit, Indui te mutatorijs. Poſtquam ornatus fuit antiſtes intus, & extra dicit ei Michaël, vice Domini Dei Patris. Si ſanctus fueris, Pontifex perſeuerabis: & dabo tibi comites, qui tecum ambulent, & tecū conuerſentur, ex his angelis, qui huic ſacro conuentui adſiſtūt. Hactenus res geſta: iam ſunt in ea quædam annotanda.
¶1. Ieſum Sacerdotem: quia in 1. cap. fecerat mentionem de
Zach.1 Zorobabele; ideò nūc agit de ſummo Sacerdote. Quod autem hic de eo, non verò de Ieſu Domino noſtro agatur, manifeſtum eſt. Quia ei Angelus dicit. Ecce abſtuli à te ini-
Ioan.8 quitatem tuam: Num à Chriſto Angelus aliquis auferat iniquitatem? Rurſum Angelus conteſtatur Ieſum, vt ambulet in viis Domini. Num Chriſtum aliquis id conteſtetur? Iam
Rabini. q; Rabini volunt hunc Ieſum Pontificem hoc loco fuiſſe defunctum, merum ſomnium eſt. Quomodo enim teſtatur

Angelus defunctum quod ſi in viis Dei ambulet, pōtificio munere fungetur? ¶ 2. Stantē coram Angelo Domini, id eſt, coram Michaëlem, quem Angelū Domini ca.1. nominauit. *Sap.1*
Cum enim Michaël eſſet Synagogæ princeps, curam ſummi Pontificis eius agebat. ¶ 3. Et Satan: vt Deus demādauerat Michaëli curam Synagogæ: ita Lucifero cura erat eiuſdem: ſed Michaël curam agebat, fauendo: Lucifer aduerſando. *Dan.12*
Is ergo Satan eſt: de quo dicitur. Cōſurrexit Satan contra Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael. Igitur Angelus malus, qui reipublicæ, Pontifici, aut alicui alij aduerſatur Satan dicitur: vt Angelus malus contra Iob Deum incitans, Satan etiam dicitur. *1. Paralip. 21*
¶ 4 Satan verò ſtabat a dextris Ieſu: quia eum in cauſa vincebat. Nam in aliquod crimen inciderat Pontifex, cuius ratione melior erat diaboli, quam Pontificis cauſa. Ideò enim neceſſe fuit, vt Chriſtus Dominus, eius iniquitatem auferret. ¶ 5. Increpet in te Dominus. *Iob.1.2*
Legimus apud Lucam, quod increparit Dominus vētum & mare: modum autem increpandi legimus apud Marcum dicentem, quod ita increparit: Tace, obmuteſce. Ergo dicit filius Dei. Increpet in te Deus Pater, id eſt. obmuteſcere te faciat, ſcilicet delendo Pontificis iniquitatem. Siquidem peccatis ablatis, nihil habet Satā, quod eloqui poſſit. Porrò bis dicit. Increpet in te. quia Satan non ſolā optabat Pontificis, ſed etiam Ieroſolymæ calamitatem: ideò vtrique damno Chriſtus occurrit. ¶ Sed iubeo lector vt ſummopere aduertas hoc loco Patris & filij diſtinctionem: ait enim. Dixit Dominus ad Satan, increpet te Dominus. Quid clarius potuit dici? ¶ 6. Non iſte eſt torris erutus. Planè, quia damnati ſunt torres & titiones in igne inferorum ardentes, ideò ardet & Satan. Dictū enim eſt, quod nutrimenta inferni ſunt ignis & ligna multa: & ſtatus Domini, vt torrens ſulphuris ſuccedens ea. Tu verò non intelliges Satanam cum ad nocendum ex inferno venit liberum ab igne venire: minimè, eſt enim ignis ille æternus. Non igitur deſerit tormentum, ſed locum. Ideò dicitur erutus, ſiue exiens ab igne, ſcilicet inferni, quem tamen ſecum adducit. Ideò ſupra Satan vocatus eſt Reſeph, id eſt, carbo ignitus. Atqui manifeſtū eſt, nullum probrum maius potuiſſe Chriſtum iacere in Satanam, quàm eum vocare titionem inferni. Nullum ſiquidem malum eſt in orbe maius. At Chriſtus probrum illud in Satanam expuit, vt quem ſpeciali odio proſequatur? & ad cuius imperium delendum ſpecialiter erat ipſe venturus. *Luc.8* *Marc.4* *Iſa.30* *Matt.25* *Ioan.12* *Luc.11*
¶ 7. Ieſus

¶7.Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, ſignificantibus & Pontificis animum inquinatum:& Sacerdotij tunc ſtatum pauperem & abiectum. Deus enim viſa attemperat, vt extra demonſtrent, quæ intra geruntur: ſicut rubus ardens, non *Exod.3* combuſtus ſignificabat populum Hebræum ardere quidem in tribulatione, non tamen in ea perire. ¶8. Qui reſpondit. Hæc verba non ad Angelum, ſed ad Chriſtum retuliſſe: ciẽs non Angelum, ſed Deum ſolum poſſe auferre peccata: non igitur Angelus, ſed Chriſtus dixit. Ecce abſtuli à te iniqui-*Luc.7* tatem tuam. Et ideò dixerunt Phariſæi. Quis poteſt auferre *Ioan.20* peccata, niſi ſolus Deus? Nam poteſtas Sacerdotum peccata remittentium non fuit in veteri lege, quod ſciam: ſed in noua. ¶9. Indui te mutator, id eſt ſtatus tuus erit amplior quam nunc eſt, quod indicant veſtes quibus te induo, meliores his, quas tu geris: & aduerte Chriſtum ſuis manibus Ieſum induiſſe. Quã igitur veſtiet ſuis manibus legis nouę Sacerdotes! quamque erunt horum veſtes! quàm veterum *Ioan.20* pretioſiores! ¶10. Poſuerunt cidarim. Obſerua, ad dignè tractandum munus Sacerdotale primò requiri, vt auferatur iniquitas ex animo: ſecundò, vt ſacerdos ſacris veſtibus vtatur, ſcilicet Angelis & Chriſto dignis. Tertiò, vt ſi veſtes aureæ non ſint, certè mundæ ſint: ideò tam attenta, non de aurea, ſed de munda cidari, mentio fit. ¶11. Si in viis meis ambu. & cuſto. in cuſto. id eſt ſi ſanctus fueris in te, & diligens & vigilans officium ſacerdotale exercueris, tu iudicabis domum meam. id eſt, tu eris Iudex populi, vt fuerunt *1.Re. 1.2.* olim Heli, & Samuel. Vbi aduerte, poſt reditum Iudæorum *& 8. inf. cap.6* è captiuitate, iudicium & totam ferè authoritatẽ in Sacerdotibus manſiſſe: in ſecularibus verò principibus non item. *Ioſephus.* Ideò Ioſephus non principes ſeculares, poſt reditum è captiuitate commemorat, ſed ſolos ſacerdotes. ¶12. Ambulantes, facilius habet litera Hebræa: dabo tibi ambulationes inter aſſiſtentes hos, id eſt, dabo tibi, vt venire liceat inter Angelos, qui hic aſſiſtunt. Sed eadem eſt noſtri textus ſen-*Luc.15* tentia, id eſt ex his Angelis dabo tibi, qui tecum ambulent in mundo, & tecum veniant in ſinum Abrahæ in ſæculo futuro.

II. PARS.

Audi Ieſus Sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te: quia viri (.2.) portendentes ſunt. Ecce ego adducam ſeruum meum. (.3.)

(.3.) Orientem. Quia ecce (.4.) Lapis quem dedi coram Ieſu. Super lapidem vnum (.5.) ſeptem oculi ſunt. Ecce (.6.) ego celabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum. Et (.7.) auferam iniquitatem terræ illius in die vna. ¶ *In die illa, dicit Dominus exercituum vocabit vir (.8.) amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.* Habeto lector prius viſionis modum. Adſunt in hac viſione Ieſus Pontifex, & alij eius amici. His dicit Dominus Deus pater. Audite. Ego adducam ſeruum meum, Orientem. Cum verò hæc Dominus dicit. Lapidem monſtrat, & dicit. Ecce lapis quem ſtatuo coram Ieſu. Lapis verò ille habebat ſupra ſe ſeptem oculos. At verò neceſſe erat, vt oculi qui erant ſuper lapide, includerentur in lapide. Sed quis inueniretur artifex tantus, qui oculos inſculperet lapidi? Et difficultati occurrit Dominus dicens. Ego celabo, & inſculpam oculos hos ſeptem huic lapidi vno, & qua die oculi iungentur lapidi, auferam terræ iniquitatem, & faciam vt viri viros inuitent, vt ſedeant ſub vitæ & ficu. Habes lector rem geſtam: ſenſus eſt altiſſimus. ¶ 1. Audi: Rem ſummam, & incomparabilem Deus pater promiſſurus, ſummam attentionem requirit maximè à Pontifice, ad quem ea res maximè ſpectat: tum etiam ab amicis Pontificis, id eſt ab omnibus, qui in ea concione ex parte Pontificis videbantur. ¶ 2. Viri portendentes. Hebr. viri portenti, id eſt viri digni qui portentum, & myſterium hoc, & audiant, & annuntient: & quia illi Pontificis amici deſignabant Apoſtolos Chriſti, qui myſterium incarnationis Chriſti primi annuntiauerunt, & primi etiam ab ipſo Chriſto audierunt, meritò viri portendentes, & ſignificantes dicti ſunt, Nam portendere eſt ſignificare. Iam audiamus rem ſummam, quam Deus dicturus, attentionem expoſcit. ¶ 3. Ecce ego adducam ſeruum meum, ſcilicet, Meſſiam: qui Oriens eſt, pro Oriente litera Hebræa dicit צמח zema, id eſt germem: ô ineffabile myſterium! ô rem verè ſummam! Seruus Dei patris Meſſias, verè eſt illud germen, quod naturaliter ita procedit ex patre, vt ſolet germẽ ex trunco procedere. Attolle oculos ante omnem creaturã. Quid intelligis Deum: quid tu? germẽ ex ipſo Deo naſcens. Hoc germen: Meſſias erit, ſcilicet Deus homo ex Diuinitate germen: ex humanitate ſeruus nihil aliud quã patri, ſeruire volens. ¶ 4. Ecce lapis monſtrata Zachariæ lapidis forma, ſuper quam erant ſeptẽ oculi. Quis nõ videat lapidẽ ſignificare Chriſti humanitatẽ? Ea enĩ eſt lapis exciſus ſine manibus. i. ſine viri ſemine cõceptus. Eſt lapis pretioſus

1. Ioan. 1
Act. 1.
Pſal. 2
Iſai. 46. b
Dan. 2
Iſai. 28

prætioſus in fundamento ædificij poſitus, Eſt lapis reproba-
Pſal. 117 tus ab ædificantibus: ſed factus in caput anguli. Eſt ladis of-
Mat. 21 fenſionis, & petra ſcandali. ¶ 5. Super eum lapidem ſunt. 7.
oculi. id eſt vniuerſa ſapientia Diuina: & omnes theſauri,
Ita. D. Gregor. ſcientiæ, & ſapientiæ Dei. Ergo ſapientiam, verbum & lu-
cem Dei ſignificabant oculi ſeptem. Siquidem ſeptenarius,
numerus eſt vniuerſitatis, at filius Dei omnem ſapientiam
Dei & omnes oculos Dei comprehendit. Sed quis poterit
oculos Dei ſapientiam Dei, lapidi infigere & ſculpere? ¶ 6
Ait Dominus, Ego cœlabo ſculpturam lapidis, nō homines
non Angeli, non tota natura hanc ſculpturam, & vnionem
facere poterunt. Solus Deus eam faciet: vniens oculos Dei
lapidis ruditati: vt ſi vnionem Diuinæ naturæ & humanæ
intelligere non potes, viam ad intelligendum tibi pares,
cum audis vnionem oculorum Dei cum lapide rudi. Quid
commodi ex ea vnione ſequetur. ¶ 7. Auferam dicit Do-
minus iniquitatem terræ in die vna. Certè quia per Paſſio-
nem Chriſti ablata eſt iniquitas terræ, imò verò & per v-
nionem oculorum cum lapide, ablata eſt iniquitas terræ:
quia anima Chriſti in momento vnionis, ſe Deo obtulit
Iſai. 53 in futurum crucis holocauſtum, per quam oblationem De°
nobis reconciliatus eſt. & cœpit iniquitas terrę deleri. ¶ 8.
Pſal. 38 In illa die vocabit vir amicum. Id eſt in tempore illo San-
cti Chriſti, Apoſtoli vocabunt mundum vniuerſum. ad has
Chriſti opes: ad hanc Chriſti pacem, per vitem, & ficum ſi-
gnificatam. Certè nihil magis refert charitatem, quam ficus
Rom. 10 & quàm vuarum racemus, ita in his fructibus mulla in v-
num copulatur. At nihil magis eſt Chriſtianitas, quam cha-
Ioan. 15 ritas. Hoc enim eſt pręceptum meum vt diligatis inuicem.
Ergo nihil magis referent ficus & vuę, quam Chriſtianita-
tem. Ac ita Prædicatores ad Chriſtianitatem vocantes, pro-
fectò ad ficus & vuas vocabunt. ¶ Quorſum verò lapis hic
ſit viſus à Zacharia, ſequenti cap. dicetur.

CAPVT. IIII.

Protheoria. PRimò traditur forma candelabri, quod erat in Dei tē-
plo ponendum. Secundò redit ad lapidem. de quo cap,
præcedenti mentio fuit. Tertiò explicat Angelus, quæ ſint
duæ oliuę à Zacharia in candelabro viſæ.

E*T reuerſus eſt Angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me quaſi virum, qui ſuſcitatur de ſomno ſuo.* Dictum eſt cap. 2.
quod

quod Angelus proprius Zachariæ egreſſus ſit in occurſum alterius Angeli, qui legationem è curia Dei ad Zachariam afferebat.abſoluta verò legatione, Angelus Zachariæ cum Angelo legato:abiit. Nunc verò reuertitur,& inuenit Zachariam velut attonitum,ac ſi ſumno eſſet oppreſſus. Cum igitur vellet eum multa docere,eum excitat,velut attentionem poſcens ab eo. Nam quod Zacharias non dormiret indicat reuelationis ſplendor, ꝙ auidũ,non ſomniculoſum ſed videntem facit.Indicat etiam ,quod Angelus non excitauit dormiẽtem:ſed exſtaticum,ac ſi ſomno premeretur. Zach.2

Et dixit ad me. Quid tu vides. & dixi. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum , & lampas eius ſuper caput ipſius & ſeptem lucernæ eius ſuper illud , & ſeptem , infuſoria lucernis , quæ erant ſuper caput eius. & duæ oliuæ ſuper illud , vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. Forma candelabri hæc erat. Erat candelabrum aureũ.In eius capite erat vas rotundũ, quod lampadẽ Hieronymus vertit:Quia erat vas ex cuius oleo,lucernæ alebãtur.Ex parte infera huius vaſis rotundi, prodibant ſeptem lucernæ,Ex parte ſupera vaſis prodibant ſeptem canales reſpondentes ſeptem lucernis inferioribus,vt quæq; canalis in ſuam lucernam oleum effunderet.¶ Hi canales è vaſe prodeuntes vocantur hic infuſoria infundentia.ſ oleũ in lucernas. D.Hier.

¶ Et illud verbum ſeptem & ſeptem,intelligiturita ſeptẽ infuſoriaſ ſeptẽ Et lucernis accõmodata.¶Et illud verbũ ſeptẽ infuſoria lucernis,quæ erant nõ debet intelligi quod lucernę eſſent ſup caput vaſis,ſedꝙ infuſoria eſſét in capite vaſis.non ita quod eſſent in eius ſummitate,alioqui infundere oleum non poſſent,ſed quod infuſoria,ſeu canales eſſent in parte ſupera:& lucernæ in infera. Vltra hæc:prodibant(vt arbitror)ſub lucernis:ex candelabro duo roſtra , ad modum duarum ampullarum.quæ ex parte infera effundebant liquorem aureum:ad latus verò ſuum habebant duos ramos oliuarum,qui (quia pleni erant ſuis oleis) videbantur ſpicæ ſuis granis ornatæ.¶ Ergo Candelabrum habebat in capite magnum vas oleo plenũ ex vaſe primò prodibant ſeptem canales oleum effundentes. ſecundò prodibant ſeptem lucernę oleum ex canalibus ſuſcipientes.Tertiò prodibant duo roſtra,aureum liquorem fundentia,& duos ramos oliuarum ſuſtinentia.Hęc in fine huius cap.habentur.

Et reſpondi,& aio ad Angelum,qui loquebatur in me dicens, Quid ſunt hæc,Domine mi? & reſpondit Angelus,qui loquebatur in me

me, & dixit ad me? Nunquid neſcis, quid ſunt hæc? & dixi, Non Domine mi. Et reſpondit, & ait ad me dicens. Hoc eſt *verbum Domini ad Zorobabel. dicens. Nō in exercitum nec in robore: ſed in ſpiritu meo dicit* Dominus *exercituum.* Ignorabat propheta quid cādelabrū ſignificaret. Explicauit ei Angelus myſterium : ſed tam obſcurè, vt necdum illud intelligatur. Sed aggrediamur. Sine dubio Chriſtus Domin- apparebat in forma Candelabri probatur manifeſtè. nam in calce huius cap. dicit Angelus quod duæ illæ oliuæ aſſiſtentes candelabro, ſunt duo filij olei aſſiſtentes donatori terrę. Ergo donator terræ Chriſtus erat in forma cādelabri, cui duo filij olei ſeu duo rami

Cor.10 oliuæ aſſiſtebant. ¶ In capite huius candelabri erat vas magnum, ſcilicet quia iuxta Apoſtolum caput Chriſti Deus

Eccl. 2.d. Diuinitas ergo Chriſti erat vas magnum, & illi gratia, quia

Zach.33 plena eſt oleo miſericordiæ. ¶ Septem lucernæ candelabri ſunt omnimoda Chriſti ſapientia, quâ in circuitu videt vniuerſa, vt ſupra de.7. oculis dixi. ¶ Septem canales, quibus effunditur oleum, ſunt omnimoda Dei bonitas, quæ ſuam miſericordiam pleniſſimè effundit in Chriſti ſapientiam. Si enim miſericordiam non temperaret ſapientiam, iam noſtra mala, quæ pleniſſimè Deus videt, pleniſſimè caſtigaſſet. Sed miſericordia ſuperexaltat iudicium. & quod hoc videt

Iaco.2 det illa diſſimulat, propter pœnitentiam. ¶ Duo roſtra ſuſtentatia duos ramos oliuarum ſunt potentia Dei ſuſtentans principem eccleſiaſticum & ſecularem: ac proinde ſuſtentans nos omnes in eis. ¶ Quia verò hæc duo roſtra ef-

Sap.11 fundebant liquorem aureum, eumq́ue duobus ramis oliuæ miniſtrabant, & duo rami illi erant Zorobabel, & Ieſus monſtrabatur facilè, quod Deus potentia ſua ſubminiſtrabat aureas opes principibus illis, vt Dei templum abſoluerent. Itaque non erat opus exercitu, aut alia potentia, quam ſpiritu Dei, qui ſubminiſtraret multum auri: & bonitate Dei, quæ ſuam miſericordiam illis ædificantibus effunderet.

¶ Cum igitur Zacharias videret candelabrum per lucernas conſpicere: & per roſtra poſſe: & per canales effundere tam copioſam miſericordiam in Zorobabelem, & Ieſum, meritò miratur Angelus quod hæc ille non intelligat & interrogatus Angelus reſpondet, Non egent Zorobabel & Ieſus exercitu contra finitimos hoſtes: non egent potentia ad templi conſummationem adeſt Spiritus Dei. qui omnia copioſè largitur.

II. PARS.

*Quis tu mons magne coram Zorobabel? In planum. Et educet
lapidem primariam, & exequabit gratiam gratiæ, eius. ¶ Et fa-
ctum eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel funda-
uerunt domum iſtam & manus eius perficient eam. Et ſcietis, quia
Dominus exercituum miſit me ad vos. Quis enim deſpexit dies
paruos? Et lætabuntur & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zo-
robabel Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſam
terrã.* Deus bone, & quam varij ſunt Authores in iſta viſio-
ne? Ego rem ita intelligo, & planiſſime, & ſuauiſſimè. In lo-
co vbi templum erat ædificandum, mons erat, qui ex ruinis *4.Re.vlt.*
Ieroſolymæ, à Nabuchodonoſore vaſtatæ, ibi aggeſtus erat.
Erat verò mons ille magnus, hoſtibus, ſcilicet, Iudęorum i-
ta procurantibus, ne ibi templum poſſet reædificari. Cum
ergo mons ille magno eſſet impedimento ad templum ædi-
ficandum, ridet Propheta montem dicens. Quis tu es, vt
templum impedias? in planum reduceris, iuſſu Zorobabelis.
Tunc incipiunt Iudæi montem fodere, dumque fodiunt
educitur pulcherrimus lapis. Eum lapidem primarium Zo-
robabel fundamentis olim iactis imponit. Tunc ingens gau- *1.Eſdr. 5.*
dium ſurgit in plebe, & multæ gratias Deo aguntur ab om-
nibus, maximè verò à Zorobabele. ¶ Porrò dum collocat
Zorobabel lapidem illum verbum Domini fit ad Zacha-
riam, dicens, Sicut manus Zorobabel vel inceperunt tem- *1.Eſd.6.d*
plum illud collocantes ſuper fundamento lapidem primum
eędem manus templum abſoluent, imponentes lapidem vl-
timum angularem. Et cum id videritis vos omnes, qui me
auditis, intelligetis me eſſe verum Prophetam, quem ad vos
Dominus miſit. ¶ Dum hæc loquitur ille, non decrant, qui o- *Eſd. 6. d*
pus illud deſpicerent, reputantes opus eſſe grande, pecunias
verò paucas. Deſpiciebant igitur dies illos, vt tenues, vt
pauperes, quos ideo dies paruos propheta vocat. Contra
hos deſpectores intonat Zacharias dicens, Quis veſtrum
deſpicit noſtram paupertatem? noſtra tempora tam exillia?
Sciant omnes, quod Iudæi lætabuntur maximè, & videbunt
lapidem angularem in manu Zorobabelis: vt eum ſummi-
tati domus imponat. Dum hæc dicit Zacharias, en adeſt La-
pis ſtannei coloris, & in ipſo erant ſculpti ſeptem oculi, ad
omnem orbis partem reſpicientes. Is lapis erat à Zoroba-
bele in totius fornicis ſublimitate locandus, ac ita manus
eius (quę lapidem primarium ſuper fundamento locaue-
rat) lapidem ſplendentem, & oculis plenum, in templi

fine

ſine locarent.¶ Per ea quę diximus vniuerſa litera explicata manet.excepta particula illa,exæquabit gratiam , gratię eius.pro qua Hebræa litera habet. tumultus, gratia, gratia ei.Quod ſignificat,cum collocaſſet Zorobabel lapidem illū primum ſuper fundamento-ſurrexit tumultus, & acclamatio,& plauſus in populo,dicentium,gratia.gratia Deo vnde literæ noſtræ ſenſus erit.Collocato primario lapide,egit Zorobabel gratias Deo, & exæquauit plebs gratias, agens, ſcilicet gratias , vt ille feruenter agebat. ¶ Quæris forſan huius viſionis interpretationem?Ego verò neminem arbitror tam cæcum,qui nō videat domum illam à Zorobabele ędificatam,ſignificare Eccleſiam Chriſti. Nec enim aliquis lapis materialis habebat ſeptem oculos per vniuerſam

Iſai.28 quis lapis materialis habebat ſeptem oculos per vniuerſam terram diſcurrentes, Ergo vt Chriſtus eſt hic lapis oculis

Pſal.117 vniuerſa contemplantibus ornatus:ac ideò,eſt lapis angularis,qui ab ędificantibus reiectus.factus eſt in caput angu li:ita ipſe eſt lapis primarius Eccleſię ſanctæ.ſuper quo om-

Matt.21 nis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in

Ephes.2 Domino.Chriſtus ergo eſt lapis imus & ſummus. Imus, quia decendit ad inferiores partes terrę. Summus, quia aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Eſt enim

Ephes.4 α & ω. principium & finis , Quod ſi & ipſe eſt candelabrum , quod in medio templi ſtatuitur, planè ipſe eſt prin

Eodem. cipium medium,& finis.Iam ſi ædificatio Eccleſię Chriſtia

Apoc.1 næ tam eſt operoſa,vt multi deſperent eam poſſe conſummari.illis hoc dicitur , ędificatio hęc à ſpiritu Dei fit. non à viribus humanis. ¶ Porrò Chriſtus dicitur lapis ſtannei

Edem. coloris,id eſt fulgoris ſuboſcuri , & pretij vilioris , quâm argentum,aut aurum.quo notarur fidei Chriſtianæ obſcuritas:& quàm à multis reputatur,vt vilis.

III. PARS.

Et reſpondi & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ,ad dexteram candelabri. & ad ſiniſtram eius? Et reſpondi ſecundo,& dixi ad eum , Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea,in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? & ait ad me dicens. Nunquid neſcis,quid ſunt hæc.Et dixi,Nō Domine mi.Et dixit,Iſti ſunt duo filij oliuæ: qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. Ex priore Angeli reſpōſione,nōdū Zacharias intellexerat,quæ eſſent duę oliuę illæ.ideò nunc iterū interrogat & interrogat idē ſecundò vt doceret nos,quales eſſent oliuę Erāt enim ſpicæ

oliuarum

oliuarum,id eſt rami,tam onerati fructibus, vt ſpicæ viderentur granis onuſtæ.Item,vt doceret nos, vbi illi rami eſſent.Certè iuxta duo roſtra aurea:in quibus erant ſuffuſoria ex auro.Hebræa litera habet ita:duæ ſpicæ oliuarum,ad manum duorum roſtrorum effundentium deſuper ſe aurum:vbi tria docemur,primum quod oliuæ non erant ſuper roſtris,ſeu ampullis:ſed ad latus,id dicit litera noſtra, cum ait,iuxta duo roſtra:ſecundum,quod illa roſtra ſeu ampullæ effundebant aurum, ſcilicet liquorem auri:id vult litera noſtra,cum ait in roſtris fuiſſe effuſoria ſeu effuſoria auri. Tertium eſt,quod roſtra erant inferius in vaſe:nam liquorem effundebant ex parte ſupra vaſis. Meritò igitur ſupra dixi,quod hæc duo roſtra ſub lucernis erant. ¶ Neque dubites roſtra effundere aurum. Nam aurum liquari poteſt,& effundi:quod lege apud Vlſtadium lib. de Secretis naturæ, & apud Geberum lib. 3. Habes lector Zachariæ interrogationem. ¶ Reſponſio Angeli non eſt aperta. Ait enim hi ſunt duo filij olei,&c.Per filios olei intelligunt poſt Theodoritum reliqui interpretes Zorobabelem,& Ieſum,id eſt, principem ſecularem & Eccleſiaſticum. Tu verò lector intellige hos duos principes,cum ſubditis ſuis:nam ideò ſpicæ vocantur, id eſt rami fructibus pleni. Hi vocantur filij olei,in eſt filij miſericordiæ. diuinæ:qua videlicet nimium egent,vt rectè populos gubernent. Nam Paulus ſalutans omnes, dicit. Gratia vobis & pax: ſed cum Timothæum pontificem ſalutat, ita dicit. Gratia, miſericordia, & pax. ¶ Quod autem ait, qui aſſiſtunt Dominatori vni, terræ, multa docet,primum quod candelabrum illud,dominatoris terræ vicem habere: vt rami ei aſſiſtentes, dominatori aſſiſterent:ſecundum eſt,quanta ſit dignitas principum, vt qui ipſi domino Deo aſſiſtēt:tertium,quid principes facere debeant, ſcilicet aſſiſtere dominatori terræ: non verò dæmonibus inferni,

Vlſtad. ca.23. Geber li. 3.in præparatione Iouis. Ro. Cor.1. 1.Ti.1.2

CAPVT V.

PRiore viſione videt propheta egredi maledictionem Diuinam è Iudæa,in vniuerſam terram.Poſteriore, videt egredi impietatem è Iudæa, & religari in terram Babyloniæ:vt ita Iudæa libera relinqueretur à maledictione & impietate.

Protheoria.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi, & eccè volumen volans. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ego video volumen volans, longitudo eius. 20. cubitorum: & latitudo eius. 10. cubitorum. Et dixit ad me, Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ. Quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt iudicabitur: & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud dicit Dominus *exercituum, vt veniat ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eam & ligna eius, & lapides eius,* Precor te, quiſquis hæc legis, aduerte verbũ. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur, & infra educam illud ſcilicet volumen, vt intelligas quid hæc viſio prætendat. Intendit enim docere, quod maledictio, & furor Domini iam non eſſet ſæuitura inter Iudæos, vtpote quæ egrediebatur ad gentes: Igitur vidit Zacharias volumen, id eſt librum: nam antiquis libri erant charta longiſſima, conuoluta tamen in orbes, ideo volumi-
3.Re.6. na dicebantur. ¶ Volabat volumen illud, intra Iudæam tamen, quia eatenus maledictio Domini Iudæos oppreſſerat, eorum peccata caſtigans. ¶ Voluminis longitudo & latitudo erat, quanta porticus Salomonis. Cauſa eſt, quia in porticum Salomonis conueniebat populus. Erat igitur tanta
Vide quantitas libri, quanta populi: vt nullum eſſet peccatum po-
Dan.7.e. puli, cui in libro non eſſet ſua pœna taxata. ¶ Quæres quid eſſet ſcriptum in libro? ſtultus eſſem, ſi aliud reſponderem, quam Angelus reſpõdit. Scriptæ erant omnes maledictiones & pœnæ, quæ ſingulis ſingulorum peccantium culpis debentur. Sed illę maledictiones non erant mortuæ, vt ſunt literę noſtræ: erant illæ viuæ, efficaces, operatoriæ: vt cum in aliquem locum deuenirent, ipſum abſumerent. Tu verò mirare librum non eſſe maiorem: ſi in eo omnium peccata
2.Pet. 4. deſcripta reperiebantur. ¶ Egrediebantur porrò maledictiones illæ, è Iudæa, in omnem aliam terram, vt ſicut iudicium Domini cœpit in ſuis progrediatur in alienis. ¶ Igitur omnis fur gentilis, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur. Hebræus textus ita habet. Omnis fur hinc, vt hoc, ſuccidetur: & omnis iurans hinc, vt hoc, ſuccidetur. & eſt ſenſus. Omnis fur, hoc volumine, vt ipſum volumen dicit, ſuccidetur, vt ſcilicet omnis peccator, à libro illo (vt in eo ſcriptum eſt) ſit puniendus. Nam diximus quod volumen erat viuidum, ac ideo ipſummet puniebat. ¶ Dices, Num Deus damnat omnem qui iu-
Exo.22.e. rat? reſpondetur, Angelum hoc dubium abſtuliſſe, infra enim

explicat,

explicat,eum eſſe iurantem, caſtigandum, qui iurat in nomine Domini,mendaciter. ¶Ergo ſenſum viſionis adhibet Dominus.Educam, Inquit, è Ieroſolyma & Iudæa maledictiones,quibus Iudæos hactenus caſtigaui:& immittam eas in omnes domos furum, & peierantium, in eis domibus commorabuntur:& eas abſument.¶Quæres,cur ſermo ſolum ſit de furto,& de periurio?reſpondetur,furtum pertinere ad ſecundam tabulam decalogi.& videri illud minimum crimen. Si igitur minimum ita punitur,quomodo maiora punientur?Ita D Hieron.Iuramentum pertinet ad priorem tabulam decalogi.& non eſt ſermo de tertio præcepto decalogi,quia Gentiles non tenebantur ad illud. Nec ſit mentio de primo præcepto, quia de eo in ſequenti viſione dicetur. *Exo. 34.* *D.Hiero.*

II. VISIO.

*Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos,& vide Quid eſt hoc quod egreditur? & dixi,quidnā eſt? & ait,*Hæc eſt *(1.)amphora egrediens: & dixit,* Hæc *eſt oculus eorum in vniuerſa terra.Et ecce (2.) talentum plumbi portabatur. & ecce (3.) mulier vna ſedens in medio amphoræ,& dixit.Hæc eſt impietas.Et proiecit eum in medio amphoræ,& miſit maſſam plumbi in os eius.* ¶*Et leuaui oculos meos.& vidi, & ecce duæ mulieres egredientes,& ſpiritus in alis earum:& habebant alas, quaſi alas milui,& leuauerunt amphoram inter terram & cælum. Et dixi ad angelum.qui loquebatur in me.Quo iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me:Vt ædificetur ei domus in terra Senaar,et ſtabiliatur,et ponatur ibi ſuper baſin ſuam.* Finis & intentio viſionis eſt,maximū Dei fauorem monſtrare, quo Iudæos illos proſequi volebat,eiiciendo impietatem,ſeu(vt autoribus placet) idololatriam ex eorum finibus. ¶Ergo egreditur amphora quæ eſt oculus videns omnes homines terræ.Ea eſt iuſtitia Diuina, quæ quia iuſtiſſima,& æquiſſima eſt amphora ſeu menſura eſt eadem:quia eſt oculatiſſima & omnes vniuerſæ terrę homines videns,oculus omnium dicitur.Planè quia duobus oculis Deus omnes reſpicit ſcilicet miſericordiæ, & iuſtitiæ. ¶2.Talentum plumbi poſtea explicabitur.¶3. Ecce mulier ſedens in medio amphoræ, Certè, quia in medio Iudææ & in medio Ieroſolymę,& in medio templi, quaſi in medio Diuinæ iuſtitiæ,& in medio oculorum Dei Impietas, ſeu Idololatria ante vigebat. Quis enim ſi legit libro Regum *4.Re.17. & vlt.*

lyma exili præ gaudio,& cantu quia ecce, en tibi res omnibus,& Angelis,& ominus mirabiliſſima· Ecce ego venio ſumpta carne ex te:& habitabo in medio tui.Ero enim vobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi. vbi enim fuerint duo,vel tres cõgregati in nomine meo: ibi ſum cũ eis. Neque id ſolum: ſed ſum ſecundũ veram præſentiã meam

Mat.vlt. in medio eorum ſcilicet in Euchariſtia ſacra, Neque enim humanitas Chriſti voluit à nobis diuelli: imò mirabilem modum machinata eſt,quo cum eſſet in cœlis, nobiſcum

Mat.18 maneret in terris.

*Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa:& erũt mihi in populum.*En locus probans partem hanc intelligendã de aduentu Meſſiæ. Nec enim gentes applicatæ ſunt Deo ante Chriſti natalem. poſtque videmus omnes gẽtes Domino applicatas,eiusque populus effectas,Quis enim ora-

Rom.15 tione conſequi poſſit, quo amore. quaque religione velut

Acto.15 glutino Deo applicemur,&coniungamur?Quod verò gentes eſſent Deo applicandæ? ex Paulo copioſius audies , qui ea m rem tractat ex profeſſo.audies etiam ex Petro,& Iacobo in primo Concilio Chriſtiano.*Et habitabo in medio tui:& ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te.* Quia myſterium EVCHARISTIÆ ingentiſſimæ eſt dignationis ideò refricatur, aſſeritque Chriſtus ſe fore in medio noſtri per Euchariſtiam,& admonet nos rei ſummæ,ſcilicet quod per Euchariſtię ſumptionem ſciemus , quod pater filium ad nos miſerit.Ita planè:tantus enim iubilus, tam inenarabilis lætitia in hac ſumptione ſentitur à piis,vt facilè monſtret Euchariſtiam panem eſſe cœleſtem,panem Angelorũ.

Pſal.77 & quod verum illud ſit.Guſtate,& videte quoniam ſuauis

Pſal.33 eſt Dominus.*Et poſſidebit Dominus Iudam partem ſuam,in terra ſanctificata : & eliget adhuc Ieruſalem.*Prioris partis ſenſus eſt ex Hebræo : Dominus Chriſtus accipiet in hæreditatem, Iudam,in terra ſancta. id eſt ex gente Iudæa Dominus Ieſus diliget ſibi primam Apoſtolorum & Diſcipulorum Eccleſiam,quam habuit in terra ſancta.Cuius prophetiæ veritatem probauit euentus. Nam prima Eccleſia Chriſtiana ex Iudæis delecta eſt, & fuit à Chriſto in Iudæa (quæ terra Sãcta dicitur)primò poſſeſſa,Poſterioris partis veritatẽ om-

Ioa.1 nium oculi vident. vident enim Ieroſolymam delectam predicationi Chriſti,miraculis Chriſti,inſtitutioni Euchariſtiæ,paſſioni,ſepulturæ,aſcenſioni,& miſſioni Spiritus ſancti & quod nimis miſeretis, ita elegit Deus Ieroſolymam,

vt etiam

vt etiam nunc inter medios hoſtes Chriſtianæ religionis, Deus eam ſeruet : & ad eam ex omnibus mundi partibus Chriſtianos tãta miracula adoratus adducat. *Sileat omnis caro, à facie Domini : quia conſurrexit de habitaaculo ſancto ſuo.* Quia Dominus tunc ſurgebat ad caſtigandos Perſas, Chaldæos, & reliquas gentes, quę innumeræ parebant horum imperio, ideo, omnis terra ſilere iubetur: attẽtius inſpectura, quid eſſet Dominus facturus in ea. Sed maximè ſilere iubetur, cum Chriſtus ſurrexit, ad ſumendam carnem noſtram, & ad habitandum in medio noſtri. Res enim tanta nullis laudibus celebrari poteſt. ſit igitur illi ſilentium laus. Si Elias operit vultum ſuum, & ruit pronus in terram, dum ſentit adeſſe Deum, quanto potius nos ſilebimus, & operiemus vultum per terram proſtrati, cum videmus Deum in carne veniſſe. Certè mediocrem lucem, videmus, maxima lux oculos noſtros hebetat. ita maximum Incarnationis myſterium linguam hebetat, & eam ſilere facit.

Iſai. 32. *3. Reg. 19*

CAPVT. III.

IEſus Pontifex Iudæorum ab accuſatione Satanę protegitur, multuſque fauor ei promittitur. Secunda parte Chriſti aduentus prenuntiatur. *Protheoria.*

E*T oſtendit mihi Dominus (1.) Ieſum ſacerdotem magnum (2.) ſtantem coram Angelo* Domini*(3.) Et Satan ſtabat à (4.) dextris eius: vt aduerſaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan (5.) Increpet Dominus in te: & increpet* Dominus *in te, qui elegit* Hiruſalem. *Nunquid non iſte (6.) torris eſt, erutus de igne?* (Et Ieſus *erat indutus veſtibus (7.) ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli.) Qui (8.) reſpondit & ait ad eos qui ſtabant coram ſe, dicens. Aufer te veſtimenta ſordida ab eo, & dixit ad eum,* Ecce *abſtuli à te iniquitatem tuam : & indue te (9.) mutatoriis. Et dixit. Ponite cidarim mundam ſuper caput eius. (10.)* Et *poſuerunt cidarim mundã ſuper caput eius. & induerunt eum veſtibus.* Et *Angelus Domini ſtabat & conteſtabatur Angelus Domini* Ieſum, *dicens,* Hæc dicit Domi*nus exercituũ. (11.) Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiã meã cuſtodieris. tu quoque iudicabis domũ meam, & cuſtodies atria mea: (12.) & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic aſſiſtunt.* Viſionem hãc ita lectoraccipe. Aderat Dñs Deus Pater (vt ego exiſtimo) in valle illa myrtis cõſita, de qua dictũ eſt primo capite

Aderat & Dei filius (vt credo) in humana ſpecie. Aderat
Zach.1 Michaël princeps Iudaicæ reipub. Aderat iuxta eum Ieſus
Zach.2 Iudæorum ſummus antiſtes, veſtitus ſordida veſte, quæ
repræſentabat eius animam peccatis inquinatam: ſed erat
Dan.12 iuxta Michaelem, quia Michaël, vt Sinagogæ princeps,
ſpeciali affectu, & fauore proſequebatur Synagogæ Ponti-
Iob.1 ficem. Huic ſacratiſſimo cœtui aderat & Satan, qui eò ve-
nerat, vt accuſaret Pontificem. Erat porrò eius accuſatio
vera: ſiquidem iniquitatem Pontifex animo gerebat. Vbi
igitur Dei Filius videt Satanam in procinctu, ad accuſan-
dum Pontificem, coram æquo iudice Deo, præuenit eum,
dicens. Increpet te Pater meus: & velut iratus contra Sata-
nam, eadem verba repetit, dicens. Increpet te Dominus,
Pater meus. Num non hic Satan (dicit filius patri) eſt torris
Ioan.12 ex inferni igne, in hunc locum abductus? hoſtis, ſcilicet Pa-
tris mei cupiens, vt omnis eius cultus & religio aboleatur?
Nam propterea Pontificem humana fragilitate lapſum (vt-
Hebr.5 pote infirmitate circundatum) accuſat. Exiſtimandum ve-
rò eſt Michaelem, qui Pontifici fauebat, & reliquos Ange-
los Michaele inferiores, Dei filium pro Pontifice rogaſſe.
Reſpōdit ergo filius Dei Angelis rogātibus. Auferte à Ieſu
veſtes ſuas ſordidas, & indue pretioſis. Exiſtimandum hîc
eſt Ieſum ipſum rogaſſe, vt ſua peccata delerentur, cui filius
Dei dicit. Ecce tranſire feci, & amoui à te iniquitatē tuam:
& iúſſi te indui prætioſis veſtibus. Tunc iuſſit Angelis, vt im-
ponerent ei tyaram mundam pontificiam: & ipſe Domi-
nus Dei filius manibus ſuis iuuabat Angelos, vt Pōtificem
exornarent: nam ideò dicit, Indui te mutatoriis. Poſtquam
ornatus fuit antiſtes intus, & extra dicit ei Michaël, vice
Domini Dei Patris. Si ſanctus fueris, Pontifex perſeuera-
bis: & dabo tibi comites, qui tecum ambulent, & tecū con-
uerſentur, ex his Angelis, qui huic ſacro conuentui adſiſtūt.
Hactenus res geſta: iam ſunt in ea quædam annotanda.
¶1. Ieſum Sacerdotem: quia in 1. cap. fecerat mentionem de
Zach.1 Zorobabele; ideò nūc agit de ſummo Sacerdote. Quod au-
tem hic de eo, non verò de Ieſu Domino noſtro agatur,
manifeſtum eſt. Quia ei Angelus dicit. Ecce abſtuli à te ini-
Ioan.8 quitatem tuam: Num à Chriſto Angelus aliquis auferat ini-
quitatem? Rurſum Angelus conteſtatur Ieſum, vt ambulet
in viis Domini. Num Chriſtum aliquis id conteſtetur? Iam
Rabini. ꝙ Rabini volunt hunc Ieſum Pontificem hoc loco fuiſſe
defunctum, merum ſomnium eſt. Quomodo enim teſtatur
Angelus

Angelus defunctum quod ſi in viis Dei ambulet, pótificio
munere fungetur? ¶ 2. Stanté coram Angelo Domini, id eſt,
coram Michaëlem, quem Angelũ Domini ca. 1. nominauit. *Sap. 1*
Cum enim Michaël eſſet Synagogæ princeps, curam ſummi
Pontificis eius agebat. ¶ 3. Et Satan: vt Deus demãdauerat
Michaeli curam Synagogæ: ita Lucifero cura erat eiuſdem: *Dan. 12*
ſed Michaël curam agebat, fauendo: Lucifer aduerſando.
Is ergo Satan eſt: de quo dicitur. Cõſurrexit Satan contra
Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael. Igitur An- *1. Paralip.*
gelus malus, qui reipublicæ, Pontifici, aut alicui alij aduer- *21*
ſatur Satan dicitur: vt Angelus malus contra Iob Deum incitans,
Satan etiam dicitur. ¶ 4 Satan verò ſtabat a dextris *Iob. 1. 2*
Ieſu: quia eum in cauſa vincebat. Nam in aliquod crimen
inciderat Pontifex, cuius ratione melior erat diaboli, quam
Pontificis cauſa. Ideò enim neceſſe fuit, vt Chriſtus Dominus,
eius iniquitatem auferret. ¶ 5. Increpet in te Dominus.
Legimus apud Lucam, quod increparit Dominus vẽtum & *Luc. 8*
mare: modum autem increpandi legimus apud Marcum dicentem,
quod ita increparit: Tace, obmuteſce. Ergo dicit fi- *Marc. 4*
lius Dei. Increpet in te Deus Pater, id eſt, obmuteſcere te faciat,
ſcilicet delendo Pontificis iniquitatem. Siquidem peccatis
ablatis, nihil habet Satã, quod eloqui poſſit. Porrò bis
dicit. Increpet in te. quia Satan non ſolã optabat Pontificis,
ſed etiam Ieroſolymæ calamitatem: ideò vtrique damno
Chriſtus occurrit. ¶ Sed iubeo lector vt ſummopere aduertas
hoc loco Patris & filij diſtinctionem: ait enim. Dixit
Dominus ad Satan, increpet te Dominus. Quid clarius potuit
dici? ¶ 6. Non iſte eſt torris erutus. Planè, quia damnati
ſunt torres & titiones in igne inferorum ardentes, ideò ardet
& Satan. Dictũ enim eſt, quod nutrimenta inferni ſunt
ignis & ligna multa: & ſtatus Domini, vt torrens ſulphuris *Iſa. 30*
ſuccedens ea. Tu verò non intelliges Satanam cum ad nocendum
ex inferno venit liberum ab igne venire: minimè,
eſt enim ignis ille æternus. Non igitur deſerit tormentum, *Matt. 25*
ſed locum. Ideò dicitur erutus, ſiue exiens ab igne, ſcilicet
inferni, quem tamen ſecum adducit. Ideò ſupra Satan vocatus
eſt Reſeph, id eſt, carbo ignitus. ¶ qui manifeſtũ eſt,
nullum probrum maius potuiſſe Chriſtum iacere in Satanam,
quàm eum vocare titionem inferni. Nullum ſiquidem
malum eſt in orbe maius. At Chriſtus probrum illud in
Satanam expuit, vt quem ſpeciali odio proſequatur? & ad *Ioan. 12*
cuius imperium delendum ſpecialiter erat ipſe venturus. *Luc. 11*

¶ 7. Ieſus

¶7.Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, ſignificantibus & Pontificis animum inquinatum:& Sacerdotij tunc ſtatum pauperem & abiectum. Deus enim viſa attemperat, vt extra demonſtrent, quæ intra geruntur: ſicut rubus ardens, non
Exod.3 combuſtus ſignificabat populum Hebræum ardere quidem in tribulatione, non tamen in ea perire. ¶8. Qui reſpondit. Hæc verba non ad Angelum, ſed ad Chriſtum retuli: ſciẽs non Angelum, ſed Deum ſolum poſſe auferre peccata: non igitur Angelus, ſed Chriſtus dixit. Ecce abſtuli à te iniqui-
Luc.7 tatem tuam. Et ideò dixerunt Phariſæi. Quis poteſt auferre
Ioan.20 peccata, niſi ſolus Deus? Nam poteſtas Sacerdotum peccata remittentium non fuit in veteri lege, quod ſciam: ſed in noua. ¶9. Indui te mutatoria, id eſt ſtatus tuus erit amplior quam nunc eſt, quod indicant veſtes quibus te induo, meliores his, quas tu geris: & aduerte Chriſtum ſuis manibus Ieſum induiſſe. Quã igitur veſtiet ſuis manibus legis nouę Sacerdotes! quamq́ue erunt horum veſtes! quàm veterum
Ioan.20 pretioſiores! ¶10. Poſuerunt cidarim. Obſerua, ad dignè tractandum munus Sacerdotale primò requiri, vt auferatur iniquitas ex animo: ſecundò, vt ſacerdos ſacris veſtibus vtatur, ſcilicet Angelis & Chriſto dignis. Tertiò, vt ſi veſtes aureæ non ſint, certè mundæ ſint: ideò tam attenta, non de aurea, ſed de munda cidari, mentio fit. ¶11. Si in viis meis ambu. & cuſto. in cuſto. id eſt ſi ſanctus fueris in te, & diligens & vigilans officium ſacerdotale exercueris, tu iudicabis domum meam. id eſt, tu eris Iudex populi, vt fuerunt
1.Re. 1.2. olim Heli, & Samuel. Vbi aduerte, poſt reditum Iudæorum
& 8. inf. è captiuitate, iudicium & totam ferè authoritatẽ in Sacer-
cap.6 dotibus manſiſſe: in ſecularibus verò principibus non item.
Ioſephus. Ideò Ioſephus non principes ſeculares, poſt reditum è captiuitate commemorat, ſed ſolos ſacerdotes. ¶12. Ambulantes, facilius habet litera Hebræa: dabo tibi ambulationes inter aſſiſtentes hos, id eſt, dabo tibi, vt venire liceat inter Angelos, qui hic aſſiſtunt. Sed eadem eſt noſtri textus ſen-
Luc.15 tentia, id eſt ex his Angelis dabo tibi, qui tecum ambulent in mundo, & tecum veniant in ſinum Abrahæ in ſæculo futuro.

II. PARS.

Audi Ieſus Sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te: quia viri (.2.) portendentes ſunt. Ecce ego adducam ſeruum meum. (.3.)

(.3.) *Orientem. Quia ecce* (.4.) *Lapis quem dedi coram Ieſu. Super lapidem vnum* (.5.) *ſeptem oculi ſunt. Ecce* (.6.) *ego celabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum. Et* (.7.) *auferam iniquitatem terræ illius in die vna.*¶ *In die illa, dicit Dominus exercituum vocabit vir* (.8.) *amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.* Habeto lector prius viſionis modum. Adſunt in hac viſione Ieſus Pontifex, & alij eius amici. His dicit Dominus Deus pater. Audite. Ego adducam ſeruum meum, Orientem. Cum verò hæc Dominus dicit. Lapidem monſtrat, & dicit. Ecce lapis quem ſtatuo coram Ieſu. Lapis verò ille habebat ſupra ſe ſeptem oculos. At verò neceſſe erat, vt oculi qui erant ſuper lapide, includerentur in lapide. Sed quis inueniretur artifex tantus, qui oculos inſculperet lapidi? Et difficultati occurrit Dominus dicens. Ego celabo, & inſculpam oculos hos ſeptem huic lapidi vno, & qua die oculi iungentur lapidi, auferam terræ iniquitatem, & faciam vt viri viros inuitent, vt ſedeant ſub vitæ & ficu. Habes lector rem geſtam: ſenſus eſt altiſſimus. ¶ 1. Audi: Rem ſummam, & incomparabilem Deus pater promiſſurus, ſummam attentionem requirit maxime à Pontifice, ad quem ea res maximè ſpectat: tum etiam ab amicis Pontificis, id eſt ab omnibus, qui in ea concione ex parte Pontificis videbantur. ¶2. Viri portendentes. Hebr. viri portenti, id eſt viri digni qui portentum, & myſterium hoc, & audiant, & annuntient: & quia illi Pontificis amici deſignabant Apoſtolos Chriſti, qui myſterium incarnationis Chriſti primi annuntiauerunt, & primi etiam ab ipſo Chriſto audierunt, meritò viri portendentes, & ſignificantes dicti ſunt, Nam portendere eſt ſignificare. Iam audiamus rem ſummam, quam Deus dicturus, attentionem expoſcit. ¶ 3. Ecce ego adducam ſeruum meum, ſcilicet, Meſſiam: qui Oriens eſt, pro Oriente litera Hebræa dicit צמח zema, id eſt germem: ô ineffabile myſterium! ô rem verè ſummam! Seruus Dei patris Meſſias, verè eſt illud germen, quod naturaliter ita procedit ex patre, vt ſolet germẽ ex trunco procedere. Attolle oculos ante omnem creaturã. Quid intelligis Deum: quid tu? germẽ ex ipſo Deo naſcens. Hoc germen: Meſſias erit, ſcilicet Deus homo ex Diuinitate germen: ex humanitate ſeruus nihil aliud quã patri, ſeruire volens. ¶4. Ecce lapis monſtrata Zachariæ lapidis forma, ſuper quam erant ſeptẽ oculi. Quis nõ videat lapidẽ ſignificare Chriſti humanitatẽ? Ea enĩ eſt lapis exciſus ſine manibus. i. ſine viri ſemine cõceptus. Eſt lapis pretioſus

1. Ioan. 1
Act. 1.
Pſal. 2
Iſai. 46. b
Dan. 2
Iſai. 28

prætioſus in fundamento ædific:j poſitus,Eſt lapis reproba-
Pſal. 117 tus ab ædificantibus:ſed factus in caput anguli.Eſt ladis of-
Mat. 21 fenſionis,& petra ſcandali. ¶ 5.Super eum lapidem ſunt.7.
oculi.id eſt vniuerſa ſapientia Diuina: & omnes theſauri,
Isa. D. Gregor. ſcientiæ, & ſapientiæ Dei.Ergo ſapientiam, verbum & lucem Dei ſignificabant oculi ſeptem.Siquidem ſeptenarius, numerus eſt vniuerſitatis, at filius Dei omnem ſapientiam Dei & omnes oculos Dei comprehendit. Sed quis poterit oculos Dei ſapientiam Dei,lapidi infigere & ſculpere? ¶.6 Ait Dominus,Ego cœlabo ſcul. turam lapidis,nô homines non Angeli, non tota natura hanc ſculpturam,& vnionem facere poterunt.Solus Deus eam faciet: vniens oculos Dei lapidis ruditati: vt ſi vnionem Diuinæ naturæ & humanæ intelligere non potes, viam ad intelligendum tibi pares, cum audis vnionem oculorum Dei cum lapide rudi. Quid commodi ex ea vnione ſequetur. ¶ 7.Auferam dicit Dominus iniquitatem terræ in die vna. Certè quia per Paſſionem Chriſti ablata eſt iniquitas terræ, imò verò & per vnionem oculorum cum lapide, ablata eſt iniquitas terræ: quia anima Chriſti in momento vnionis, ſe Deo obtulit
Iſai. 53 in futurum crucis holocauſtum,per quam oblationem De⁹
Pſal. 38 nobis reconciliatus eſt.& cœpit iniquitas terrę deleri. ¶ 8. In illa die vocabit vir amicum. Id eſt in tempore illo Sancti Chriſti,Apoſtoli vocabunt mundum vniuerſum.ad has Chriſti opes:ad hanc Chriſti pacem.per vitem, & ficum ſignificatam.Certè nihil magis refert charitatem,quam ficus
Rom. 10 & quàm vuarum racemus, ita in his fructibus mulla in vnum copulatur.At nihil magis eſt Chriſtianitas,quam cha-
Ioan. 15 ritas.Hoc enim eſt pręceptum meum vt diligatis inuicem. Ergo nihil magis referent ficus & vuę, quam Chriſtianitatem.Ac ita Prædicatores ad Chriſtianitatem vocantes,profectò ad ficus & vuas vocabunt. ¶ Quorſum verò lapis hic ſit viſus à Zacharia,ſequenti cap.dicetur.

CAPVT. IIII.

Protheoria. PRimò traditur forma candelabri,quod erat in Dei tēplo ponendum.Secundò redit ad lapidem.de quo cap, præcedenti mentio fuit.Tertiò explicat Angelus, quæ ſint duæ oliuę à Zacharia in candelabro viſæ.

E*T reuerſus eſt Angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me quaſi virum,qui ſuſcitatur de ſomno ſuo.* Dictum eſt cap.2. quod

quod Angelus proprius Zachariæ egreſſus ſit in occurſum alterius Angeli, qui legationem è curia Dei ad Zachariam afferebat.abſoluta verò legatione, Angelus Zachariæ cum Angelo legato abiit. Nunc verò reuertitur,& inuenit Zachariam velut attonitum,ac ſi ſumno eſſet oppreſſus. Cum igitur vellet eum multa docere,eum excitat,velut attentionem poſcens ab eo. Nam quod Zacharias non dormiret indicat reuelationis ſplendor, ꝙ auidū,non ſomniculoſum ſed videntem facit.Indicat etiam, quod Angelus non excitauit dormiētem:ſed exſtaticum,ac ſi ſomno premeretur. Zach.2

Et dixit ad me. Quid tu vides,& dixi. Vidi,& ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius & ſeptem lucernæ eius ſuper illud, & ſeptem, infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput eius.& duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. Forma candelabri hæc erat. Erat candelabrum aureū.In eius capite erat vas rotundū, quod lampadē Hieronymus vertit:Quia erat vas ex cuius oleo,lucernæ alebātur.Ex parte infera huius vaſis rotundi, prodibant ſeptem lucernæ,Ex parte ſupera vaſis prodibant ſeptem canales reſpondentes ſeptem lucernis inferioribus,vt quæq; canalis in ſuam lucernam oleum effunderet.¶ Hi canales è vaſe prodeuntes vocantur hic infuſoria infundentia.ſ oleū in lucernas. D.Hier.

¶ Et illud verbum ſeptem & ſeptem,intelligitur ita ſeptē infuſoria ſeptē Et lucernis accōmodata.¶ Et illud verbū ſeptē infuſoria lucernis,quæ erant nō debet intelligi quod lucernę eſſent ſup caput vaſis,ſedꝙ infuſoria eſſēt in capite vaſis.non ita quod eſſent in eius ſummitate,alioqui infundere oleum non poſſent,ſed quod infuſoria,ſeu canales eſſent in parte ſupera:& lucernæ in infera. Vltra hæc:prodibant(vt arbitror)ſub lucernis:ex candelabro duo roſtra, ad modum duarum ampullarum.quæ ex parte infera effundebant liquorem aureum:ad latus verò ſuum habebant duos ramos oliuarum,qui (quia pleni erant ſuis oleis) videbantur ſpicæ ſuis granis ornatæ.¶ Ergo Candelabrum habebat in capite magnum vas oleo plenū ex vaſe primò prodibant ſeptem canales oleum effundentes. ſecundò prodibant ſeptem lucernę oleum ex canalibus ſuſcipientes.Tertiò prodibant duo roſtra,aureum liquorem fundentia,& duos ramos oliuarum ſuſtinentia.Hęc in fine huius cap.habentur.

Et reſpondi,& aio ad Angelum,qui loquebatur in me dicens, Quid ſunt hæc,Domine mi?& reſpondit Angelus,qui loquebatur in me

me,& dixit ad me? Nunquid neſcis,quid ſunt hæc? & dixi, Non Domine mi. Et reſpondit,& ait ad me dicens. Hoc eſt *verbum Domini ad Zorobabel.dicens. Nō in exercitum nec in robore:ſed in ſpiritu meo dicit* Dominus *exercituum.* Ignorabat propheta quid cādelabrū ſignificaret. Explicauit ei Angelus myſterium : ſed tam obſcurè,vt necdum illud intelligatur. Sed aggrediamur. Sine dubio Chriſtus Domin- apparebat in forma Candelabri probatur manifeſtè. nam in calce huius cap. dicit Angelus quod duæ illæ oliuæ aſſiſtentes candelabro , ſunt duo ,filij olei aſſiſtentes donatori terræ. Ergo donator terræ Chriſtus erat in forma cādelabri, cui duo filij olei ſeu duo rami
Cor.10 oliuæ aſſiſtebant. ¶ In capite huius candelabri erat vas magnum,ſcilicet. quia iuxta Apoſtolum caput Chriſti Deus
Eccl. 2.d. Diuinitas ergo Chriſti erat vas magnum,& illi gratia,quia
Zach.33 plena eſt oleo,miſericordiæ. ¶ Septem lucernæ candelabri ſunt omnimoda ,Chriſti ſapientia , quâ in circuitu videt vniuerſa,vt ſupra de.7.oculis dixi. ¶ Septem canales, quibus effunditur oleum,ſunt omnimoda Dei bonitas , quæ ſuam miſericordiam pleniſſimè effundit in Chriſti ſapientiam. Si enim miſericordiam non temperaret ſapientiam , iam noſtra mala,quæ pleniſſimè Deus videt,pleniſſimè caſtigaſſet. Sed miſericordia ſuperexaltat iudicium. & quod hoc vi-
Iaco.2 det illa diſſimulat,propter pœnitentiam. ¶ Duo roſtra ſuſtentatia duos ramos oliuarum ſunt potentia Dei ſuſtentans principem eccleſiaſticum & ſecularem:ac proinde ſuſtentans nos omnes in eis. ¶ Quia verò hæc duo roſtra ef-
Sap.11 fundebant liquorem aureum,eumque duobus ramis oliuæ miniſtrabant, & duo rami illi erant Zorobabel, & Ieſus monſtrabatur facilè,quod Deus potentia ſua ſubminiſtrabat aureas opes principibus illis,vt Dei templum abſoluerent. Itaque non erat opus exercitu,aut alia potentia,quam ſpiritu Dei,qui ſubminiſtraret multum auri : & bonitate Dei , quæ ſuam miſericordiam illis ædificantibus effunderet.

¶ Cum igitur Zacharias videret candelabrum per lucernas conſpicere:& per roſtra poſſe:& per canales effundere tam copioſam miſericordiam in Zorobabelem , & Ieſum,meritò miratur Angelus quod hæc ille non intelligat & interrogatus Angelus reſpondet, Non egent Zorobabel & Ieſus exercitu contra finitimos hoſtes:non egent potentia.ad templi conſummationem adeſt Spiritus Dei.qui omnia copioſè largitur.

II. PARS.

Quis tu mons magne coram Zorobabel? In planum. Et educet lapidem primariam. & exequabit gratiam gratiæ, eius. ¶ *Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam & manus eius perficient eam. Et ſcietis, quia Dominus exercituum miſit me ad vos. Quis enim deſpexit dies paruos? Et lætabuntur & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel Septem iſti oculi ſunt* Domini, *qui diſcurrunt in vniuerſam terrã.* Deus bone, & quam varij ſunt Authores in iſta viſione? Ego rem ita intelligo, & planiſſime, & ſuauiſſimè. In loco vbi templum erat ædificandum, mons erat, qui ex ruinis Ieroſolymæ, à Nabuchodonoſore vaſtatæ, ibi aggeſtus erat. *4.Re.vlt.* Erat verò mons ille magnus, hoſtibus, ſcilicet, Iudæorum ita procurantibus, ne ibi templum poſſet reædificari. Cum ergo mons ille magno eſſet impedimento ad templum ædificandum, ridet Propheta montem dicens. Quis tu es, vt templum impedias? in planum reduceris, iuſſu Zorobabelis. Tunc incipiunt Iudæi montem fodere, dumque fodiunt educitur pulcherrimus lapis. Eum lapidem primarium Zorobabel fundamentis olim iactis imponit. Tunc ingens gaudium ſurgit in plebe, & multæ gratias Deo aguntur ab omnibus, maximè verò à Zorobabele. *1.Eſdr. 5.* ¶ Porrò dum collocat Zorobabel lapidem illum verbum Domini fit ad Zachariam, dicens, Sicut manus Zorobabel inceperunt templum illud collocantes ſuper fundamento lapidem primum eędem manus templum abſoluent, imponentes lapidem vltimum angularem. *1.Eſd.6.d* Et cum id videritis vos omnes, qui me auditis, intelligetis me eſſe verum Prophetam, quem ad vos Dominus miſit. *Eſd. 6. d* ¶ Dum hæc loquitur ille, non deerant, qui opus illud deſpicerent, reputantes opus eſſe grande, pecunias verò paucas. Deſpiciebant igitur dies illos, vt tenues, vt pauperes, quos ideo dies paruos propheta vocat. Contra hos deſpectores intonat Zacharias dicens, Quis veſtrum deſpicit noſtram paupertatem? noſtra tempora tam exillia? Sciant omnes, quod Iudæi lætabuntur maximè, & videbunt lapidem angularem in manu Zorobabelis: vt eum ſummitati domus imponat. Dum hæc dicit Zacharias, en adeſt Lapis ſtannei coloris, & in ipſo erant ſculpti ſeptem oculi, ad omnem orbis partem reſpicientes. Is lapis erat à Zorobabele in totius fornicis ſublimitate locandus, ac ita manus eius (quę lapidem primarium ſuper fundamento locauerat) lapidem ſplendentem, & oculis plenum, in templi

fine

ſine locarent.¶ Per ea quę diximus vniuerſa litera explicata manet.excepta particula illa,exæquabit gratiam, gratię eius.pro qua Hebræa litera habet. tumultus, gratia, gratia ei.Quod ſignificat,cum collocaſſet Zorobabel lapidem illũ primum ſuper fundamento-ſurrexit tumultus, & acclamatio,& plauſus in populo,dicentium,gratia.gratia Deo vnde literæ noſtræ ſenſus erit.Collocato primario lapide,egit Zorobabel gratias Deo, & exæquauit plebs gratias, agens, ſcilicet gratias, vt ille feruenter agebat. ¶ Quæris forſan huius viſionis interpretationem?Ego verò neminem arbitror tam cæcum,qui nõ videat domum illam à Zorobabele ędificatam,ſignificare Eccleſiam Chriſti. Nec enim aliquis lapis materialis habebat ſeptem oculos per vniuerſam
Iſai.28 terram diſcurrentes, Ergo vt Chriſtus eſt hic lapis oculis
Pſal.117 vniuerſa contemplantibus ornatus:ac ideò,eſt lapis angularis,qui ab ędificantibus reiectus.factus eſt in caput anguli:ita ipſe eſt lapis primarius Eccleſię ſanctæ.ſuper quo omnis
Matt.21 ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in
Ephes.2 Domino.Chriſtus ergo eſt lapis imus & ſummus. Imus, quia decendit ad inferiores partes terrę. Summus, quia aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Eſt enim
Ephes.4 α & ω. principium & finis, Quod ſi & ipſe eſt candelabrum, quod in medio templi ſtatuitur, planè ipſe eſt prin
Eodem. cipium medium,& finis.Iam ſi ædificatio Eccleſię Chriſtia
Apoc.1 næ tam eſt operoſa,vt multi deſperent eam poſſe conſummari.illis hoc dicitur, ędificatio hęc à ſpiritu Dei fit. non à viribus humanis. ¶ Porrò Chriſtus dicitur lapis ſtannei
Edem. coloris,id eſt fulgoris ſuboſcuri, & pretij vilioris, quâm argentum,aut aurum.quo notatur fidei Chriſtianæ obſcuritas:& quàm à multis reputatur,vt vilis.

III. PARS.

Et reſpondi & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ,ad dexteram candelabri. & ad ſiniſtram eius? Et reſpondi ſecundo,& dixi ad eum, Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea,in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? & ait ad me dicens. Nunquid neſcis,quid ſunt hæc.Et dixi, Nõ Domine mi.Et dixit, Iſti ſunt duo filij oliuæ: qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. Ex priore Angeli reſpõſione,nõdũ Zacharias intellexerat,quæ eſſent duę oliuę illæ.ideò nunc iterũ interrogat & interrogat idẽ ſecundò vt doceret nos,quales eſſent oliuę Erãt enim ſpic

oliuarum

oliuarum,id eſt rami,tam onerati fructibus, vt ſpicæ viderentur granis onuſtæ.Item,vt doceret nos, vbi illi rami eſſent.Certè iuxta duo roſtra aurea:in quibus erant ſuffuſoria ex auro.Hebræa litera habet ita:duæ ſpicæ oliuarum,ad manum duorum roſtrorum effundentium deſuper ſe aurum:vbi tria docemur,primum quod oliuæ non erant ſuper roſtris,ſeu ampullis:ſed ad latus,id dicit litera noſtra, cum ait,iuxta duo roſtra:ſecundum,quod illa roſtra ſeu ampullæ effundebant aurum, ſcilicet liquorem auri:id vult litera noſtra,cum ait in roſtris fuiſſe effuſoria ſeu effuſoria auri. Tertium eſt.quod roſtra erant inferius in vaſe:nam liquorem effundebant ex parte ſupra vaſis. Meritò igitur ſupra dixi,quod hæc duo roſtra ſub lucernis erant. ¶ Neque dubites roſtra effundere aurum. Nam aurum liquari poteſt,& effundi:quod lege apud Vlſtadium lib. de Secretis naturæ, & apud Geberum lib. 3. Habes lector Zachariæ interrogationem. ¶ Reſponſio Angeli non eſt aperta. Ait enim hi ſunt duo filij olei,&c. Per filios olei intelligunt poſt Theodoritum reliqui interpretes Zorobabelem & Ieſum,id eſt, principem ſecularem & Eccleſiaſticum. Tu verò lector intellige hos duos principes,cum ſubditis ſuis:nam ideò ſpicæ vocantur, id eſt rami fructibus pleni. Hi vocantur filij olei,in eſt filij miſericordiæ. diuinæ:qua videlicet nimium egent,vt rectè populos gubernent. Nam Paulus ſalutans omnes, dicit. Gratia vobis & pax: ſed cum Timothæum pontificem ſalutat, ita dicit. Gratia, miſericordia, & pax. ¶ Quod autem ait, qui aſſiſtunt Dominatori vni, terræ, multa docet,primum quod candelabrum illud,dominatoris terræ vicem habere: vt rami ei aſſiſtentes, dominatori aſſiſterent:ſecundum eſt,quanta ſit dignitas principum, vt qui ipſi domino Deo aſſiſtēt:tertium,quid principes facere debeant, ſcilicet aſſiſtere dominatori terræ: non verò dæmonibus inferni.

Vlſtad. ca.23. Geber li. 3.in præparatione Iouis. Ro. Cor.1. 1.Ti.1.2

CAPVT V.

PRiore viſione videt propheta egredi maledictionem Diuinam è Iudæa,in vniuerſam terram.Poſteriore, videt egredi impietatem è Iudæa, & religari in terram Babyloniæ:vt ita Iudæa libera relinqueretur à maledictione & impietate.

Protheoria.

explicat, eum eſſe iurantem, caſtigandum, qui iurat in nomine Domini, mendaciter. ¶Ergo ſenſum viſionis adhibet Dominus. Educam, Inquit, è Ieroſolyma & Iudæa maledictiones, quibus Iudæos hactenus caſtigaui: & immittam eas in omnes domos furum, & peierantium, in eis domibus commorabuntur: & eas abſument. ¶Quæres, cur ſermo ſolum fit de furto, & de periurio? reſpondetur, furtum pertinere ad ſecundam tabulam decalogi. & videri illud minimum crimen. Si igitur minimum ita punitur, quomodo maiora punientur? Ita D Hieron. Iuramentum pertinet ad priorem tabulam decalogi. & non eſt ſermo de tertio præcepto decalogi, quia Gentiles non tenebantur ad illud. Nec fit mentio de primo præcepto, quia de eo in ſequenti viſione dicetur. Exo. 34. D.Hiero.

II. VISIO.

Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide Quid eſt hoc quod egreditur? & dixi, quidnã eſt? & ait, Hæc eſt (1.) amphora egrediens: & dixit, Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et ecce (2.) talentum plumbi portabatur. & ecce (3.) mulier vna ſedens in medio amphoræ, & dixit. Hæc eſt impietas. Et proiecit eum in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbi in os eius. ¶*Et leuaui oculos meos. & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum: & habebant alas, quaſi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum. qui loquebatur in me. Quo iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Senaar, et ſtabiliatur, et ponatur ibi ſuper baſin ſuam.* Finis & intentio viſionis eſt, maximũ Dei fauorem monſtrare, quo Iudæos illos proſequi volebat, eiiciendo impietatem, ſeu (vt autoribus placet) idololatriam ex eorum finibus. ¶Ergo egreditur amphora quæ eſt oculus videns omnes homines terræ. Ea eſt iuſtitia Diuina, quæ quia iuſtiſſima, & æquiſſima eſt amphora ſeu menſura eſt eadem: quia eſt oculatiſſima & omnes vniuerſæ terræ homines videns, oculus omnium dicitur. Planè quia duobus oculis Deus omnes reſpicit ſcilicet miſericordiæ, & iuſtitiæ. ¶2. Talentum plumbi poſtea explicabitur. ¶3. Ecce mulier ſedens in medio amphoræ, Certè, quia in medio Iudææ & in medio Ieroſolymę, & in medio templi, quaſi in medio Diuinæ iuſtitiæ, & in medio oculorum Dei Impietas, ſeu Idololatria ante vigebat. Quis enim ſi legit libro Re- 4. Re. 17. & vlt.

gum,non legit idolorum culturam velut in oculis Dei? Sedebat igitur impietas & idolorum cultura in medio amphoræ Diuinę iuſtitię, velut regnans & triumphans in ea. ¶ 4.At verò Angelus non ferens iam, eam ita quietam ſedere,è ſolio eam deturbauit, & in profundum diuinæ iuſtitiæ proiecit. è ſolio eam deturbauit, auferens è cordibus Iudæorũ idolorum affectum.in profundum iuſtitiæ proiecit,rogans Deum, vt ſua æquitate eam è tota Iudæa relegaret:vt nunquam liceret in Iudæam redire. ¶ Miſit tunc maſſam plũbi in os amphoræ,quia firmiſſimo decreto Dei ſtatutum eſt.vt iuſtitia Diuina, in perpetuum non cineret idololatriam ad Iudęos redire. Igi ur concluſa eſt Dei decreto,velut,plumbea maſſa iuſtitia Diuina ne idololatriam in Iudęam prodire ſinat. Quæ prophetia ad literam completa eſt,nam ex ſecundi templi ædificatione, Iudæorum plebs nunquam coluit idola Nam & ſi tempore Machabęi

Mach.2 Antiochus curarit idolorum culturam in Iudæos inducere nunquam id aſſecutus eſt tamen & licet quidam metu adacti idola coluerint,non tamen tota gens idola recepit.

¶ 6.Duæ mulieres egreſſæ tulerunt amphoram in terrã

3.Re.vlt. Senaar.Memento quod egreſſi ſunt ſpiritus mendaces, vt deciperent regem Achab.Ita nũc egreſſi ſunt duo mali ſpiritus,in forma mulierum,qui decipiant habitantes in Senaar:vt recipiant idolorum culturam. quam Iudęi reiiciebant.

3.Reg.11 Porrò figuram mulierum hi ſpiritus habebant. quia diaboli per mulieres, ad idola colenda Salomonem incitarunt, & nullo commodiore.quam mulieris tormento,virilis animi turris quaſſata cadit. ¶ 7.In aliis dęmonum erat ſpiritus

Pſal.103 quo velocitas eorum deſignatur.Dictum enim eſt.Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. ¶ 8.Alæ erant milui. Quis enim dæmonem ingenium habere mihi non fateatur. Miluus, girat,circuit,quætẽs miſerum pullum quem rapiat,laceret, & deuoret.dęmon,circuit quærens quem deuoret.¶ 9.Spi-

2.Pet.5 ritus tulerunt impietatem in terram Senaar.Certè reſiſtebat Angelus Perſarum, & vt credo Babyloniorum,ne Michael abduceret Iudæos è Babylonia in Iudęam. Nam præſentia Iudęorum in Babylone veri Dei cultum promouebat,idolorum minuebat. Siquidem Nabuchodonoſor, Darius &

Dan.10 Cyrus prædicari Deum verum in orbe iuſſerunt. Qua præ-

Dan.6. dicatione, vt cultus Dei creſcebat: ita idololatria diminue-

1.Eſd.1 batur.Conſequens igitur fuit, vt per Iudæorum è Babylone deceſſum,in Senaar, vbi Babylonia erat idololatria rèdi-

ret

ret,cultus Dei veri decederet, id ſcilicet dęmonum veloci rapacitate ſolicitante.Quę ratio eſt,vt in hac viſione dicatur dęmones abduxiſſe impietatem in terram Senaar.

CAPVT VI.

PRiore parte calamitas prædicitur Aquilonis,id eſt calamitas Aſſyriorum & Chaldæo rum in Aquilone commorantium hoſtium Iudeæ perpetuorum. Altera parte traditur hiſtoria Chriſtum apertè figurans *Protheoria.*

ET cõuerſus ſum.& leuaui oculos meos,& vidi:Ecce quatuor ,(1.) quadrigæ egredientes de medio duorum montium.Et montes,montes ærei In quadriga prima equi (2.)ruſi:In quadriga ſecunda,equi nigri.In quadriga tertia,equi albi.In quadriga quarta,equi varij,& fortes.Et reſpondi & dixi ad Angelũ qui loquebatur in me,Quid ſunt hæc Domine mi?Et reſpondit Angelus,& ait ad me.Iſti ſunt quatuor venti cœli:qui egrediuntur,vt ſtent coram Dominatore omnis terræ.¶ In qua erant equi nigri,egrediebatur,in terram Aquilonis.Et albi egreſſi ſunt poſt eos. Et varij egreſſi ſunt ad terram Auſtri. Qui autem erant robuſtiſſimi exierunt,(3.)& quærebant ire,& diſcurrere per omnem terram.Et dixit,Ite perambulate terram.Et perambulauerunt terram.vocauit me & loquutus eſt ad me:dicens.(4.) Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.

De quatuor imperiis,ſeu monarchiis , huius partis cõmunis omnium intetpretatio eſt. Noſtra verò,ſi per te lector licuerit,longe differentiſſima erit.Statuamus principio, ordinem rei geſtæ. vide Zacharias grandem planicem,quam circundabant montes ærei , Erat in hoc montium circuitu apertura,quę duos montes efficiebat. Intra montes in planicie,aderat Dominator omnis terræ,aderant quatuor quadrigæ equorum, Aderat Angelus Zachariæ: & ipſe Zacharias.Porrò per aperturã & hiatum illum montium,è planicie,egrediebantur quatuor illæ quadrigæ.Rogat Zacharias Angelũ.Qui ſint illę quadrigę.Reſpondit Sũt quatuor venti cœli.Id eſt ſunt quatuor ſpiritus,ſeu quatuor angeli,qui ſunt ſpiritus,ad modum ventorum.Iuxta tritum illud,Qui facit Angelos ſuos ſpiritꝰ.Hi(inquit)angeli egrediũtur nũc quidem à facie Dominatoris terræ,vtperactis eius mandatis *Hebr.1* redeant ad ſtandum coram eo. Quadriga prima habebat *Pſal. 103*

equos rufos. Secunda nigros. Tertia albos. Quatta varios, ac item cineruleutos. Hiſpanè Ruçios, qui dicuntur eſſe fortiſſimi. Quadtiga prima in hoc loco proximo planiciei manſit. ſcilicet. prouinciam ſeruatura. Quadriga ſecunda nigra abiit in Aquilonem, iram Dei contra Aquilonem ferens. Tertia alba egreſſa dicitur: quo egreſſa non dicitur. Quadriga quarta, quantum ad partem equorum variorum iuit in Auſtrum, quantum verò ad partem cinereorum, ſed fortium, eam Deus iuſſit per totam terram diſcurrere,

¶ Demum de quadriga nigra dicitur quod planè mandatum Dei exequuta fuerit ſcilicet calamitatem Aquilonaribus Iudçæ hoſtibus inferens. Hactenus viſio. ¶ 1. Quatuor has quadrigas eſſe Angelorum, Angelus Zachariæ monſtrauit. Dixit enim eas eſſe quatuor ventos cœli, qui egreſſi de loco Dei, in eum erant redituri. vt adſtarent Deo. Quis non videt ſpiritus qui è loco Dei exeunt, & in eum redeunt, vt adſtent Deo, Angelos eſſe? horum enim millia millium adſtant Deo, vt Daniel dicit, & Raphael ait ſe eſſe ex adſtantibus Deo. ſcilicet Angelis & Angeli dicuntur Deo adſtare apud Iob, & alibi paſſim. Adde alteram rationem. Quia hi equi nunc viſi ſimiles illis ſunt, quos in prima viſione Zacharias vidit. ſcilicet equi rufi, varij, albi ſed illi Angeli erāt. Erant ergo & hæ quatuor quadrigæ. Adde tertiam. Angelus dixit has quadrigas fuiſſe ventos. ſ. ſpirit⁹ at ſpirit⁹ hi Angeli ſunt. Sunt igitur Angeli venti: non ſubſtantia ſed agilitate, potentia, ſubtilitate, penetratione, & aliis ventorum conditionibus. Forſan Angelus dixit, hi ſunt quatuor venti cœli vt intelligamus, quadrigas non fuiſſe ventos terreſtres. ſed cœleſtes. ¶ 2. Prima quadriga rufa pertinebat ad Michaelem Archangelum. Is enim omnium doctorum conſenſu erat, qui equo rufo incidebat, vt Zacharias dixit in prima viſione, Ergo quadriga rufa erat Angelorum cuſtodientium Iudæā ac ideò egreſſa à facie Dei manſit in Iudæa, vt eam protegeret nec in alium locū dicitur profecta, Dixi verò ſupra, cur hæc quadriga rufa diceretur. ¶ Secunda quadriga Aquiloni demādabatur. color eius erat pullus ac ater ſignificans mortem & calamitatem imperij Aſſyrij & Babylonici quam, intra 100. annos plus minus, ei Alegander Macedo hoſtiliter intulit. In vindictam calamitatum, quas Aſſyrij & Chaldæi Iudæis olim intulerant. ſcilicet ante annos 100.

Pſal. 67 · *Dan. 7* · *Tob. 12* · *Iob. 1. 2* · *Zac. 1* · *Zac. 1* · *Eodem.* · *1 Eſdr. 1* · *4. Reg. vl.*

¶ Tertia quadriga erat alba quæ occidenti demandabatur: vt ibi regnum Romanorum ſtatueret,

m aximè

maximè verò, vt Romæ Apoſtolicam figeret ſedem, in qua Chriſtus per Vicarium ſuum, ſuam Regeret Eccleſiā. Num non intelligis, qua ratione alba quadriga ſit? imma- *Epheſ.5.*
culatam ſcilicet Dei Eccleſiam ſeruatura. ¶ Quarta quadriga partes duas habebat, vnā ex variis equis. Huic demādata eſt terra Auſtralis, vbi eſt Ægyptus, quæ quia ſub Regibus Perſis variam habuit belli fortunam, nunc victrix, nunc victa: nunc domina, nunc ſubiecta (quod ex Herodoto co- *Hero.*
gnoſces) ideò Angelorum quadriga, cui illa vendicata eſt, varia viſa eſt. Alteram partem habebat hæc quadriga ex equis fortib⁹. ſcilicet cinerij coloris. Huic parti vt robuſtiori ad peragrandum orbem totius orbis conceditur, & ex ipſo colore facile cognoſcimus, hos equos fuiſſe mortis miniſtros, per quos, ſcilicet mors afferebatur his quos Dominus volebat, vt moreretur. Hi equi fortes vocantur, certè *Haba.3.*
quia fortis, vt mors delictio. Cinerij verò quia ſuper æquū *Can.8.*
pallidū ſedebat mors in Apocali. ¶ 3. Miraris forſan, quod *Apoc.7.*
hæc Angelorū pars quęrat ire, & diſcurrere per omnem terram, vt mortem inuehant in eam. Ego tamen video in hoc argumento Angelorum ingenium. Quod enim beneficium nobis tribuāt. Angeli ipſa morte maius? Si enim pius moreris, pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum e- *Pſal. 115.*
ius: ſi impius moreris, certè min⁹ in inferno punieris, quàm ſi diutius in impietate vixiſſes. ¶ 4. Ex omnibus quadrigis quæ tunc egreſſæ ſunt, illa tunc laudata eſt, quę in Aquilonem abiit: & in eam furorem Domini intulit: & eū *1.Mac.1.*
in ea quieſcere facit, ſcilicet, quia per Alexandrum Macedonem imperium illud ſubactum eſt, & vaſtatū, & per multos annos Regibus Gręcis, non verò propriis ſubiectum, vt ſicut per multos annos Aſſyrij vaſtauerunt regiones non ſuas: & eas ſibi ſubiecerunt: ita per eoſdē multos annos illi vaſtentur & ſubdātur Regibus nō ſuis: ſed alienis. Quæ eſt ęqua & iuſta vltio Dei. Et hic eſt finis, ac intētio viſionis. ¶ 5. Ex his dictis arbitror nihil ſupereſſe in hac viſione difficultatis niſi illud primū ꝙ locus vbi Dominator terrę aderat circūdatus montibus ęreis, ſignificabāt illi tamen, quod ſicut cœlum eſt altiſſimum refugium Dei, & ideò malum ad *Pſal.90.*
ipſum non accedet: ita & locus vbi eſt Deus, quia ęreus eſt: ideò nullum malum per ipſum poterit penetrare.

II. PARS.

Et factum eſt verbum Domini ad me dicens, Sume à (1.) tranſmigratione, (2.) ab Holdai & à Tobia, & ab Idaia: & venies in die

illa,(3.) & intrabis domum Ioſiæ,filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone: & ſumes aurum & argentum: & facies coronas. Et pones in capite Ieſu filij Ioſedec *Sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens. Hæc ait* Dominus *exercituum dicens. (4.) Ecce vir Oriens nomen eius, & ſubter eum orietur: & ædificabit templum* Domino *(5.) Et ipſe extruet templum* Domino: *& ipſe portabit gloriam: & ſedebit: & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſuo.(6.) & conſilium pacis erit inter illos. ¶(7.) Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, &* Idaiæ, *& Hen filio Sophoniæ memoriale in templo* Domini. *¶ Et qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo* Domini. *¶ Et ſcietis quia* Dominus *exercituum miſit me ad vos. ¶ Erit autem hoc ſi auditu audieritis vocem* Domini *Dei veſtri.* Audi lector rei geſtę

1. Eſdr.2. modum. Licet ſub Cyro ex Babylonia in Iudæam reddierint ferè quinquaginta mille Iudæi, manſerunt in Babylone tamen ex ipſis quam plurimi Nam Ioſephus fatetur ſub *Ioſephus.* Zorobabele poſtea veniſſe in Iudæam quatuor millia millium,& adhuc manebant in Babylonia plurimi. Hi audientes templum in Ierosolimis ædificari miſerunt aurum, & argentum per mnus Holdai, qui etiam vocabatur Helem: & per Tobiam, & per Idaiam, & per Ioſiam, vocatum alio nomine Hen, qui erat filius Sophoninæ. venerent hi quatuor è Babylone in Ieroſolymam, Iudæorum & ſua munera adducentes: quæ repoſuerunt in domo Ioſiæ, ſeu Hen, filij Sophoniæ. Tunc Deminus præcepit Zachariæ, vt conueniret quatuor illos: peteretque ab eis argentum, & aurum. Tunc Zacharias venit, in domum Ioſię, à quo, & aliis tribus accepit aurum & argentum. Man at tunc Dominus, vt inde fiant duæ coronę, quę ambę ponantur in capite Ieſu magni Sacerdotis: factas adducit Zacharias, & dū collocat eas in capite Ieſu dicit. Hęc ait Dominus. Ecce adeſt vir, cuius nomen eſt Oriens, ſeu Germen: ſub quo templum extruetur. Quæ verba cui debeant accommodari, poſtea dicam. Pergit Zacharias. Ille ędificabit templum Domini. Ille Ieſus ſic coronatus erit princeps ſecularis: ſimul erit princeps Eccleſiaſticus. Neque tamen Zorobabel de hac re conquereretur, imò verò pax erit inter eum & Ieſum licet Ieſus à Zorobabele principatū eripuiſſe videbatur. ¶ Porrò coronę illę duę in templo ſeruabuntur in monumentum quatuor illorum qui eas Domino obtulerunt. ¶ Neque ſolum Iudęi Ieroſolymis commorantes ędificationem templi iuuabunt: ſed multi etiam ex remotiſſimis Iudęis, ſubſidia ſua ad ipſum ędificandum communicabunt. Hactenus

Viſio-

Viſionis ordo. Ego tamen antequàm eam exponere aggrediar, ſtabilire volo, cui nam conueniant verba illa. Ecce vir, Oriens nomen eius. Erat equidem licet videantur dici de Ieſu ſacerdote, & licet Remigius, & Villanouanus eas tribuant Zorobabeli, nihilominùs certiſſimus ſum, ſoli Meſſię conuenire, & de eo ſolo dici. Primò quidem, quia capite tertio de Meſſia, non de Ieſu, non de Zorobabele dictum eſt. Audi Ieſu & qui tecum ſunt (inter quos erat & Zorobabel) ego adducam ſeruum meum Orientem. Certè Meſſias erat adducendus: non verò Ieſus & Zorobabel, qui aderant pręſentes. Non igitur hi, ſed Meſſias vir eſt, cui nomen eſt Oriens, ſiue Germen: Secundò, quia Chaldeus interpres hunc locum ita vertit. Ecce vir, Meſſias nomẽ eius. Eſt porrò huic interpreti ſumma apud Iudæos autoritas. Non igitur verba illa ſunt ad illum Ieſum referenda. Tertiò, quia plurimi doctiſſimi Rabini hunc locum volunt de Chriſto Domino intelligi. Quos vide apud Galatinum. Stat igitur ſentẽtia, locus (etiam apud Hebręos) eſt de Meſſia intelligendus: vt res ita geſta credatur. Iubet Dominus Zachariæ, vt coronas imponat capiti Ieſu Sacerdotis: ille eas poſitur⁹ dicit. Hoc dicit Dñs. Ecce adeſt pręſens vir: cui nomen eſt Oriens, cuius prędſidio templum ſub ipſo ędificabitur. Ieſus verò ſummus ſacerdos ędificabit illud, & vtrunque dominium Põtificium & ſeculare exercebit, vt faciliùs templum ędificet. Neque tamen id princeps Zorobabel moleſtè feret. Nam Deo id operante pax inter vtrunque principem firma conſtabit. Hactenus ſenſus huius literæ.

Remig.
Villa nouanus.
Zac. 3.
Eodem.
R. Iona.
Gal. lib. 3. c. 16. & li. 7. c. 2.

At verò lector intelligas finem prophetię, te precor parũper aduerte. Olim Melchiſedech fuit ſimul Rex, & Sacerdos: Rex Salẽ, & Sacerdos Dei ſummi. vt D. Paulus adduxit. Rurſum. voluit meus ſuum populum gubernari per Põtificem, qui ſimul dominium haberet ſeculare, & Pontificiũ, qualis fuit Heli, & Samuel. Moleſteque & cum ſupercilio tulit, Saulem in Regem creari. qui diuiſim dominium ſeculare teneret. Quorſum hæc? Certè quia venturus erat Meſſias, qui vtrunq; gladiũ haberet: qui Rex eſſet, & Sacerdos. Sacerdos, ſcilicet, ſecũdum ordinem Melchiſedechi. & Rex in domo Iacob in æternum: quod regnum Iſaias cãtauit & Zacharias. Ea ratione voluit hunc Ieſum vtrunque dominum habere: & in eius rei ſignum duas coronas afferre: & nihilominus pacem, inter eum & Zorobabelem conſiſte-

Gen. 14.
Hebr. 7.
1. Reg. 1.
1. Re. 8.
1. Re. 8. 9.
Pſal. 107.
Mach. 1.

 re. Vide-

Id nunc aſſeritur, dicitur:enim quod coronę non eſſent è templo abducendę: ſed in eo aſſeruandæ: in ſignum, quod licet Pontifex eſſet dominus in temporalibus:non tamē regiam dignitatem eſſet extra templum habiturus.¶8.Et qui procul ſunt,id eſt feſtinate, ſtrenuam operam templo nauate,nam & remotiſſimi venient, munera deferentes,vt templum perficiatur?& erit ignominia veſtra,vos ab illis vinci.¶.9.Erit hoc ſi auditu hanc limitationem, & conditionem plurimis prophetiis appoſitam crede:,quarū veritatem ſi non videmus impletam, cauſa eſt, quia earum conditionem minimè adimpleuimus. *Iere.36.* *Iere.22*

CAPVT VII.

IVdæi qui manſerant in Babylonia, conſulunt Sacerdotes & prophetas,qui erant Ieroſolymis,an adhuc eſſent ieiunaturi,vt eatenus plurimis annis ieiunauerant?Reſpōdet Domius per Zachariam, primò, non ſibi placuiſſe ieiunium eorum:ſecundò proponit exemplum, quid olim à Iudæis ante eorum tranſmigrationem requiſiſſet:tertiò ex eo exemplo docet, quid ab eiſdem poſt remigrationem requirat,tandem quartò reſpondet ad conſultationem. *Protheoria 7.& 8.* *Iſa.58.*

E*T factum eſt in anno quarto Darij regis.factum eſt verbum Domini ad Zachariam:in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu.* Id eſt cum iam per biennium diligentiſſima nauaretur templo Dei opera,& id in Babylonia ſciretur.Et inde venirent legati ad conſulendos Sacerdotes, reuelatio facta eſt Zachariæ,hæc quæ ſequitur.Porrò tam eſt grande opus reuelatio prophetia. & tanti à Propheta cui fit, æſtimatur, vt non ſe contineat, quin diem & menſem explicet quo tantum beneficium accepit.

Et miſerunt ad domum Dei *Saraſar,& Rogon melech: & viri qui erant cum eo,ad deprecandam faciem Domini: vt dicerent Sacerdotibus* Domini *exercituum,& prophetis,loquētes Nunquid flendū eſt mihi in quinto menſe? vel ſignificare me debeo,ſicut iā feci multis annis.* Hęc litera vertitur ita à Rabinis quibuſdma.Et miſit domus Dei Saraſarū,& Rogom melech,& viros eius,ad placandam façiem Domini, &c. quam literam exponunt hoc modo: Synagoga Iudæorum erat in Babylone: hanc vocabant domum Dei:& hæc mittit Saraſarum, & Rogō melech

Melech ad conſulendos Sacerdotes. Sed hæc interpretatio
Sanctes. nullius hiſtoriç fundamentis innititur. Sanctes, Vatablus, &
Vatablus. Tygurinus vertũt in hunc ſenſum: plebs Iudęa in Babylonia
Tigurin. conſiſtens miſit Saraſarum, & alios. At Munſterus conuenit
noſtræ verſionis, ſcilicet quod Saraſar & Rogon Melech, & viri eorum miſerint legatos in Iudæam. Cùm verò parum noſtra referat, an Saraſar, & Rogon Melech, miſerint, an verò fuerint miſſi, & noſtram verſionem Hebræa litera ferat, prudens eam explicabo. Pro cuius intelligentia aduertendum, quod vt ex hoc capite, & ſequenti docemur, Iudęi qui captiui venerant in Babylonẽ, conuentum fecerunt, in quo, publico edicto mandatũ eſt. Primò vt omnes ieiunarent in nona die, menſis quarti (primus mẽſis erat Martius) quia eo
Iere. 52. die Ieroſolyma dirupta, & capta fuerat, vt tradit Ieremias. Secundò, ieiunarẽt die decima, menſis quinti, quia eo die ſacrũ
Iere. 52 Domini templum combuſtum erat: vt idem Ieremias tradit: & habetur 4. lib. Regum. Tertiò ieiunarent etiam in menſe ſeptimo, quia tunc Godolias, quem Nabuchodonoſor
4. Re. vlt. reliquerat, vt diſperſos Iudæos congregaret, & guberna-
Iere. 41 ret, ab hoſtibus occiſus eſt: vt tradit Ieremias, & 4 lib. Re-
4. Re. vlt. gum. Quartò item ieiunarent in decima die, menſis decimi:
4. Regum vlt. a quia in eo die Ieroſolyma à Nabuchodonoſore obſeſſa fuerat. ¶ Porrò cum iam Iudæi in patriam rediiſſent, nec ipſi, neque illi, qui in aliis regionibus erant, ieiunabant menſe quarto: nec ſeptimo: nec decimo, ſcilicet quia iam ieiunij cauſa ceſſauerat: videlicet Iudæis ſuam Ieroſolymam habitantibus. Cum verò templum Dei nondum eſſet planè abſolutum, eſſet tamen magna eius pars ædificata, meritò Iudæi qui erant in Babylonia, conſulunt Iudæos qui erant in Ieroſolyma, an liceret eis relinquere ieiunium quinti menſis. Nam ſi illud ſuſceptum erat, propter templi deſolationem, & templum iam extructum erat, quantum, ſcilicet pertinebat ad Sancta, & Sancta Sanctorum, videbatur meritò à ieiunio ceſſandum. ¶ Verba Hebræa, conſultationem continentia ſunt hæc. Num flebo menſe quinto? Num Nazareabo (liceat ita loqui) ſicut feci his annis? Nazareare erat abſtinere à cibi conſuetis, maximè à vino: vt Nazarei faciebant. Ita vertit Chaldæus interpres hunc locum. Iam
Num. 6 abſtinentiam illam, quam Nazarei faciebant vocabant ſan-
Ionathan. ctificationem, vt in eodem. lib. Num. habetur: ideò noſter
Hieron. Hieron. pro Nazareate, poſuit ſanctificate. Et item hæc
Zach. 8 abſtinentia, ieiunium erat: vt infra cap. 8. docebimur. ¶ Tu

lector

lector contra hæreticos nota. Non audent Iudæi violare, quod publico edicto mandatum erat, ſine ſummi ſacerdotis & concilij autoritate.

Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens. Loquere ad omnem populum terræ, & ad Sacerdotes, dicẽs. Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto, & ſeptimo menſe, per hos (70.) annos nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & cum comediſtis, & bibiſtis, nunquid non vobis comediſtis, & non vobiſmetipſis bibiſtis? Id eſt. Reſponſurus Deus ad interrogata, iubet, vt Propheta vocet ſacerdotes omnes, plebem etiam vniuerſam, ſiquidem & illi vt videtur, eatenus ieiunauerant, & omnes reſponſum quæſtionis optabant. Conuocata igitur frequentiſſima concione, primum ait Dominus. Nec veſtrum ieiunium, nec veſter hactenus cibus placuit mihi: nec placuiſtis ieiunantes neq; comedentes, vos magni æſtimabitis ieiunium veſtrum, at non ego. Si quæritis cauſam, ſequẽtia docebunt. ¶ De 70. annis dixi c. 1. ¶ Ieiunamus Deo, quando propter eum, cum animi innocentia ieiunamus. Qui verò ieiunat, nihil Deum curans, aut ſine innocentia vitæ, is non Deo, ſed ſibi ieiunat: & ita comedens, ſibi non Deo comedit: vt qui in gloriam Chriſti, cum vitæ innocentia comedit, Deo comedit. ¶ Litera Hebræa eſt aliquatenus diuerſa: ſed idem eſt ſenſus.

Iſa. 58.

Zach. 1

1. Corin. 10.

II PARS. Reſponſionis.

Nunquid nõ ſunt verba, quæ loquutus eſt Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Ieruſalem habitaretur, & eſſet opulenta, ipſa, & vrbes, in circuitu eius, & ad Auſtrum, & in campeſtribus habitaretur? Id eſt. Num non etiam nunc extant & perſeuerant verba, quæ Dominus loquutus eſt olim per prophetas, qui fuerunt ante captiuitatem: tunc quando Ieroſolyma erat diues, & opulenta: & præ infinitate Iudæorum, non ſolum Ieroſolyma, & ſolum terræ pingue habitabatur ad Occidentem & Orientem, & Aquilonem: ſed etiam ad Auſtrum, & in campeſtribus arenoſis, quæ minus idonea erant, vel ad habitationem, vel ad fructuum collectionem. Hanc rem docuit nos D. Hieron. in prologo ſuper Amos. ¶ Quod verò extarẽt verba quæ loquuti fuerunt prophetæ priores, lege Iſaiam, Ezec. & vt vno verbo dicam, lege prophetas, qui de iudæ vaſtatione prænuntiauerunt. Quæris quæ ſint ea verba? ſunt ſequentia.

D. Hier.
Iſa. 58.
Ezec. 18

Et factum eſt verbum Domini ad Zachariam dicens. Hæc ait

Dominus

exercituũ dicẽs,iudiciũ verũ iudicato: & miſericordiã, & miſerationes facite vnuſquiſque cũ fratre ſuo. Et viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite callumniari, & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Id eſt quod quęſiui ſemper à vobis eſt, vt Iudices rectè, iudicent vt qui poſſint, opere & crede miſericordiã proximis impẽdant vt viduas, orphanos, adueans, pauperes, quos omnes meæ cuſtodiæ ſeruaui, nemo lędat ex vobis. Vt omnis cogitatio proxima noxia, procul è corde veſtro pellatur. Hæc requiro. Nam Iudicem ius ſuum cuique tri-
Pſal.83 buere, vehementer volo. vt ex pſalmis colligere quiſque
93.100. poteſt. Miſericordiam ipſe ſummè miſericors ſummè à vo
Oſee.6 bis expecto adeò vt miſericordiam velim, nõ ita ſacrificiũ, viduas, orphanos, aduenas, pauperes peculiariter curo. di-
Mic.6 ctum enim eſt. Tibi derilictus eſt pauper: orphano tu eris
Pſal.9 adiutor, & item. Deus eſt pater pauperum, Iudex viduarũ.
Pſal. 67 demum, cum vos omnes habeam, vt pater filios quomodo patiar aliquem alij malum machinari? Habetis verba quæ
Mala 1. olim à veſtris maioribus requiſiui.

Et noluerunt attendere. & auerterunt ſcapulam, recedentes: & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent, & cor ſuum poſuerunt vt adamantem ne audirent legem, & verba quæ miſit Dominus exercituum, in ſpiritu ſuo ſancto, per manum prophetarum, Ego *priorum* inquit innocentiam à patribus veſtris requirebam: at illi prophetas nec attendere voluerunt: humerumque ſuum ſubtraxerunt, ne legis onus reciperent: aures ſuas velut goſipio obturauerunt: feceruntque ſibi cor, quod velut adamas, domari non potuit ne audirent: legem in ſe ſanctam, iuſtam, & bonam, legem & verba, quæ eis Dominus legabat legem quam Spiritus ſanctus inſpirabat, legem demum quam prophetæ priores viri ſanctiſſimi, conſanguinei, & conciues, eis prædicabant.

Et facta eſt indignatio magna à Domino exercituum. Et factum eſt ſicut loquutus ſum: Sic clamabunt, et non exaudiam dicit Dominus exercituum. Lege hæc verba futura pro præteritis:
4.Reg. vt ſit ſenſus: quia patres veſtri fuere adeò rebelles, effudi in
37.vlt. eos furorem & indignationem meam. & intuli eis mala, quæ promittebam, me illis illaturum. & ſicut clamaui ad eos, & ipſi non audierunt: ita poſtea in ſua tribulatione clamauerunt ad me, & non exaudiui eos. quod etiam illis pro-
Mich.3. miſeram, vt videre eſt apud Michæam, vbi dictum eſt quomodo id eſſet inlligendum.

Et diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt. Et terra deſolata eſt

*eſt ab eis:eo quod non eſſet tranſiens, & reuertens. Et poſuerunt terrã
deſiderabilem in deſertum.* Id eſt.exuiare eos feci,in terris bar-
barorum,vbi amicis carebant & notis. Terra eorum tanto-
pere frequens,iam ſola eſt: neque ad eam quiſquam it,aut *Thren.1*
redit.Sedet enim ſola ciuitas,quæ erat plena populo & de- *Deut.8.11*
mum terram fluentem lac & mel (cuius laudes tantopere *Exoc.2.12*
Moſes decantauit) ſuis peccatis,& rebellionibus deſertam
fecerunt:id eſt:fuerunt cauſa , vt deſtrueretur.En quo tan-
dem decidit patrum veſtrorum pertinacia,qua noluerunt
meis obedire mandatis.

CAPVT VIII

*ET fa ctum eſt verbum Domini exercituum , dicens
Hæc dicit Dominus exercituum. Zelatus ſum Sion
Zelo magno: & indignatione magna. Zelatus ſum
eam.Hæc dicit Dominus exercituum. Reuerſus ſum
ad Sion:& habitabo in medio Ieruſalem Et voca-
bitur* Ieruſalem *Ciuitas veritatis:& mons Domini exercituum:mons
ſanctificatus.* Summa huius capitis eſt.Capite præcedente di
xi,ait Dominus , me quæſiſſe à vobis vitæ innocentiam:
quam quia non pręſtitiſtis,receſſi à vobis,& omnia in vos
mala congeſſi.nunc redij ad vos omnia bona collaturus.
tantũ vitę innocentiã quã requiro præſtare.Ergo inquit,qa
deſponſaui Rempublicam veſtram , & illa me contempto *Oſee.1*
idolis adhęſit,amor quo eam proſequebar zel⁹ factus eſt.
indignatio facta eſt,ideò ab ipſa receſſi.En iam ſum ad Sio *4.Re.24*
nem reuerſus,iam habito in templo Ieroſolymę.qua ratio-
ne etiam apud exteros Ieroſolyma vocabitur Ciuitas veri-
tatis,id eſt ciuitas vbi verus Deus colitur: vbi veri Dei vera
religio eſt. Et mons Moria vbi templum eſt, vocabitur
Mons Sanctitatis : vbi ſcilicet Deus habitat, qui ſolus eſt *1.Eſdr.5.*
bonus,ſolus eſt ſanctus,Intelligent enim etiam gentes,ve-
rum Deum habitare in Sione, Lege priorem Eſdræ librũ,&
videbis quam veneraretur Artaxerxes Deũ Iudæorũ, & tẽ-
plum eius: aſſereſque tunc hanc prophetiam fuiſſe cõple-
tam. Quin & multæ gentes illud templum venerabantur.

Hæc dicit Dominus exercituum. *Adhuc habitabunt ſenes & 1.Eſd.5*
anus in plateis Ieruſalem:*& viri baculus in manu eius,præ multitu- Ioſephus*
*dine dierum. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus , & puel-
lis ludentibus in plateis eius* ¶ Hæc dicit *Dominus exercituũ* Si *vide-
bitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis, nunqua
id*

in oculis meis erit difficile,dicit Dominus exercituum? Id eſt, non contentus ſolum habitare in medio veſtri,ſecundò beneficio vos afficiam ſcilicet reſtituam Ieroſolymam in priſtinum ſtatum.vt ſicut ante tranſmigrationem,ex pace,otio, & ſecuritate vetuli, & vetulæ in plateis commorabantur, liberum Solem excepturi,& cũ aliis fabulaturi,quin aderāt etiam ſenes præ ſenectute baculos gerentes in manibus, vt plateam Senatum diceres:ita penitus promitto futurum nunc poſt templi ædificationem. Et ſicut plateæ olim perſtrepebant luſibus puerorum ita & nũc perſtrepent.¶ Scio videtur vobis hæc quam polliceor,reſtitutio difficilis,quia pauci eſtis, vtpore reliquiæ populi prioris, ſed num quia difficile eſt vobis,difficile erit,& mihi cui non eſt impoſſibile omne verbum qui omnia, quę volui feci, in cœlo &
Luc.1 in terra.¶ Impleta eſt omnino hæc prophetia,quia ferè per
2.Mat.8 300.annos à tēpli ædificatione,in pace requieuere Iudæi. Ita enim dicitur in 2.Machab. Cum Sancta ciuitas habitaretur in omni pace.

Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce ego ſaluabo populum meum de terra Orientis:& de terra occaſus Solis.Et adducam eos,& habitabunt in medio Ieruſalem:& erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum,in veritate,& in iuſtitia. Id eſt,adhuc tertium beneficium in vos conferam. Nam congregabo diſperſos per Orientem,& Occidentem Iudęos:& adducam eos,vt inhabitent Ieroſolymam, qui erunt populus meus, & peculium meum,& ego ero eis Deus verus,ſcilicet Deus & iuſtus Deus: ac ideò requirens ab eis veritatem religionis, idolis abiectis,iuſtitiam morum,vitiis relegatis.¶ Credi debet,Iudæos diſperſos per varias mundi plagas,audita templi ędificatione ad ſuam Ieroſolymam rediiſſe.

Hæc dicit Dominus exercituum, Confortentur manus veſtræ qui auditis in diebus veſtris ſermones iſtos,per os Prophetarum,in die qua fundata eſt domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur. Siquidem ante dies illo merces hominum non erat:nec merces iumentorum erat:neque introeunti,neque exeunti pax erat præ tribulatione. & dimiſi omnes homines, vnumquemque contra proximum ſuum. ¶ Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius,dicit Dominus exercituum:Sed ſemen pacis erit. Vinea dabit fructum ſuum.Et terra dabit germen ſuum Et cœli dabunt rorem ſuũ. Et poſſidere faciam reliquias populi huius vniuerſa hæc. Id eſt,roborentur,manus veſtræ,vos qui auditis ſermones ab ore prophetarũ,q à die quũ iacta erāt tēpli fundamēta hortabātur vos

vt

vt ædificaretis templum Conſid erate obſecro,quod ante eos dies, quibus cœpiſtis ſuper fundamentis ędificare. Tanta erat anni,& annonę ſterilitas, vt nec homines, neq; iumenta inuenirent,vbi operas collocarent,& inde mercedem operæ reciperent.Nam vinea lagenarum 50.debat ſolum 20.& terra modiorum viginti,exhibebat ſolos.10.Cœli ænei erant,nec pluuias dabant (vt Haggæus dixit ca.1.) Imò permittente me., finitimi veſtri, imò & vicini veſtri ita vos affligebant,vt nec extra vrbem,nec intra vrbem pax inueniretur.Siquidem permittebam, vt inimici eſſetis vos vobis.& vos vicinis veſtris. ¶ At verò nunc,quanto beneficio proſequi volo vos, qui reliquiæ eſtis populi antiqui. Nam volo ſeminare pacem:& pax ſeminata hunc fructum feret,vt conciliet vos vobis & vicinis veſtris.Volo dare fructuum abundantiam ſcilicet vini & frumenti.Volo vt cœli temporibus ſuis dent pluuiam ſuam. Volo tandem, vt vos hac bonorum copia fruamini,ſcilicet ab hoſtium,& lãguorum iniuria tuti.¶ Tu lector magnopere conſpice, non ſolum fructus terrę eſſe Dei benigniſſimi dona:ſed etiam pacem cum exteris: imò & pacẽ cum vicinis. ¶ Memento etiam,anno ſecundo Cyri iacta fuiſſe templi fundamenta & inde per annos 40,templi ædificationem ceſſaſſe. quo tempore Iudæi paſſi ſunt & annonæ ſterilitatẽ, & hoſtium finitimorum iniuriam, vt in Eſdra legimus imò & domeſticas diſcordias,vt hoc loco docemur. tranſactis verò 40. annis,anno ſecundò Longimani, cœperunt Haggæus & Zacharias populum ſolicitare ad templi ædificationem,Ex quo tempore omnia bona ędificantibus promittuntur. *Pſal. 147* *1.Eſd.3.d*

*Et erit, Sicut eratis maledictio in gentibus,domus Iudæ & Domus Iſrael.ſic ſaluabo vos,& eritis benedictio. Nolite timere.Cõfortentur manus veſtræ. Quia hæc dicit Dominus exercituũ, Sicut cogitaui, vt affligerem vos:cum ad iracundiam prouocaſſent me patres veſtri:dicit Dominus, & non ſum miſertus,ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis:vt benefaciam domui Iuda:& Ieruſalem. Nolite timere:*Quintum beneficium adhuc vobis impendo.Gentes execrabantur virum Iudę, & virum Iſraelitam. tantum contra vos odium conceperant.At ego conuertam corda gentilium. vt odio reiecto,vos venerentur, & velut homines diuinos, cum vos viderint vobis benedicant demum vt omnia vno verbo concludam,vt olim cogitabam, quomodo vobis incõmodarem,nunc conuerſus cõgito rationes,quibus cõmodẽ vobis.Quibus igitur tantę promiſſiones fiant,nihil eſt *1. Eſ.4.e* *1.Eſd.4.b* *1.Eſd.5.a* *Hagg.1.* *Zach.4.*

C quod

quod timeant. ¶ Tu lector expende verbum pſalmi. Conuerti cor eorum, vt odirent populum eius. & dolum facerent in ſeruos eius ita conuertit tunc corda gentium, vt Iudæos execrarentur: vt & nunc execrantur. Por o templo ædificato, conuertit gentes, vt Iudæos diligerent, ac venerarentur. Eam venerationem lege apud Ioſephum.

Pſal. 306

Ioſephus.

III. PARS. Reſponſionis.

Hæc ſunt ergo verba, quæ facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Veritatem et iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitatis in cordibus veſtris Et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus. id eſt, Ecce ego tantis vos beneficiis augeo. Ergo quod à patribus veſtris toties exegi, idem nunc á vobis requiro. Ego ſum veritas, fideliter igitur viritatem, ſeruate erga proximos. Ego ſum pax, igitur iudex pacem quærat inter litigantes, cōponat, & reconciliet eos, in portis vrbis, vbi iudicia Iudæi exercere ſolebāt. Reliqua aperta ſunt, & iam cap. ſuperiore explicata.

Ioan. 15
I Epheſ. 2
Pſal. 86
Zah. 7

IIII. PARS.

Hæc dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & lætitiam: & in ſolenitates præclaras. veritatem tamen & pacem diligite. ¶ *Hæc dicit Dominus exercituum. Vſque quo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, et vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes. Eamus et deprecemur faciem Domini et quæramus Dominum exercituum. Vadam etiam ego.* Quæ fuerint ieiunia, quarti, quinti, ſeptimi & decimi menſis, dixi capite præcedente Senſus iudicio meo huius partis eſt. Ait Dominus, vos quæritis an adhuc ſit ieiunandum menſe quinto? iam vobis reſpondeo. Hęc omnia ieiunia veſtra ceſſabunt commutata in præclaras feſtiuitates, fiet enim vt pro diebus, horum ieiuniorum populus feſta gaudia inſtituat. Nunc tamen non ceſſent ieiunia iſta menſis quinti, donec templum abſoluatur: & veniant populi, qui in vrbibus deſolatis habitent: & ex eis alij alios inuitent, vt ad templum Domini conueniant. Ergo ieiunium quinti menſis tunc ceſſet, cum multæ ciuitates nunc deſertæ, à ciuibus habitentur. ¶ Illud verò, tamen veritatem & pacem diligite, erat omnium

Zach. 7

omnium cordibus inſculpendum. Diligite veritatem erga
Deum: pacem erga proximum, vero amore, & religione
Deum colligite, pacis offendicula erga proximũ cauete. *Ioſeph. vt*
¶ Notandum ex Ioſepho, tempore Zorobabelis è Babylo- *ſupra.*
nia veniſſe quatuor millia milliũ Iudæorum. hi impleuerũt
ciuitates deſertas & deſolitas, ac ideò ceſſauit ieiunium
quinti menſis in eorum aduentu.

Et venient populi multi & gentes robuſtæ ad quærendum Dominum exercituum in Ieruſalem, & deprecandam faciem Domini.
Non ſoli Iudæi Ieroſolymitani venient (ait Dominus) in
templum Ieroſolymæ: ſed multi alij Iudæorum populi:
imò & multę gentes diuites, & potentes. Id quod impletum
oſtendit Ioſephus, cum docet multos gentiles ſummæ
venerationi habuiſſe templum illud. Inter quos Alexnder
Macedo, poſt benignè Iaddum ſuſceptum, in templo Dei *Ioſe l. 11.*
immolauit: ita Ioſephus. l. anti 11. Sed quorſum affero teſti- *ant. c. 1*
monium Ioſephi, cum adſit apud Eſdrã epiſtola Artaxer- *1. Eſd. 5.*
xis iubentis, Domino in ſuo templo vitulos, arietes & a- *Ioſe l. 6*
gnos offerrit? Quin & Romani religioſe templum Ieroſo- *de bello c.*
lymæ veniratı ſunt, lege Ioſephum. *11.*

Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, quibus apprehẽdent
dicens homines ex omnibus linguis gentium: & apprehendent. fimbriã
viri Iudæi. dicentes. Ibimus vobiſcum: Audiuimus enim quoniam Eſter. 8
Deus vobiſcum eſt. Si Regina Eſter vixiſſet poſt Zachariam, 13
facilè dicerem, eius tempore prophetiam hanc fuiſſe com
pletam. At quia Eſter fuit ante Zachariam, credo hanc pro- *Ioſ. l. 12*
phetiam impletam tempore Seleuci Nicanoris totius Aſiæ *c. 3.*
principis, vide Ioſephum li. 12. anti.

CAPVT. IX.

PRænunciat parte prima, quæ à templi ædificatione, ad *Prophe-*
Chriſti natalẽ erant futura. Parte ſecunda, ea quę Chri- *tia.*
ſtus, facturus erit dum in hoc mundo viueret. Tertia parte,
bellicum Chriſti apparatum ad gentium conuerſionem.

ONVS verbi Domini in terra Hadrach. & Damaſci requiei eius. Quia Dñi eſt occulus hominis. & omnium tribuũ Iſra. Hemat quoque in terminis eius. Et Tyrus & Sydon, aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiã valde. Id
eſt Grauis prouis prophetia, & oneroſa, cõtra Hadrach. Da *Vide*
maſcum, Emat, Tyrum, Sidonẽ. Dubitatio eſt, quęnã fuierit *Naũ. 1.*

 Hadrach?

Hadrach? Quidam Rabi dixit eſſe meſſiam Lege hoc apud
Gal.l.8 Galatinum. Theodoretus voluit Hadrach ciuitatem eſſe
ca.10 Arabie. Rabi Iudas, quo ſit locus Damaſci. apud eundem Ga
Theod. latinum. Veritas hæc eſſe videtur. Hedrach erat ciuitas Da-
hic.R. in- maſco fœderata. in qua illa requieſcebat & confidebat.
dus. ¶ Quænam ſit Emat dixi copioſe apud Amos. ¶ Quęnam
Gal.ſup. fuerit Tyrus non eſt opus dicere. illuſtriſſima vrbs illa fuit.
Amos.6 de qua mirabilia habentur apud Iſaiam, & Ezechielem, apud
quem in eodem capite de Sydone leges. ¶ Iam nunc attē-
Iſai.23 tè ſenſum literę propoſitæ conſidera. ¶ Prænunciatur onus
Eze.27 in terra Hadrach. & Damaſco. Quæris cauſſam? Cauſſa eſt,
& 28. quia Domini eſt oculus hominis, quorum verborum gloſa eſt litera Hebræa quæ ita habet. Ad dominum oculus ho
4. *Reg.* 10 minis & tribum Iſrael id eſt, quia oculi hominum & tribũ
16 Iſrael, quos Hadrach & Damaſcus læſerant, ad Dominum attolluntur, & ab eo petunt vindictã. Quot mali Damaſcus intulerit Iſraelitis legas facile in libro. Regum. Igitur meritò
Abac. 2 onus Domini contra Damaſcum erit ſiquidem oculi Iſ-
Gen.4 raelitarum id onus Damaſco imponi requirunt. Quod ſi lapides parietum clamant. Si ſanguis Abel petit vltionem quanto potius oculi eorum, qui graues iniurias patiuntur.

¶ Secundò prænunciatur onus contra Emat. & ſenſus literæ noſtræ patebit ex Hebræa, quæ ita dicit. Et etiam Hemat terminabit in ea. Id eſt onus Domini terminum illi præfiget. Illa enim contra ius & fas limites imperij ſui prorogat, at Dominus limitem illi conſtituit. ¶ Tertiò prænunciatur onus Tyro & Sidoni. Cauſſa eſt. quia ſibi arro-
Strabo. gant ſapientiam nimis: nimiſq; de ea ſuperbiunt. Quam rem
l.16 in Strabone cognoſces, qui inter multa dicit. A Phœnicibus (ſci. Tiriis & Sidoniis) emanaſſe creditur Aſtronomia & Arithmetica. Nunc quoque & omnis reliquæ philoſophiæ copia maxima, ab his ciuitatibus ſumi poteſt. Tu lector, ne artes malas eſſe credas: ſed ſuperbiam, quę ex earum
1. Cor.9 cognitione progredi ſolet. Nam ſcientia inflat.

Et ædificauit Tyrus munitionẽ ſuam & coaceruauit argentũ quaſi
Iſai.27 *humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce Dominus poſſidebit eam*
Eze.27 *& percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hæc igni deuorabitur.* Ditiſſi-
Vaſtatione mas fuiſſe Tyrum & Sidonem, ex Iſaia & Ezechiele ſcies.
Tyri ab At quod fuerint vaſtandæ hoc loco prædicitur: & Alexan-
Alexan- der Macedo prædictionem impleuit. Fecit enim aggerem
dro narrat quo Tyrus olim inſula, continens facta eſt, capta, & exuſta.
Ioſe. ¶ Illud verò, Dominus poſſidebit eam, id eſt, potentiam

ſuam

ſuam in ea exeret, vincet, & ſubiiciet eam.

Videbit Aſcalon, & timebit. Et Gaſa, & dolebit nimis. & Accaron. quoniam confuſa eſt ſpes eius. Et peribit rex de Gaza. Et Aſcalon non habitabitur. Id eſt. Videbunt excidium Tyri ab Alexandro factum Accaron: Gaza, & Abſcolon. & dolebunt, timentes ſibi futurum, quod factum videbant in Tyro. maximè verò doluit Aſcolon, quæ præſidium habebat in Tyro. Et equidem Alexander Gazam deſolauit, & eius Regem extinxit, doloſata eſt etiam tunc Aſcolon, licet poſtea reparatam doceat Strabo. recenſens viros doctiſſimos, qui ex ea prodibant. quin & Herodes inde proceſſit. nam ideò vocatur Aſcalonita. *Strabo, & reliqui.* *Strabo. l. 16*

Et ſedebit ſeparator in Azoto. Et diſperdam ſuperbiam Philiſtinorum & auferam ſanguinem eius de ore eius: & abominationes eius de medio dentium eius. ¶ *Et relinquetur etiam ipſe Deo noſtro. & erit quaſi dux in Iuda: & Accaron, quaſi Iebuſeus.* Res hæc ita geſta eſt. Exciſa Tyro, venit Alexander (qui ſeparator hic dicitur Hebraicè ממזר Manzer, id eſt Spurius) contra Paleſtinã. cuius Metropolin Gazam vaſtauit. & credendum eſt, veniſſe in Azotum, vbi aliquot dies ſedit. Quo facto vaſtata fuit Philiſtea, olim tantopere ſanguinaria: tanopere crudelis cõtra Iudæos, quorum ſanguinem ore bibebat: quos velut fera dentibus lacerabat. Vaſtata Gaza contendit Alexander Ieroſolymam. vbi (Deo præcib. Iudæorum placato) benignus factus eſt in Iudæos: & relictus, & deuotus Deo: nam Deo in templo immolauit, & velut dux in Iuda. ita enim Iudæ fauit, ac ſi dux illorum fuiſſe quæ omnia lege fusèt in Ioſepho. ¶ Porrò dicitur Accaron futura vt Iebuſeus, vt enim hic inuictus olim tandem venit in poteſtatem Dauidis & Iudæorum: ita Accaron olim inuicta, ceſſit tandem Ionathę Machabæo, & Iudæis. ¶ Expectas cur Alexander vocetur ſeparator & ſpiritus. ſeu natus. Certè ſpuritus, quia ex adulterio natus eſt. Nam Olympias eius mater Philippo marito confeſſa eſt Alexandrum non genitum ab eo. Nectabanus enim Magus quidam eam decepit, & (fingens ſe eſſe Hammonem) violauit, hiſtoria mrefert Iuſtinus: & poſt eum Antonnius, & reliqui. Separator vero ſcilicet antiquiſſimorum regnorum à dominis ſuis. ¶ Mirare nunc lector, quomodo id prædixerit propheta, & quomodo prædixerit, quod eſſet vaſtaturus Philiſtæam, & facturus ne amplius illa velut fera crudelis, ſanguinem hoſtium deuoraret: neque vicinos dentibus laniaret. *Ioſephus.* *Ioſephus.* *2. Re. 5* *1. Mac. 10* *Anthoni.* *Iuſt. l. 12*

Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi,euentus & reuertentes:Et non tranſibit ſuper eos vltra exactor. Quia nunc vidi in oculis meis. Textus Hebræus ad verbum verſus ſic habet, caſtra ponam domui meæ,de exercitu,de tranſeunte,& reuertent. Sed ſenſus idem eſt ſcilicet circundabo domum meam Angelis,euntibus & reuertentibus nam angeli ſunt exercit⁹ Dei, quod habet litera Hebræa, & ſunt Deo militâtes,quod habet Latina.Et ſunt euntes in templum, & reuertẽtes ad cuſtodiam noſtram,quod habet noſtra religio.

Matt. 18. *Ioſ.l:*11. *ant.c.*8. Vt verò magis hic ſenſus illuſtretur: audi Ioſephum dicẽtem,Alexandrum immòlaſſe in templo Ieroſolymitano:& conceſiſſet Iudæis,vt patriis legibus viuerent: vtque ſeptimo anno eſſent à tributis immunes.Hoc dicit nũc propheta.Cicundabo,inquit,templum meum angelis: ne exercitus Macedonum, alicui Iudæo noceat.: Alexandro ad immolandum in templum veniente.Et non tranſibit exactor, qui Iudæos à patriis legibus diuellat. ¶Porrò verbum vltimum eſt admirandum,Ecce ait propheta,hæc quæ dixi,ego ipſe vidi oculis meis,Deo ſcilicet totam Alexandri hiſtoriam prophetæ reuelante. Et hactenus Propheta dixit, quæ erant futura ante aduentum noſtri Meſſię.

II PARS.

Propheta.*Exulta ſatis filia Sion:iubila filia Ieruſalem.*Ecce *Rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator. Ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam,& ſuper pullũ filium aſinæ.*Meſſias.2.*Et diſperdam quadrigam ex Ephraim:& equum de* Ieruſalem:*& diſsipabitur arcus belli. Et loquetur pacem gentibus. Et poteſtas eius a mari vſque ad mere: & à fluminibus vſque ad fines terræ.*Propheta.*Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui.*Meſſias.3.*Emiſiſti vinctos tuos de lacu,in quo nõ eſt aqua.*Propheta.4:*Conuertimini ad munitionem vincti ſpei* .Meſſias.5.*Hodie quoque annuntians,duplicia reddam tibi.* Tradit nobis propheta geſta Chriſti, quę geſſit à dominica palmarum,ad ſuam in cœlos aſcenſionem ſcilicet tradit celebritatẽ illius dominicę.Quę Chriſtus in ſua morte fecit.Quid in ſua Reſurrectione factũ eſt.Quid factũ eſt in Limbo.demum quid in aſcenſione contigit. ¶1.Locus eſt de Chriſti ad Ieroſolymam aduentu, in dominica Plamarum: quæ explicatio non eſt mea: ſed Dei apud D.Matthæum, qui

*Matth.*21 ait:Chriſtum ingreſſum Ieroſolymã ſuper aſino, vt impleretur hæc prophetia,Ergo quia Deus in hac prophetia iubet vt

ber vt plebs Sionis & plebs Ieroſolymæ exultet, & iubilet, cum Chriſtus ſuper aſina veniebat:ideò eo aduenite, exultat & iubilat illa. Dicente Luca, cæpetũt omnes turbæ deſcendentium gaudentes laudare Deum, dicentes voce magna, Benedictus qui venit Rex. Quid enim nõ gaudeat populus veniente Rege: ſponſa veniente ſponſo: filio veniente patre: infirmus veniente medico: omnibus bonis carens, veniente eo qui affert omnia bona? Sed textus gaudendi cauſas attulit. Prima: quia Rex tu⁹ venit tibi. vt ſcilicet ſit omninò tuus, Iuxta illud. Ero merces tua magna nimis. Et illud. Ego in medio veſtrum ſum tanquam miniſter. veni enim miniſtrare, & dare animam meam redemptionem pro multis. Secunda, venit Iuſtus & Saluator. iuſtus Rex, vt nemine facit iniuriã. Saluator, ne patiatur fieri iniuriam alicui ab alio. Iuſtus, vt ius ſuum vnicuique tribuat. Saluator, vt nos quos tot mala premunt, ab eis omnibus liberet. Dices. Non habet textus Hebræus Saluator. ſed Saluatus, vt Sanctes, & Vatablus tranſtulerunt Reſpondere ego poſſem, verbum Hebræum. נושׁע noſah. ſignificare Saluatorẽ, vt Hieronymus, Mũſterus, & Tygurinus tranſtulerunt. Sed lector myſterium aduerte, verbum noſah, vt Vatablus habet, ſignificat eum qui ſe ſaluat, vbi ſaluatum & ſaluatorem agnoſcis. Ergo exulta Ieroſolyma, quia is qui venit, ſeruare ſe poteſt, etiamſi Phariſæi, & alij eius hoſtes vniuerſi deſtruere eum totis viribus annitantur. Tertia cauſa gaudendi venit pauper vt qui dedit nobis bona ſua accepit verò mala noſtra ſine culpa. Dices, non erat cauſa gaudendi: ſeu potius miſerendi, quod pauper, veniret. Imo profectò gaudendum eſt: quia factus eſt pauper, vt eius inopia, nos diuites eſſemus, & quia diues eſt intus: licet pauper ſit foris, & talem ſe monſtrat, vt à quouis etiam paupere adiri poſſit. Quarta cauſa eſt, Aſc. ſci licet aſi. & pul. prius quidem. ſuper aſina. mox ſuper pullo. prius ſuper Synagoga Iudęorum, mox ſuper Eccleſia gentilium. Gaudendum verò, quod ita veniat: vt hoc ſigno ab omnibus Iudęis ſuus Meſſias agnoſcatur, 2. locus Diſperdam quadrigam Hæc verba ſunt Chriſti. quorum gloſam Paulus affert. dicens Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemtipſo. Erant igitur, quadrigæ dæmonum: erant equi Satanæ; erat arcus bellicus diaboli, quibus Lucifer Iſraelem impugnabat & Ieroſolymam. Hunc omnem belli aparatum

Luc. 19.
Oſee. 3.
Luc. 22.
Gene. 15.
Matt. 1.
Sanctes
Vatab.
Hieron.
Coloſ. 2.

Chriſtus in ſua morte ſuperauit, diſperdit, diſſipauit. Id
Luc.11 quod Chriſtus dixit. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt omnia, quæ poſſidet: ſed ſi alius fortior ſuperueniens vicerit eum. vniuerſa eius arma auferet: & ſpolia eius diſtribuet.Ergo fortis armatus,quadrigis,equis, & arcubus potens,victus eſt, expoliatus eſt ex Eccleſia abiectus eſt.Nunc enim princeps huius mundi eiicietur foras.
Ioan.12 Tu nota Eccleſiam noſtram locum habere Ephraim, ſiue Iſraelis,& Ieroſolymæ.¶3.Locus.Loquetur pacem gentibus.
Epheſ.2 Verba ſunt prophetæ:quæ explicantur à Paulo dicente.Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtráque vnum: & infra, vt reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem,interficiens inimicitias in ſemetipſo. Ergo fecit Chriſtus in cruce.ne eſſet diſcordia inter Iudæos & gentes, eos vniens ſibi:faciens vt ſint vnius corporis membra. Duo igitur
Rom.12 præclariſſima facinora Chriſtus deſignauit in cruce: nam
1.Cor.12 dæmonum robur eneruauit: & antiquum gentium cum Iudæis odium extinxit.Quid igitur prop.dicit,Loq.p.idem eſt,ac efficiet pacem. Cum enim Deus ſit,idem eſt illi dicere & facere.¶4.Locus.Poteſtas eius à mari, impletus eſt
Matt.vl. in Chriſti reſurrectione:tunc Chriſto dicente: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.Iuxta prædicationem
Pſal 71. Pſalmi, dicentis:dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, id eſt à mari Mediterraneo, ad rubrũ,& à fluminibus Tygris & Euphratis vſque ad omnes orbis regiones. Cuius rei figura in Ioſepho præceſſit. abſque cuius nutu, nullus poterat in terra
Geneſ. 48 Ægypti moueri. ¶ 5. Locus. Tu quoque in ſanguine. Illud pronomen, tu,eſt Hebræis fœmininum, ideò ad Chriſtum referri non poteſt: ſunt igitur verba hæc prophetæ alloquentis cœtum patrum qui erat in Limbo,in hunc modum. Tu quoque ô congregatio patrum, in Limbi lacu, Chriſtum expectantium(ſupple,eruta) in ſanguine teſtamenti, qui à Chriſto in cruce effuſus eſt:& quo in Chriſtum, & in
Matt. 26 nos effuſo,pactum,fœdus, & teſtamentum inter ipſum & nos firmatum eſt?vt olim firmatum fuit vitulorum ſangui-
Exod. 24 ne,in altare, vice Dei, & in Iudæos effuſo. Quaſi diceret propheta,Chriſti ſanguis non profuit ſolum viuis degentibus in terra:ſed & defunctis, expectantibus in lacu, vbi non erat aqua. ¶ 6. Locus.Emiſiſti vinctos tuos,quæ verba ſunt prophetæ, qui auerſis oculis à patribus Limbi, & ad Chriſtum conuerſis,inquit: Tu emiſiſti vinctos,tuos è lacu

Limbi

Limbi,vbi nullus eſt,nec ignis,nec aqua.O Chriſti potentiam, qui inuitis vniuerſis dæmonibus captiuum liberauit captiuitatem!O Chriſti potentiam, quam vniuerſi dæmones ſtupent attoniti!O fœlicem diem, qua poſt tot centenarios annorum, patres vident ſuas tenebras in tantam lucem conuerti.¶ Dices,Litera Hebræa non dicit,emiſiſti:ſed emiſi.Reſpondeo,eundem eſſe omnino ſenſum,ſiue Chriſtus ea verba dicat,ſiue propheta ea de Chriſto dicat. Nam literæ Hebrææ ſenſus eſt. Tu congregatio patrum exulta, & Chriſtus cauſam exultandi profert, dicens. Ego emiſi vinctos,qui erant in lacu. ¶ 7.Locus.Conuertimini ad munitionem ô vincti ſpei. Verba ſunt prophetæ prouocantis patres,qui è Limbo prodierant,vt conuertantur & contendant in munitionem cœleſtem, ad quam Chriſtus in ſua Aſcenſione tendebat:quo non accedit malum: nec approximat flagellum.Quaſi dicat,Eia. Eia paramini in cœlum, qui tanto tempore fuiſtis in inferno:accingimini in munitionem cœleſtem,qui tam diutinè perſtitiſtis in lacu terreſtri.Tu verò nota vocari patres vinctos: vt Paulus vocauit captiuitatem, quia prępediebantur ne in aulam cœli volarent:ſed quia ſpem habebant, ſe in çœlum euolaturos:ideò vincti ſpei vocantur,qua ſpe catent miſeri damnati.¶ 8.Locus.Hodie quoque,id eſt in die aſcenſionis, duplicia dabo tibi,ſcilicet patrum è Limbo eductorum congregationi,ad quam Chriſtus hęc verba dixit, in hunc ſenſum:Annuntio vobis,quod hodie duplicia vobis reddam.Nam die Reſurrectionis duplicia eis Dominus dedit,ſcilicet viſionem Diuinitatis & humanitatis.In die etiam aſcenſionis addidit gloriam loci & ſocietatis,ſcilicet gloriam cœli & Angelorum. Hactenus propheta pręnunciauit geſta Chriſti à dominica Palmarum ad diem aſcenſionis.

Epheſ.4 · *Pſal,90* · *Epheſ.4*

III. PARS.

Quoniam extendi mihi Iudam,*quaſi arcum:impleui* Ephraim:*& ſuſcitabo filios tuos Sion, ſuper filios tuos Græcia & ponam te quaſi gladium fortium.* Voluit Chriſtus regnum diaboli ſubuertere: voluit Gentiles à diabolo ereptos,ſuo cultui adſcribere:voluit igitur bellum dęmonibus inferre.In eum finem duces & milites vocat, ſcilicet Apoſtolos & diſcipulos, quos ex Iuda, & Ephraim ſibi delegit:his vti voluit loco arcus loco gladij: & vt infra dicetur, loco fundę & rapidum: horum

Matt. & Marc.

enim vita, miraculis, & prædicatione mundum ſibi Dominus aſciuit. Hoc ergo dicit Dominus. Extendi mihi apoſtolos Iudæos in arcum: ex eorum ſiquidem lingua ſagittæ prodibant acutæ in corda inimicorum Regis. Impleui diſ-
Pſa..44 cipulos meos, quos delegi ex Ephraim omni bellico apparatu, ad eam expeditionem accommodato, ſcilicet tot miraculis, tot gratiis, quot erant neceſſariæ ad mundi conuerſionem: ita vt nulla eis deeſſet gratia, vt Paulus ait. O igitur
*1.Cor.*1 græcia, quæ armis & eruditione caput gentium videris, ego excito ſuper te filios Sionis, id eſt apoſtolos & Diſcipulos; poſtquam in cœnaculo Sionis Spiritum ſanctum accepe-
*Act.*2 runt. Tunc enim Sion, id eſt apoſtoli, qui erant in Sion, facti ſunt vt gladius fortium, pertingens ad diuiſionem animæ &
*Heb.*4 ſpiritus: & ad diuiſionem matris contra filios, &c.

Et *Dominus Deus ſuper eos videbitur:* (2.) *& exibit vt fulgur ia-*
*Matt.*10 *culum eius.* (3.) *& Dominus Deus in tuba canet.* (4.) *& vadet in turbine Auſtri.* Certè cum Spiritus ſanctus in diſcipulos deſcendit, Deus ſuper ipſos viſus eſt, & cum tanta ipſi miracu-
*Act.*2 la deſignabant, videbatur etiam ſuper illos Deus, non in eſſentia, ſed in potentia, non in ſubſtantia, ſed in operatione:
Ro. 10 ¶2. Et cum in omnem terram exiret ſonus apoſtolorum, & in fines orbis terræ verba eorum, num non tibi videtur exiſſe, vt fulgur iaculum Dei, id eſt Euangelium Dei quo cor-
Iſa. 8 da hominũ transfixit? Siquidem hac ratione Chriſtus vocatur. Accelera ſpolia detrahere, feſtina, prædari. ¶3. Et Domi-
Mat. 16 nus Deus tuba canet claſſicum, ſcilicet vocans omnes homines non ad delicias, vt Mahumetus: ſed ad bellum con-
Epheſ. vi. tra dæmones, contra imperatores, contra mundi ſapientes, contra vicinos, & cognatos: & quod grauius eſt contra nos ipſos. Nec enim eſt nobis colluctatio contra carnem & ſanguinem ſolum: ſed contra principatus & poteſtates. ¶4. Dominus vadet in turbine Auſtri. Turbo auſtri ſubitò pacatum aërem commouet, nubibus implet, vehementes pluuias producit. Ira planè Deus mundum, peccatum, nihil de Euangelio ſuſpicantem, per apoſtolicam doctrinam commouit: & eorum prædicatione, velut vehementiſſima pluuia compleuit.

Dominus exercituum proteget eos. (2.) *& deuorabunt.* (3.) *& ſubiicient lapidibus fundæ.* (4.) *& bibentes, inebriabuntur quaſi à vino.* (5.) *replebuntur, vt phiala, & quaſi cornua altaris.* Meritò dicit, Dominus exercituum proteget eos. Erat enim apoſtolis
Matt. 10 hæc protectio neceſſaria, videlicet ouibus in medio luporum:

rum:puſillo gregi,inter phalangas dæmonum pauperibus, & vilibus pugnaturis contra orbem vniuerſum. ¶2.Apoſtoli verò ea protectione ad uti deuorabunt. Nam quos ad Deum conuertebant,mactabant,& deuorabant.Iuxta illud, Petre occide,& manduca. Neque verò lautior cibus, aut Chriſto,aut Apoſtolis eſſe poterat, quàm infidelium ad fidem conuerſio. ¶3.Et ſubiicient lapidibus fundæ.Præualuit Dauid contra Gigantem in funda & lapide. Præualuerunt Apoſtoli contra Gentilitatem in funda,& lapide,ſcilicet in verbis Euangelicis, quæ Spiritus ſanctus per Apoſtolicam linguam,velut per fundam rotabat. ¶4.Bibentes inebriabuntur.Dictum eſt:Inebriabo ſagittas meas ſanguine, id eſt magnam interfectionem ſagittæ meæ facient: & gladius meus deuorabit carnes.Ita Apoſtoli,quia ſagittæ & gladius Domini vocantur hoc loco magnam interfectionem Gentium,ad fidem eos conuertendo, efficient:ideò inebriari, quaſi à vino dicuntur. ¶5. Replebuntur,vt phialæ.Fac lector te videre eam boum, & armentorum mactationem: quam olim fecit Rex Salomon, cum ſuum templum dedicauit.Tunc tantus ſanguis à Sacerdotibus fundebatur, vt phialę templi,& cornua altaris implerentur. Nam iubebat lex,vt ſanguis animalium immolatorum, ad cornua altaris effunderetur.Ergo ea pecorum immolatione erant omnia, eorum ſanguine plena.Ait nunc Zacharias, forè vt ad prædicationem Apoſtolorum innumeri Gentiles conuerſi ſint, ac propterea,velut Deo mactati, & immolati,per Apoſtolicas manus. replebat igitur ſanguis eorum phialas & cornua. Vbi memento, carnes pecorum, quæ immolabantur, non mittebantur in phialas: ſed ſolus ſanguis. Porro Moyſes dicit, in ſanguine animam eſſe. Iam audi myſterium: corpora eorum,quos Apoſtoli conuertebant ipſi non comedebant: animas verò eorum (quas ſanguis pecorum repræſentabat) Apoſtoli intra viſcera ſua, velut in phialis, & concauo altaris excipiebant: ideò implebantur eis, velut phialæ. Audi Apoſtolum dicentem, Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde. Num non vides Paulum plenum fidelibus, quos conuertat? igitur vides phialam plenam eorum animabus: velut phialam ſanguine plenam. Audi rurſum, Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini in viſceribus veſtris,id eſt,mea phiala,ſeu mea viſcera, capacia ſunt, bene capiunt vos. Nam ideo Apoſtoli

Act.10

1.Reg.17

Deut.32

3.Reg.8

Lev. 1.3. &c.

Rom.10

Leu.17

Phil.1

2.Cor.6

ſtoli vocantur ciuitas, vt omnes fideles intra ſe concipiant.
Mat.5. Summa per hoc verbum Zacharias ſignificauit innumeros infideles, ſua impia vita mactata, ad Deum per Apoſtolos conuertendos.

Et ſaluabit eos, Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui. (2) quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. (3.) Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius: niſi frumentum electorum: & vinum germinans virgines? Iterum repetit protectionem Dei qua è lupis, è leonibus è viperis, è dæmonibus Apoſtolus eripiet. certè vt paſtor gregem à noxiis eripit. At dices tu. Si Apoſtoli alij crucifixi ſunt, alij gladio percuſſi, alij ſuſpenſi, quomodo Deus ſaluauit eos? Reſpondet. ¶ 2. Quia lapides ſancti, ſeu coronæ eleuabuntur è terra. Id eſt. Cadent quidem per mortem Apoſtoli, ſed ſicut cum cadit lapis precioſus ſeu margarita diligentiſſimè eleuatur à terra, rurſum coronæ inſigendus: ita Apoſtoli martyrio cadentes, diligentiſſimè è terra attollentur, Chriſti coronæ iterum inſculpendi. Nota illud verbum ſancti non eſſe pluralis, ſed ſingularis numeri, id eſt, lapides ſanctitatis, ſeu ſanctè coronæ. ¶ 3. Quid enim bonum. Si quæ verba ſunt adoratione digna in hoc propheta hæc ſunt. in quibus prius quædam ſunt in grāmatica notanda illud pronomen eius, maſculinū eſt, ideò neceſſario referendum ad Deum, ad quē refertur pronomen eius quod nunc præceſſit ſcilicet terram eius. Iam verbum electorum, ſignificat bellicoſorum valentium. Nunc literam ita lege. Quid enim bonum Dei eſt? quid pulchrum Dei? Certè frumentum germinans bellicoſos, & vinum germinans virgines. O inæſtimabilem Euchariſtiæ effectum ipſa frumentum eſt, fructificans bellicoſos, & electos. Ipſa vinum eſt, non ad libidinem irritans: ſed virgines efficiens. Ergo Euchariſtia vt hoc loco docemur, eſt bonum Dei. 2. eſt pulchrum dei, 3. efficit bellicoſos. & electos 4. efficit virgines & caſtos. Eſt bonum Dei ſcilicet omni theſauri diuitiarum Dei. Eſt pulchrum Dei. Eſt enim filius Dei, decor, lux, ſplendorque gloriæ Dei. Germinat bellicoſos, apros, & procinctos ad pugnam (& iuxta Chriſoſtomum) leones flammantes, dæmonibus terribiles. Et quod omnibus maius eſt germinat electos, gloriæ ęternę prędeſtinatos. Nam qui manducat meam carnem viuet in æternum: niſi nobis noſtræ id culpæ præpediant. Demum ſi titionibus luxuriæ inardeſcis, ad Euchariſtiam accede ea enim caſtos efficit. Dices quorſum de Euchariſtia loquitur Zacharias? certè quia dixerat

Marginal notes: *Rom. 10.* *Ioan. 10.* *Heb. 11.* *Heb. 1.* *Chriſoſt.* *1. Ioan. 6.*

dixerat Apoſtolos,& diſcipulos bellum mundo & dæmonibus illaturos:& ſi in certamine caderent, vt electiſſimos tamen lapides ad Dei coronam fore eleuandos,opportunè docuit,qui docuit:quæ tandem cauſa eos redderet bellicoſos & efficeret electos.Docuit igitur cauſam eſſe Euchariſtiam.

CAPVT. X.

MEnſe Martio & aprili non pluerat in Paleſtina. Populus vero finitimus,vt pote Idolorum cultor, idola ſua conſuluit. Ea reſponderunt(vt arbitror)id malum veniſſe cauſa Iudæorum,qui iam templum extruxerant:ſed breui fore.vt funditus perirent:duce carerent,pontifice, & magiſtratibus rurſumque variè per orbem diſpergerentur. At Zacharias contra hęc clamat,vt petatur à Deo pluuia,nam certò eam erit ipſe daturus,facturusque vt ſint mendacia cuncta,quæ idolorum Sacerdotes prædixerant, nam facturus eſſet,vt forent duces & pontifices è Iuda. Eſſentque in bellis glorioſi,& ex vniuerſis terris in Ieroſolymam congregarentur.Secũda parte tradit de Alexãdri Macedonis imperio. *Argumẽ.*

PEtite à Domino pluuiam in tempore ſerotino: & Dominus faciet niues:& pluuiam imbris dabit eis:ſingulis herbam in agro. Id eſt vos Iudæi,qui hoc menſe Aprilis pluuiam optatis,petite eam a Domino.Et ipſe non ſolum pluuiam dabit,ſed & niues,& poſt niues, ſtatim dabit pluuiam imbris:ne gelu è niuibus concreſcat:& herbis noceat. *Oſee.6.* ¶ Diximus ſupra,pluuiam temporaneam eam eſſe, quæ venit menſe Septembri & Octobri.Serotinam verò,quę menſe Martio Aprili,& Maïo. *Ioeli. 2.* Cum igitur Martius ſiccus fuiſſet,hortatur populum propheta,vt Aprili menſe pluuiam à Deo ſuo petat.Ipſe enim ſupra promiſerat, futuram bonorum abundantiam poſt templi ædificationem, in præmium huius laboris. *Hagg. 2.* *Zach.2.*

Quia ſimulachra loquuti ſunt inutile. & diuini viderunt mendacium,& ſomniatores loquuti ſunt fruſtra, & vanè conſolabantur: iccirco abducti ſunt quaſi grex: affligentur quia non eſt eis paſtor. Id eſt Simulachra,quæ conſulta dixerunt Iudæos deſtruendos,inutilia & falſa dixerunt:ſicut etiam dixerunt diuinatores,qui idem dicebant:qui etiam vanè ſuos conſolabantur: imò vero ipſi infideles idolorum cultores peribunt, velut grex Deo paſtore carens.

Super

quod timeant. ¶ Tu lector expende verbum pſalmi. Conuerti cor eorum, vt odirent populum eius. & dolum facerent in ſeruos eius ita conuertit tunc corda gentium, vt Iudæos execrarentur: vt & nunc execrantur. Post templo ædificato, conuertit gentes, vt Iudæos diligerent, ac venerarentur. Eam venerationem lege apud Ioſephum.

Pſal.306

Ioſephus.

III. PARS. Reſponſionis.

Hæc ſunt ergo verba, quæ facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Veritatem et iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitatis in cordibus veſtris Et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus. id eſt, Ecce ego tantis vos beneficiis augeo. Ergo quod à patribus veſtris toties exegi, idem nunc à vobis requiro. Ego ſum veritas, fideliter igitur veritatem, ſeruate erga proximos. Ego ſum pax, igitur iudex pacem quærat inter litigantes, cōponat, & reconciliet eos, in portis vrbis, vbi iudicia Iudæi exercere ſolebāt. Reliqua aperta ſunt, & iam cap. ſuperiore explicata.

Ioan.15
1Epheſ.2
Pſal.86
Zah.7

IIII. PARS.

Hæc dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & lætitiam: & in ſolenitates præclaras. veritatem tamen & pacem diligite. ¶ *Hæc dicit Dominus exercituum. Vſque quo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, et vadam habitatores vnus ad alterum, dicentes. Eamus et deprecemur faciem Domini et quæramus Dominum exercituum. Vadam etiam ego.* Quæ fuerint ieiunia, quarti, quinti, ſeptimi & decimi menſis, dixi capite præcedente Senſus iudicio meo huius partis eſt. Ait Dominus, vos quæritis an adhuc ſit ieiunandum menſe quinto? iam vobis reſpondeo. Hęc omnia ieiunia veſtra ceſſabunt commutata in præclaras feſtiuitates, fiet enim vt pro diebus, horum ieiuniorum populus feſta gaudia inſtituat. Nunc tamen non ceſſent ieiunia iſta menſis quinti, donec templum abſoluatur: & veniant populi, qui in vrbibus deſolatis habitent: & ex eis alij alios inuitent, vt ad templum Domini conueniant. Ergo ieiunium quinti menſis tunc ceſſet, cum multæ ciuitates nunc deſertæ, à ciuibus habitentur. ¶ Illud verò, tamen veritatem & pacem diligite, erat omnium

Zach.7

omnium cordibus inſculpendum. Diligite veritatem erga Deum: pacem erga proximum, vero amore, & religione Deum colligite, pacis offendicula erga proximũ cauete. *Ioſeph. vt*
¶ Notandum ex Ioſepho, tempore Zorobabelis è Babylo- *ſupra.*
nia veniſſe quatuor millia milliũ Iudæorum. hi impleuerũt ciuitates deſertas & deſolitas, ac ideò ceſſauit ieiunium quinti menſis in eorum aduentu.

Et venient populi multi & gentes robuſtæ ad quærendum Dominum exercituum in Ieruſalem, & deprecandam faciem Domini. Non ſoli Iudæi Ieroſolymitani venient (ait Dominus) in templum Ieroſolymæ: ſed multi alij Iudæorum populi: imò & multę gentes diuites, & potentes. Id quod impletum oſtendit Ioſephus, cum docet multos gentiles ſummæ venerationi habuiſſe templum illud. Inter quos Alexnder Macedo, poſt benignè Iaddum ſuſceptum, in templo Dei *Ioſe l. 11.*
immolauit: ita Ioſephus. l. anti 11. Sed quorſum affero teſti- *ant. c. 1*
monium Ioſephi, cum adſit apud Eſdrã epiſtola Artaxer- *1. Eſd. 5.*
xis iubentis, Domino in ſuo templo vitulos, arietes & a- *Ioſe l. 6*
gnos offerri? Quin & Romani religioſe templum Ieroſo- *de bello c.*
lymæ venirati ſunt, lege Ioſephum. *11.*

Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, quibus apprehẽdent decem homines ex omnibus linguis gentium: & apprehendent. fimbriã viri Iudæi. dicentes. Ibimus vobiſcum: Audiuimus enim quoniam *Eſter. 8*
Deus vobiſcum eſt. Si Regina Eſter vixiſſet poſt Zachariam, *13*
facilè dicerem, eius tempore prophetiam hanc fuiſſe completam. At quia Eſter fuit ante Zachariam, credo hanc pro- *Ioſ. l. 12*
phetiam impletam tempore Seleuci Nicanoris totius Aſiæ *c. 3.*
principis, vide Ioſephum li. 12. anti.

CAPVT. IX.

PRænunciat parte prima, quæ à templi ædificatione, ad *Propheo-*
Chriſti natalẽ erant futura. Parte ſecunda, ea quę Chri- *ria.*
ſtus facturus erit dum in hoc mundo viueret. Tertia parte, bellicum Chriſti apparatum ad gentium conuerſionem.

ONVS *verbi Domini in terra Hadrach. & Damaſci requiei eius. Quia Dñi eſt occulus hominis. & omnium tribuũ Iſra. Hemat quoque in terminis eius. Et Tyrus & Sydon, aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiã valde.* Id eſt Grauis prouis prophetia, & onerosa, cõtra Hadrach. Da- *Vi-*
maſcum, Emat, Tyrum, Sidonẽ. Dubitatio eſt, quęnã fuierit *Nahũ. 1.*

 Hadrach?

Hadrach? Quidam Rabi dixit eſſe meſſiam Lege hoc apud
Gal.l.8 Galatinum. Theodoretus voluit Hadrach ciuitatem eſſe
ca.10 Arabie. Rabi Iudas, quo ſit locus Damaſci. apud eundem Ga
Theod. latinum. Veritas hæc eſſe videtur. Hedrach erat ciuitas Da-
bic. R. Iu- maſco fœderata. in qua illa requieſcebat & confidebat.
das. ¶ Quænam ſit Emat dixi copioſe apud Amos. ¶ Quęnam
Gal. ſup. fuerit Tyrus non eſt opus dicere. illuſtriſſima vrbs illa fuit.
Amos.6 de qua mirabilia habentur apud Iſaiam, & Ezechielem, apud
quem in eodem capite de Sydone leges. ¶ Iam nunc attẽ-
Iſai.23 tè ſenſum literę propoſitæ conſidera. ¶ Prænunciatur onus
Ezec.27 in terra Hadrach. & Damaſco. Quæris cauſſam? Cauſſa eſt,
& 28. quia Domini eſt oculus hominis, quorum verborum glo-
ſa eſt litera Hebræa quæ ita habet. Ad dominum oculus ho
4. Reg. 10 minis & tribuum Iſrael id eſt, quia oculi hominum & tribũ
16 Iſrael, quos Hadrach & Damaſcus læſerant, ad Dominum
attolluntur, & ab eo petunt vindictã. Quot mali Damaſcus
intulerit Iſraelitis legas facile in libro. Regum. Igitur meritò
Abac. 2 onus Domini contra Damaſcum erit ſiquidem oculi Iſ-
Gen.4 raelitarum id onus Damaſco imponi requirunt. Quod ſi
lapides parietum clamant. Si ſanguis Abel petit vltionem
quanto potius oculi eorum, qui graues iniurias patiuntur.

¶ Secundò prænunciatur onus contra Emat. & ſenſus li-
teræ noſtræ patebit ex Hebræa, quæ ita dicit. Et etiam He-
mat terminabit in ea. Id eſt onus Domini terminum illi
præfiget. Illa enim contra ius & fas limites imperij ſui
prorogat, at Dominus limitem illi conſtituit. ¶ Tertiò præ-
nunciatur onus Tyro & Sidoni. Cauſſa eſt. quia ſibi arro-
Strabo. gant ſapientiam nimis: nimiſq́; de ea ſuperbiunt. Quam rem
l.16 in Strabone cognoſces, qui inter multa dicit. A Phœnici-
bus (ſci. Tiriis & Sidoniis) emanaſſe creditur Aſtronomia
& Arithmetica. Nunc quoque & omnis reliquæ philoſo-
phiæ copia maxima, ab his ciuitatibus ſumi poteſt. Tu le-
ctor, ne artes malas eſſe credas: ſed ſuperbiam, quę ex earum
1. Cor. 9 cognitione progredi ſolet. Nam ſcientia inflat.

Et ædificauit Tyrus munitionẽ ſuam & coacervauit argentũ quaſi
Iſai.27 *humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce Dominus poſſidebit eam*
Eze.27 *& percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hæc igni deuorabitur.* Ditiſſi-
Vaſtationẽ mas fuiſſe Tyrum & Sidonem, ex Iſaia & Ezechiele ſcies.
Tyri ab At quod fuerint vaſtandæ hoc loco prædicitur: & Alexan-
Alexan- der Macedo prædictionem impleuit. Fecit enim aggerem
dro narrat quo Tyrus olim inſula, continens facta eſt, capta, & exuſta.
Ioſe. ¶ Illud verò, Dominus poſſidebit eam, id eſt, potentiam
ſuam

ſuam in ea exeret, vincet, & ſubiiciet eam.

Videbit Aſcalon, & timebit. Et Gaſa, & dolebit nimis. & Ac- Strabo, &
caron. quoniam confuſa eſt ſpes eius. Et peribit rex de Gaza. Et Aſca- reliqui.
lon non habitabitur. Id eſt. Videbunt excidium Tyri ab Ale-
xandro factum Accaron: Gaza, & Abſcolon. & dolebunt, ti-
mentes ſibi futurum, quod factum videbant in Tyro. ma-
ximè verò doluit Aſcolon, quæ præſidium habebat in Ty-
ro. Et equidem Alexander Gazam deſolauit, & eius Regem
extinxit, doloſata eſt etiam tunc Aſcolon, licet poſtea repa-
ratam doceat Strabo. recenſens viros doctiſſimos, qui ex ea
prodibant. quin & Herodes inde proceſſit. nam ideò voca- Strabo. l.
tur Aſcalonita. 16

Et ſedebit ſeparator in Azoto. Et diſperdam ſuperbiam Philiſti- Ioſephus.
norum & auferam ſanguinem eius de ore eius: & abominationes eius
de medio dentium eius. ¶ *Et relinquetur etiam ipſe Deo noſtro. & erit*
quaſi dux in Iuda: & Accaron, quaſi Iebuſeus. Res hæc ita geſta
eſt. Exciſa Tyro, venit Alexander (qui ſeparator hic dicitur
Hebraicè ממזר Manzer, id eſt Spurius) contra Paleſtinã.
cuius Metropolin Gazam vaſtauit. & credendum eſt, veniſ-
ſe in Azotum, vbi aliquot dies ſedit. Quo facto vaſtata fuit
Philiſtea, olim tantopere ſanguinaria: tanopere crudelis cõ-
tra Iudæos, quorum ſanguinem ore bibebat: quos velut fe-
ra dentibus lacerabat. Vaſtata Gaza contendit Alexander
Ieroſolymam. vbi (Deo præcib. Iudæorum placato) benign⁹
factus eſt in Iudæos: & relictus, & deuotus Deo: nam Deo
in templo immolauit, & velut dux in Iuda. ita enim Iudæ
fauit, ac ſi dux illorum fuiſſe. quæ omnia lege fusè in Ioſe-
pho. ¶ Porrò dicitur Accaron futura vt Iebuſeus, vt enim
hic inuictus olim tandem venit in poteſtatem Dauidis & Ioſephus.
Iudæorum: ita Accaron olim inuicta, ceſſit tandem Ionathę
Machabæo, & Iudæis. ¶ Expectas cur Alexander vocetur 2. Re. 5
ſeparator & ſpiritus. ſeu natus. Certè ſpuritus, quia ex adul- 1. Mac. 10
terio natus eſt. Nam Olympias eius mater Philippo marito
confeſſa eſt Alexandrum non genitum ab eo. Nectabanus
enim Magus quidam eam decepit, & (fingens ſe eſſe Ham-
monem) violauit, hiſtoria m refert Iuſtinus: & poſt eum An- Anthoni.
tonnius, & reliqui. Separator vero ſcilicet antiquiſſimorum Iuſt. l. 12
regnorum à dominis ſuis. ¶ Mirare nunc lector, quomodo
id prædixerit propheta, & quomodo prædixerit, quod eſſet
vaſtaturus Philiſtæam, & facturus ne amplius illa velut
fera crudelis, ſanguinem hoſtium deuoraret: neque vicinos
dentibus laniaret.

Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi,euentus & reuertentes:Et non tranſibit ſuper eos vltra exactor. Quia nunc vidi in oculis meis. Textus Hebræus ad verbum verſus ſic habet, caſtra ponam domui meæ,de exercitu,de tranſeunte,& reuertente. Sed ſenſus idem eſt ſcilicet circundabo domum meam Angelis,euntibus & reuertentibus nam angeli ſunt exercit⁹ Dei, quod habet litera Hebræa, & ſunt Deo militātes,quod habet Latina.Et ſunt euntes in templum, & reuertētes ad cuſtodiam noſtram,quod habet noſtra religio.

Matt.18. Vt verò magis hic ſenſus illuſtretur: audi Ioſephum dicētem,Alexandrum immolaſſe in templo Ieroſolymitano:&
Ioſ.l.11.
ant.c.8. conceſſiſſet Iudæis,vt patriis legibus viuerent: vtque ſeptimo anno eſſent à tributis immunes.Hoc dicit nūc propheta.Cicundabo,inquit,templum meum angelis: ne exercitus Macedonum, alicui Iudæo noceat.: Alexandro ad immolandum in templum veniente.Et non tranſibit exactor, qui Iudæos à patriis legibus diuellat. ¶Porrò verbum vltimum eſt admirandum,Ecce ait propheta,hæc quæ dixi,ego ipſe vidi oculis meis,Deo ſcilicet totam Alexandri hiſtoriam prophetæ reuelante. Et hactenus Propheta dixit, quæ erant futura ante aduentum noſtri Meſſię.

II PARS.

Propheta.*Exulta ſatis filia Sion:iubila filia Ieruſalem.*Ecce *Rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator. Ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam,& ſuper pullū filium aſinæ.*Meſſias.2.*Et diſperdam quadrigam ex Ephraim:& equum de Ieruſalem:& diſsipabitur arcus belli. Et loquetur pacem gentibus. Et poteſtas eius a mari vſque ad mare: & à fluminibus vſque ad fines terræ.*Propheta.*Tu quoque in ſanguine teſtamēti tui.*Meſſias.3.*Emiſiſti vinctos tuos de lacu,in quo nō eſt aqua.*Propheta.4:*Conuertimini ad munitionem vincti ſpei* .Meſſias.5.*Hodie quoque annuntians,duplicia redam tibi.* Tradit nobis propheta geſta Chriſti, quę geſſit à dominica palmarum,ad ſuam in cœlos aſcenſionem ſcilicet tradit celebritatē illius dominicę.Quę Chriſtus in ſua morte fecit.Quid in ſua Reſurrectione factū eſt.Quid factū eſt in Limbo.demum quid in aſcenſione contigit. ¶1.Locus eſt de Chriſti ad Ieroſolymam aduentu, in dominica Plamarum: quæ explicatio non eſt mea: ſed Dei apud D.Matthæum, qui
Math.21 ait:Chriſtum ingreſſum Ieroſolymā ſuper aſino, vt impleretur hæc prophetia,Ergo quia Deus in hac prophetia iubet vt

bet vt plebs Sionis & plebs Ieroſolymæ exultet, & iubilet, cum Chriſtus ſuper aſina veniebat:ideò eo aduenite, exultat & iubilat illa. Dicente Luca, cæperũt omnes turbæ deſcendentium gaudentes laudare Deum, dicentes voce magna, Benedictus qui venit Rex. Quid enim nõ gaudeat populus veniente Rege: ſponſa veniente ſponſo: filio veniente patre: infirmus veniente medico: omnibus bonis carens, veniente eo qui affert omnia bona? Sed textus gaudendi cauſas attulit. Prima: quia Rex tu⁹ venit tibi. vt ſcilicet ſit omninò tuus, Iuxta illud. Ero merces tua magna nimis. Et illud. Ego in medio veſtrum ſum tanquam miniſter. veni enim miniſtrare, & dare animam meam redemptionem pro multis. Secunda, venit Iuſtus & Saluator. iuſtus Rex, vt nemine facit iniuriã. Saluator, ne patiatur fieri iniuriam alicui ab alio. Iuſtus, vt ius ſuum vnicuique tribuat. Saluator, vt nos quos tot mala premunt, ab eis omnibus liberet. Dices. Non habet textus Hebræus Saluator. ſed Saluatus, vt Sanctes, & Vatablus tranſtulerunt Reſpondere ego poſſem, verbum Hebræum. נושע noſah. ſignificare Saluatorẽ, vt Hieronymus, Mũſterus, & Tygurinus tranſtulerunt. Sed lector myſterium aduerte, verbum noſah, vt Vatablus habet, ſignificat eum qui ſe ſaluat, vbi ſaluatum & ſaluatorem agnoſcis. Ergo exulta Ieroſolyma, quia is qui venit, ſeruare ſe poteſt, etiamſi Phariſæi, & alij eius hoſtes vniuerſi deſtruere eum totis viribus annitantur. Tertia cauſa gaudendi venit pauper vt qui dedit nobis bona ſua accepit verò mala noſtra ſine culpa. Dices, non erat cauſa gaudendi: ſeu potius miſerendi, quod pauper, veniret. Imo profectò gaudendum eſt: quia factus eſt pauper, vt eius inopia, nos diuites eſſemus, & quia diues eſt intus: licet pauper ſit foris, & talem ſe monſtrat, vt à quouis etiam paupere adiri poſſit. Quarta cauſa eſt, Aſc. ſci licet aſi. & pul. prius quidem. ſuper aſina. mox ſuper pullo. prius ſuper Synagoga Iudęorum, mox ſuper Eccleſia gentilium. Gaudendum verò, quod ita veniat: vt hoc ſigno ab omnibus Iudęis ſuus Meſſias agnoſcatur, 2. locus Diſperdam quadrigam Hæc verba ſunt Chriſti. quorum gloſam Paulus affert. dicens Expolians principatus & poteſtates, tra duxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo. Erant igitur, quadrigæ dæmonum: erant equi Satanæ; erat arcus bellicus diaboli, quibus Lucifer Iſraelem impugnabat & Ieroſolymam. Hunc omnem belli aparatum

Luc. 19. *Oſee. 3.* *Luc. 22.* *Gene. 15.* *Matt. 1.* *Sanctes* *Vatab.* *Hieron.* *Coloſ. 2.*

Chriſtus in ſua morte ſuperauit, diſperdit, diſſipauit. Id
Luc.11 quod Chriſtus dixit. Cum fortis armatus cuſtodit atrium
ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet: ſed ſi alius fortior
ſuperueniens vicerit eum. vniuerſa eius arma auferet; &
ſpolia eius diſtribuet. Ergo fortis armatus, quadrigis, equis,
& arcubus potens, victus eſt, expoliatus eſt ex Eccleſia abiectus
eſt. Nunc enim princeps huius mundi eiicietur fo-
Ioan.12 ras. Tu nota Eccleſiam noſtram locum habere Ephraim,
ſiue Iſraelis, & Ieroſolymæ. ¶3. Locus. Loquetur pacem gen
Ephes.2 tibus. Verba ſunt prophetæ: quæ explicantur à Paulo dicente.
Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtráque vnum: & infra, vt
reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens
inimicitias in ſemetipſo. Ergo fecit Chriſtus in
cruce. ne eſſet diſcordia inter Iudæos & gentes, eos vniens
ſibi: faciens vt ſint vnius corporis membra. Duo igitur
Rom.12 præclariſſima facinora Chriſtus deſignauit in cruce: nam
1.Cor.12 dæmonum robur eneruauit: & antiquum gentium cum
Iudæis odium extinxit. Quid igitur prop. dicit, Loq. p. idem
eſt, ac efficiet pacem. Cum enim Deus ſit, idem eſt illi dicere
& facere. ¶4. Locus. Poteſtas eius à mari, impletus eſt
Matt.vl. in Chriſti reſurrectione: tunc Chriſto dicente: data eſt mihi
omnis poteſtas in cœlo & in terra. Iuxta prædicationem
Pſal 71. Pſalmi, dicentis: dominabitur à mari vſque ad mare, & à
flumine vſque ad terminos orbis terrarum, id eſt à mari
Mediterraneo, ad rubrũ, & à fluminibus Tygris & Euphratis
vſque ad omnes orbis regiones. Cuius rei figura in Ioſepho
præceſſit. abſque cuius nutu, nullus poterat in terra
Geneſ. 48 Ægypti moueri. ¶ 5. Locus. Tu quoque in ſanguine. Illud
pronomen, tu, eſt Hebræis fœmininum, ideò ad Chriſtum
referri non poteſt: ſunt igitur verba hæc prophetæ alloquentis
cœtum patrum qui erat in Limbo, in hunc modum.
Tu quoque ô congregatio patrum, in Limbi lacu, Chriſtum
expectantium (ſupple, eruta) in ſanguine teſtamenti,
qui à Chriſto in cruce effuſus eſt: & quo in Chriſtum, & in
Matt. 26 nos effuſo, pactum, fœdus, & teſtamentum inter ipſum &
nos firmatum eſt? vt olim firmatum fuit vitulorum ſangui-
Exod. 24 ne, in altare, vice Dei, & in Iudæos effuſo. Quaſi diceret
propheta, Chriſti ſanguis non profuit ſolum viuis degentibus
in terra: ſed & defunctis, expectantibus in lacu, vbi
non erat aqua. ¶ 6. Locus. Emiſiſti vinctos tuos, quæ verba
ſunt prophetæ, qui auerſis oculis à patribus Limbi, & ad
Chriſtum conuerſis, inquit: Tu emiſiſti vinctos, tuos è latu
Limbi

Limbi,vbi nullus eſt,nec ignis,nec aqua.O Chriſti potentiam, qui inuitis vniuerſis dæmonibus captiuam liberauit captiuitatem!O Chriſti potentiam, quam vniuerſi dæmones ſtupent attoniti!O fœlicem diem, qua poſt tot centenarios annorum, patres vident ſuas tenebras in tantam lucem conuerti.¶ Dices,Litera Hebræa non dicit,emiſiſti:ſed emiſi.Reſpondeo,eundem eſſe omnino ſenſum,ſiue Chriſtus ea verba dicat,ſiue propheta ea de Chriſto dicat. Nam literæ Hebrææ ſenſus eſt. Tu congregatio patrum exulta, & Chriſtus cauſam exultandi profert, dicens. Ego emiſi vinctos,qui erant in lacu. ¶ 7.Locus.Conuertimini ad munitionem ô vincti ſpei. Verba ſunt prophetæ prouocantis patres,qui è Limbo prodierant,vt conuertantur & contendant in munitionem cœleſtem, ad quam Chriſtus in ſua aſcenſione tendebat:quo non accedit malum: nec approximat flagellum.Quaſi dicat,Eia. Eia paramini in cœlum, qui tanto tempore fuiſtis in inferno:accingimini in munitionem cœleſtem,qui tam diutinè perſtitiſtis in lacu terreſtri.Tu verò nota vocari patres vinctos: vt Paulus vocauit captiuitatem, quia prępediebantur ne in aulam cœli volarent:ſed quia ſpem habebant, ſe in cœlum euolaturos:ideò vincti ſpei vocantur,qua ſpe carent miſeri damnati.¶ 8.Locus.Hodie quoque,id eſt in die aſcenſionis, duplicia dabo tibi,ſcilicet patrum è Limbo eductorum congregationi,ad quam Chriſtus hęc verba dixit, in hunc ſenſum: Annuntio vobis,quod hodie duplicia vobis reddam.Nam die Reſurrectionis duplicia eis Dominus dedit.ſcilicet viſionem Diuinitatis & humanitatis.In die etiam aſcenſionis addidit gloriam loci & ſocietatis,ſcilicet gloriam cœli & Angelorum. Hactenus propheta pręnunciauit geſta Chriſti à dominica Palmarum ad diem aſcenſionis.

Epheſ.4 *Pſal.90* *Epheſ.4*

III. PARS.

Quoniam extendi mihi Iudam,quaſi arcum:impleui Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion, ſuper filios tuos Græcia & ponam te quaſi gladium fortium. Voluit Chriſtus regnum diaboli ſubuertere: voluit Gentiles à diabolo ereptos,ſuo cultui adſcribere:voluit igitur bellum dęmonibus inferre.In eum finem duces & milites vocat, ſcilicet Apoſtolos & diſcipulos, quos ex Iuda, & Ephraim ſibi delegit:his vti voluit loco arcus loco gladij: & vt infra dicetur, loco fundę & rapidum: horum

Matt. & Marc.

enim vita,miraculis, & prædicatione mundum ſibi Dominus aſciuit. Hoc ergo dicit Dominus. Extendi mihi apoſtolos Iudæos in arcum:ex eorum ſiquidem lingua ſagittæ prodibant acutæ in corda inimicorum Regis. Impleui diſ-
Pſa..44 cipulos meos,quos delegi ex Ephraim omni bellico apparatu,ad eam expeditionem accommodato, ſcilicet tot miraculis.tot gratiis,quot erant neceſſariæ ad mundi conuerſionem:ita vt nulla eis deeſſet gratia,vt Paulus ait.O igitur
1.Cor.1 græcia, quæ armis & eruditione caput gentium videris,ego excito ſuper te filios Sionis,id eſt apoſtolos & Diſcipulos; poſtquam in cœnaculo Sionis Spiritum ſanctum acceperunt.
Act.2 Tunc enim Sion.id eſt apoſtoli,qui erant in Sion,facti ſunt vt gladius fortium,pertingens ad diuiſionem animæ &
Heb.4 ſpiritus:& ad diuiſionem matris contra filios,&c.

Et *Dominus Deus ſuper eos videbitur.* (2.) *& exibit vt fulgur ia-*
Matt.10 *culum eius.*(3.) *& Dominus Deus in tuba canet.* (4.) *& vadet in turbine Auſtri.* Certè cum Spiritus ſanctus in diſcipulos deſcendit,Deus ſuper ipſos viſus eſt,& cum tanta ipſi miracu-
Act.2 la deſignabant,videbatur etiam ſuper illos Deus,non in eſſentia,ſed in potentia,non in ſubſtantia, ſed in operatione:
Ro. 10 ¶2.Et cum in omnem terram exiret ſonus apoſtolorum,& in fines orbis terræ verba eorum,num non tibi videtur exiſſe,vt fulgur iaculum Dei,id eſt Euangelium Dei quo cor-
Iſa.8 da hominũ transfixit?Siquidem hac ratione Chriſtus vocatur.Accelera ſpolia detrahere,feſtina,prædari. ¶3.Et Domi-
Mat. 16 nus Deus tuba canet claſſicum, ſcilicet vocans omnes homines non ad delicias,vt Mahumetus: ſed ad bellum con-
Epheſ. vl. tra dæmones, contra imperatores,contra mundi ſapientes, contra vicinos,& cognatos:& quod grauius eſt contra nos ipſos.Nec enim eſt nobis colluctatio contra carnem & ſanguinem ſolum:ſed contra principatus & poteſtates.¶4.Dominus vadet in turbine Auſtri. Turbo auſtri ſubitò pacatum aërem commouet,nubibus implet, vehementes pluuias producit.Ira planè Deus mundum,peccatum,nihil de Euangelio ſuſpicantem ,per apoſtolicam doctrinam commouit:& eorum prædicatione, velut vehementiſſima pluuia compleuit.

Dominus exercituum proteget eos.(2.) *& deuorabunt.*(3.) *& ſubiicient lapidibus fundæ.* (4.) *& bibentes , inebriabuntur quaſi à vino.* (5.) *replebuntur ,vt phialæ,& quaſi cornua altaris.* Meritò dicit, Dominus exercituum proteget eos. Erat enim apoſtolis
Matt. 10 hæc protectio neceſſaria , videlicet ouibus in medio lupo-

rum:

rum:puſillo gregi,inter phalangas dæmonum pauperibus, & vilibus pugnaturis contra orbem vniuerſum. ¶ 2. Apoſtoli verò ea protectione adiuti deuorabunt. Nam quos ad Deum conuertebant,mactabant,& deuorabant. Iuxta illud, Petre occide,& manduca. Neque verò lautior cibus, aut Chriſto,aut Apoſtolis eſſe poterat, quàm infidelium ad fidem conuerſio. ¶ 3. Et ſubiicient lapidibus fundæ. Præualuit Dauid contra Gigantem in funda & lapide. Præualuerunt Apoſtoli contra Gentilitatem in funda,& lapide,ſcilicet in verbis Euangelicis, quæ Spiritus ſanctus per Apoſtolicam linguam,velut per fundam rotabat. ¶ 4. Bibentes inebriabuntur. Dictum eſt: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, id eſt magnam interfectionem ſagittæ meæ facient: & gladius meus deuorabit carnes. Ita Apoſtoli,quia ſagittæ & gladius Domini vocantur hoc loco magnam interfectionem Gentilium,ad fidem eos conuertendo, efficient:ideò inebriari, quaſi à vino dicuntur. ¶ 5. Replebuntur,vt phialæ. Fac lector te videre eam boum, & armentorum mactationem: quam olim fecit Rex Salomon, cum ſuum templum dedicauit. Tunc tantus ſanguis à Sacerdotibus fundebatur, vt phialę templi,& cornua altaris implerentur. Nam iubebat lex,vt ſanguis animalium immolatorum, ad cornua altaris effunderetur. Ergo ea pecorum immolatione erant omnia, eorum ſanguine plena. Ait nunc Zacharias, forè vt ad prædicationem Apoſtolorum innumeri Gentiles conuerſi ſint, ac propterea,velut Deo mactati, & immolati,per Apoſtolicas manus. replebat igitur ſanguis eorum phialas & cornua. Vbi memento, carnes pecorum, quæ immolabantur, non mittebantur in phialas: ſed ſolus ſanguis. Porro Moyſes dicit, in ſanguine animam eſſe. Iam audi myſterium: corpora eorum,quos Apoſtoli conuertebant ipſi non comedebant: animas verò eorum (quas ſanguis pecorum repræſentabat) Apoſtoli intra viſcera ſua, velut in phialis, & concauo altaris excipiebant: ideò implebantur eis, velut phialæ. Audi Apoſtolum dicentem. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde. Num non vides Paulum plenum fidelibus, quos conuertat? igitur vides phialam plenam eorum animabus: velut phialam ſanguine plenam. Audi rurſum, Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini in viſceribus veſtris,id eſt,mea phiala,ſeu mea viſcera, capacia ſunt, bene capiunt vos. Nam ideo Apoſtoli

Act.10 *1.Reg.17* *Deut.32* *3.Reg.8* *Lev. 1.3. &c.* *Rom.15* *Leu.17* *Phil.1* *2.Cor.6*

dixerat Apoſtolos,& diſcipulos bellum mundo & dæmonibus illaturos:& ſi in certamine caderent, vt electiſſimos tamen lapides ad Dei coronam fore eleuandos,oportunè docuit,qui docuit:quæ tandem cauſa eos redderet bellicoſos & efficeret electos.Docuit igitur cauſam eſſe Euchariſtiam.

CAPVT. X.

Menſe Martio & aprili non pluerat in Paleſtina. Populus vero finitimus,vt pote Idolorum cultor, idola ſua conſuluit. Ea reſponderunt(vt arbitror)id malum veniſſe cauſa Iudæorum,qui iam templum extruxerant:ſed breui fore.vt funditus perirent:duce carerent,pontifice, & magiſtratibus rurſumque variè per orbem diſpergerentur. At Zacharias contra hęc clamat,vt petatur à Deo pluuia,nam certò eam erit ipſe daturus,facturusque vt ſint mendacia cuncta,quæ idolorum Sacerdotes prædixerant, nam facturus eſſet,vt forent duces & pontifices è Iuda. Eſſentque in bellis glorioſi,& ex vniuerſis terris in Ieroſolymam congregarentur.Secũda parte tradit de Alexãdri Macedonis imperio. *Argumẽ.*

Petite à Domino pluuiam in tempore ſerotino : & Dominus faciet niues:& pluuiam imbris dabit eis:ſingulis herbam in agro. Id eſt vos Iudæi,qui h oc menſe Aprilis pluuiam optatis,petite eam a Domino.Et ipſe non ſolum pluuiam dabit,ſed & niues,& poſt niues, ſtatim dabit pluuiam imbris:ne gelu è niuibus concreſcat:& herbis noceat. ¶ Diximus ſupra,pluuiam temporaneam eam eſſe, quæ venit menſe Septembri & Octobri.Serotinam verò,quę menſe Martio Aprili.& Maio. Cum igitur Martius ſiccus fuiſſet,hortatur populum propheta,vt Aprili menſe pluuiam à Deo ſuo petat.Ipſe enim ſupra promiſerat, futuram bonorum abundantiam poſt templi ædificationem, in præmium huius laboris. *Oſee.6.* *Ioeli. 2.* *Hagg. 2.* *Zach. 2.*

Quia ſimulachra loquuti ſunt inutile. & diuini viderunt mendacium,& ſomniatores loquuti ſunt fruſtra, & vanè conſolabantur: idcirco abducti ſunt quaſi grex : affligentur quia non eſt eis paſtor. Id eſt Simulachra,quæ conſulta dixerunt Iudæos deſtruendos,inutilia & falſa dixerunt:ſicut etiam dixerunt diuinatores,qui idem dicebant:qui etiam vanè ſuos conſolabantur: imò vero ipſi infideles idolorum cultores peribunt; velut grex Deo paſtore carens.

Super

Super paſtores iratus eſt furor meus: & ſuper hircos viſitabo. Quia viſitauit Dominus exercituum gregem ſuum domum Iuda. Id eſt, viſitabit Dominus Sacerdotes infideles, & fideles: illos viſitabit, vt iratus, vt eos deſtruat, & abſumat. Hos viſitabit, vt gregem quem ſpecialiter & ſingulariter amat. Eſt verò manifeſtum impios vocari hircos vel hædos: vt pios, oues, & agnos. Si quæris quomodo viſitabit, audi ſequentia.

Poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Id eſt, vt imperator vtitur bellicoſis equis, vt per eos ſibi comparet gloriam bellicam: ita Dominus Iudæis vtetur in bello, vt per
1. & 2. Mach. eos glorioſas victorias ſibi pareret: quæ prophetia apertè machabæorum tempore impleta eſt. Nam per eos nobiliſſimas victorias Deus acquiſiuit.

Ex ipſo angulus: ex ipſo paxillus: ex ipſo arcus prælij: ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul. Et erunt quaſi fortes conculcantes lutum viarum, in prælio: & bellabunt quia Dominus cum eis. Conſulta idola reſponderunt, defiturum principem è Iudæis, defiturum pontificem, defituros bellatores, defituros demum omnes magiſtratus. At in hac prophetia Dominus inquit, non defiturum ex Iudæis Principem, neque Pontificem, neque bellatorem, neque Iudicem: imò verò Iudæi hoſtes ſuos
Ioſephus. conculcabunt in prælio, velut lutum in viis conculcari ſolet: quæ prophetia vera vſque ad Chriſtum ſine dubio fuit, vt ex hiſtoria Ioſephi comprobatur. ¶ Porrò Dux ſeu princeps ſecularis vocatur angelus, quæ vox Hebræis ſignificat
Soph. 1. 3 turrem excelſam, quæ in angulo mari ædificari ſolet. Eſt enim Hebræis pro angulo פִּנָּה pinnah, id eſt, turris excelſa vnde patet aſpectus in longum. At manifeſtum eſt principem eſſe turrim & firmamentum ciuitatis. ¶ Pontifex verò
Iſa. 22. vocatur paxillus ſeu clauus, vt expreſſè habet Iſaias: qui Eliacimũ pontificem vocat paxillum fidelem: vt enim paxillo parieti affixo committimus, quæ tuta à canibus eſſe volumus: ita Pontificis curæ ſubditi committuntur. ¶ Arcus prælij apertè ſumitur pro bellatore: nimium enim tunc bel-
Pſal. 77 la per arcus gerebantur. Iuxta illud, filij Ephrem intendentes
Pſal. 45 & mittentes arcum. & illud confregit potentias ſcutum, arcum, gladium & bellum. ¶ Exactor eſt quiuis magiſtratus, qui à populo exigit, quæ ſui muneris ſunt. Hos igitur omnes ex familia Iudæa prodituros Zacharias: contra idolorum reſponſa promittit.

Et confundentur aſcenſores equorum. Et confortabo domum Iuda: & domum Ioſeph ſaluabo: & conuertam eos, quia miſerebor eorum

rum:& erunt,ſicut fuerunt, quando non proieceram eos. Ego enim Dominus, Deus eorum: & exaudiam eos. Certè ſi tempore 1.Mach.1
Machabæorum Iudæi conculcabant hoſtes ſuos, vt lutum viarum, hoſtes quamuis ſuper equis aſcenderent, victi tamen erubeſcebant: victores verò ex tribu Iuda, roborabantur, & ſeruabantur, vt eſſent ita fœlices, ac erant ante Babylonicam captiuitatem. ¶ Domus Ioſeph vocantur Iudæi multi ex ea tribu qui cum Samaritanis non fuerunt à Salmanaſare in Aſſyrios tranſlati: ſed in ſuis vrbibus multi manſere, ſicut manſere multi ex tribu Aſſer, & Zabulon, qui 2.Para.30
ab Ezechia ad ſuum phaſe vocati venere. Vocantur etiam fortè & multi, qui ex eadem tribu captiui fuerunt abducti à Salmanaſare, rediere tamen cum Iudæis è Babylonia in Tob.vlt.
patriam reuerſis.

Et erunt quaſi fortes Ephraim. Et lætabitur cor eorum quaſi à vino. Et filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino. Erunt Iudæi, inquit, tempore Machabæorum fortiſſimi, vt fuerant Ephraitæ, quibus olim dabatur gloria belli, vt probat illud, filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum. Erant enim egregij ſagittarij. Lætabitur, inquit, cor Pſal.77
Iudæorum præ multitudine victoriarum: vt lætari ſolet cor, è bibito vino. Demum, ait, non ſoli Iudæi tunc illi victoriis illis fruentur: fruentur etiam & eorum filij, Domino laudes victoriæ tribuentes. Pſal.103

Sibilabo eis, & congregabo illos: quia redemi eos: & multiplicabo eos, ſicut ante fuerant multiplicati. Et ſeminabo eos in populis: & de longe recordabuntur mei: & viuent cum filus ſuis, & reuertentur. Et reducam eos de terra Aegypti: & de Aſſyriis congregabo eos: & ad terram Galaad & Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus. Quia Sacerdotes idolorum dixerant Iudæos variè per orbem diſpergendos, Dominus contra dicit, eos congregandos, in terram Iudæorum. Sibilabo inquit eis. Nam ſolent paſtores ſibilo congregare pecora ſua, vt quidam paſtor olim me vidente fecit. Similem loquendi modum habes apud Iſaiam, vt dicit. Sibilabit ad eum de finibus terræ. Eſt autem Iſa.5
ſibilus Dei, interna eius inſpiratio, quâ cor ad id quod vult, mouet. Congregabo, inquit, illos, & illi multiplicabuntur: Gen.15.26
vt ſtellæ cœli, vt ſit neceſſe, eos in aliis regionibus ſpargere. Ideò ego (ait) diſſeminabo illos, non gladio hoſtili, ſed ob commoda ſua. Neque verò diſſeminati per gentes idola colent, vt Iſraelitæ fecerunt, per Salmanaſarem adducti: ſed verè recordabuntur nominis mei, etiam longiſſimè Tob.1

à Iudęa

à Iudæa diſſiti. Neque gentes inter quas viuent malè tra-
Actio. 2. ctabunt eos, aut eorum filios? imò verò inter eas viuent:
ipſi & filij eorum, redibuntque ad feſta Ieroſolymę cum
Vide Ioſephum. libuerit. Demum adducam eos de Ægypto & Aſſyria, &
tam frequentes venient? vt terras Calaad & Libani occupẽt
imò tot erunt, vt locis careant, in quibus habitent. ¶Terra
Galaad ad oriẽtem Iudææ iacet, confiniſque eſt monti Li-
bano, & fontibus Iordanis, de Galaad dixi ſupra. Has terras
Oſee. 6. Iudas Machab. ſuo ſubiecit imperio. Cuius tempore Hęc
prophetia impleta, eſt Iudæis venientibus, ex omnibus re-
1. Mac. 5. gionibus vt Machabæorum fœlicitate fruerentur.

II. PARS.

Et trãſibit in maris freto: & percutiet in maris fluctu: & confundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur ſuperbia Aſſur: & ſceptrum Ægypti recedet. Confortabo eos in Domino: & in nomine eius ambulabunt dicit Dominus. Poſt tempora Zachariæ nemo deſtruxit ſuperbam Aſſyriam, niſi Alexander Macedo, vt ſcienti hiſtorias euidens. Eſt igitur hic
1. Mac. 1. de Alexandro mentio, qui imperium Aſſyrium, Perſicum, & Chaldæum vaſtauit, abſtulitque ſceptrum Ægypti, ſibique vſurpauit, ædificata Alexandria in oſtio Nili. Porrò ſcribũt
Vide. celeberrimi authores, vt in Alexãdri vita Plutarchus ait, ma
Naum. 3. re Pamphilię, ſæuum, & proceloſum, Diuina quadam
Plutarch. ſorte ceſſiſſe Alexandro: ad immenſum ſtuporem, & eorum qui viderunt, & qui ſcripſerunt, & Ioſephus tradit ſub Alexandro. Macedones per hoc mare tranſiſſe, vt Iudæos ſub Moſe per mare Rubrum, id tradit li. 2. antiq. c. vlt. Hoc prędicit Zacharias, ſcilicet Alexandrum tranſiturum illud mare: & percuſſurum eius procellas. vt mare velut Alexandrum erubeſceret, ea verò profectione vaſtauit Aſſyrium: & poſtea ſubegit Ægyptum. Vltimum verbum, conforta eos, ad Iudęos, referri poteſt, & ad Macedones. Illi enim illęſi manſerunt ab Alexando, à quo omnes aliis fuere ſubacti, Hi porrò, quia eorum victorię Domino Deo erãt adſcribendę, qui Alexandrum mouit, vt illud tam antiquum, tamque potẽs, Aſſyriorum imperium aboleret. ¶Tu lector
Zach. 2. attentè lege, Dicit Dominus, confortabo eos in Domino: & abulabunt in nomine Domini, ipſe Dominus dicit. Nũ non vides diſtinctionem perſonarum Diuinarum? ſcilicet patris qui dicit, confortabo eos in Domino ſcilicet in filio. De hoc dixi ſupra.

CAPVT

CAPVT XI.

SI vllum caput in Zacharia difficile,&obſcurum eſt,hoc eſt.Tradit in eo primum templi deſtructionem ſub Tito.Secundò tradit hiſtoriam paſtoris præfundiſſimam.Tertiò docet hiſtoriam Antichriſti , quem Iudæi Chriſto reiecto,ſuſcipient, *Protheo-ria.*

Aperi Libane portas tuas: & comedat ignis cedros tuos vlula abies : quia cecidit cedrus: quoniam magnifici vaſtati ſunt. Vlulate quercus Baſan:quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus. Vox vlulatus paſtorũ,quia vaſtata eſt magnificentia eorum. V*ox rugitus leonum,quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis.*Conueniunt Iudæi,& Chriſtiani,meliores interpretes,per Libanum hoc loco templum ſignificari.Quia vt inter omnes montes palmam fert Libanus adeò eſt ille . arboribus frequentibus & pretioſiſſimis fœlix:ita inter omnia templa palmam ſibi templum Ieroſolymitanum præripiebat,ideo erat Dei præſentia,eiuſq; beneficiis opulentum.Prædicitur ergo vaſtatio templi cui, iubet Dominus,vt portas aperiat hoſti. Templum verò,Dei,iuſſibus parens per annos multos,ante aduentum Tyti , cum veſperi eius fores clauderent Sacerdotes , mane apertas reperiebant:vt in Galatino & Ioſepho leges,ſi libuerit. Aperi igitur portas,vt ignis fatalis,à milite,etiam Tito repugnante,inectũ iniectus,comedat cedros& abietes tecti tui·Vlula abies,quia principes magnifici tui vaſtati ſunt in Ieroſolymę obſidione. ¶ Porrò Baſan erat regio fœcunda paſcendo pecori.ac ideò ferebat grandes quercus quæ diuites potenteſque homines ſignificabant , Paſtores ſignificant Sacerdotes & pontifices,leones.quib.abundabat regio Iordanis,maximè Baſan,ſignificabant bellatores. Iubentur igitur tam potentes,quam ſacerdotes,quam bellatores vlulare,& rugire,quia deſtructa eſt per Titum hæc eorum,regio. *Lege.Galatinum,* *Ioſephus Euſebius. Galatinus* *Vide Mic 7,Naum.*

III. PARS.

Sic dicit D*ominus Deus meus.Paſce paſcora occiſionis , quæ qui poſſederant occidebant ? & non dolebant , & vendebant ea dicentes. Benedictus Dominus.diuites facti ſumus. Et paſtores eorum non parcebant eis.* Lector attentiſſimus hanc narrationem audi inde ſiquidem pendet totius literæ intelligentia. Paucerant quidam paſtores truculenter gregem Domini. Miſertus Dñs

iubet prophetę, vt gregem paſcat, interim Domin o vltionē de paſtoribus ſumente. ¶ Acceptat propheta Diuinū mandatum: & ad paſcendum parat ſibi baculos duos, alterum pulchrum, nitidum, plenum alterum tenuiorem in modum funis. Tunc incipit populum paſcere. ¶ Quia verò ex paſtoribus præcedentibus, tres volebant adhuc gregem paſcere, Propheta eos ſuccidit menſe vno. ¶ Erat porrò grex contumax & rebellis. ideò quæritur paſtor, & tædio affectus non vult paſcere gregem, receditque dicens, quod moritur moriatur. Tunc baculum nitidum defringit. ¶ Erant in grege pauperes quidam, qui precibus contendeba nt cum propheta, vt iterum paſceret: ille rogatus inquirit, quod pretiū ei darent pro paſtura? Tunc quidam apprehenderunt ei 30. argenteos. ¶ Dominus verò pretij vilitate irritatus, iubet pretium ad figulum quendam eiici, & Propheta alium baculum frangit, & diſſoluta eſt fraternitas inter Iudam & Iſraelem. Hactenus hiſtoria: Prius tamen quem eam exponam, duo mihi certiſſima ſtatuo.

Prius eſt, hęc hiſtoria neceſſariò Deo eſt accommodanda. Probatur maniſeſtiſs. quia dicit Dominus ad Zachariam proiice 30. argenteos ad ſtatuarium: decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. Ergo Dominus eſt qui pretio 30. argenteorum appretiatus eſt. Proiice, Ait Dominus, vile hoc pretium, quod iſti mihi offerunt pro grege paſcendo. Ergo Dominus eſt paſtor, cui pro munere paſtoritio. 30. argentei exibentur. & idem eſt, qui baculos confringit, & idem qui tres paſtores vno menſe ſuccidit. Hæc eſt prior clauis ad intelligendam hanc prophetiam. ¶ Secundò ſtatuo. quod Chriſtus filius Dei. eſt hic paſtor de quo pręſens prophetia loquitur. Probatur aperriſſimè. Deus dixit huic paſtori vt paſcat. Paſce inquit, Pecora occiſionis. Ergo ſi, vt diximus paſtor hic eſt Deus Deus Deo dicit. vt paſcat. Id eſt iuxta Chriſtianam religionem Pater Deus dicit filio Deo vt paſcat pecora occiſionis. Filius verò Deus, Dei Patris dictum exequitur, & oues paſcit, tres paſtores mēſe vno ſuſtulit. duas virgas frangit, &c. Hęc eſt ſecunda clauis ad intelligentiā prophetię. ¶ Conſtituto igitur quod Chriſtus eſt paſtor, qui menſe vno ſuſtulit paſtores tres quique virgas frangit, magni ingenij erit totam prophetiam vitæ Chriſti accommodare, Aperiat Deus ingenium, vt eo digna dicam⁹. ¶ 1. Sic dicit Dominus meus. Id eſt ſic dicit Pater Dominus. Filio ſuo Fili paſce pecora, quæ occidentur à poſſidentibus ea. Nam

Hebr. 13

qui

qui hactenus hæc pecora poſſederunt, facilè ea vendebant & qui emebant facilè occidebant nec parcebant eis. Tu igitur Fili hæc pecora paſce. ¶ Vt rem lector intelligas conijce oculos in hos Reges,& Sacerdotes, qui populũ Iudæũ ante Chriſti natalem paſcebant. Et quia,fuere illi Tyranni gregem occidentes, & vt occiderétur vendentes, ſtatim intelliges,cur Pater Filio dicat; vt ſublatis alijs paſtoribus, ipſe paſcat.Subegit miſeros Iudæos Pompeius:ſubegit Caſſius.hi eos occiderunt Subegit Octauianus, qui eos velut vendidit Herodi.Hic verò quam eos occiderit,infra dicemus. Quia igitur Tyranni iſti miſeros illos paſcebant, adeò truculenter,dicit Pater Filio vt eos ipſe paſcat. ¶ Iam verò lector agnoſcis,cur Iudæi dicantur pecora occiſionis, ſcilicet quia domini eorum ad nihil aliud eos poſſidebant, quam vt degluberent & occiderent. Et crede ſine dubio, quando Octauianus fecit Herodem Regem Iudæorum,velut pecora vendens tunc Herodem dixiſſe beneddictus Deus,diues, imò Rex factus ſum. ¶ Litera Hebræa ſic habet. Paſce pecora occiſionis,qui poſſident ea occidunt ea & non culpabuntur,& vendentes ea dicunt, benedictus Deus dictabor quaſi communi loquendi modo dicat,qui poſſident ea,occidunt ea ſine ſcrupulo conſientię:nullam culpam in eorum occiſione timentes.

Ioan.10

Lege. Chronic.

Matt.2

Et ego non parcam vltra ſuper habitantes terram dicit Dominus. Ecce ego tradam homines vnumquemque in manu proximi ſui,& in manu regis ſui. Et concident terram: & non eruam de manu eorum. Hæc clauſula eſt hiſtoriæ interiecta quia enim Dominus dixerat, quod principes Iudæorum eis minimè parcebant, dicit Dominus,neque ego parcam eis:ſed tradam illos, vt bellis ciuilibus inter ſe pugnent, vt pugnarunt Pompeius templi violator,& Cæſar.pugnarunt etiam Octauianus & Antonius.qui maximè fauit Herodi. In quibus pugnis Romani à Rabinis ſunt exciſi: & Romani à ſuis principibus confecti. Terra demum vaſtata tunc fuit, quæ auxilium victis dedit Sed redeat ad ſuam hiſtoriam oratio,

Ioan.10

Et paſcam pecus occiſionis.propter hoc,ò pauperes gregis. Pater Filio dixerat, paſce pecus occiſionis. Patri Filius reſpondet, propter hoc dictum tuum ô Pater.Ego paſcam pecus hoc, vt vis.Et velut miſericordia motus, propter miſeriam Iudæorum dicit,ô pauperes gregis.ego paſcam gregem adeò calamitoſum. Ergo & voluntas Patris, & calamitas gregis Chriſtum ad paſcendum promouerunt. Prius habes

Pſal.39

in verbis Chriſti, in capite libri ſcriptum eſt de me: vt faciam voluntatem tuam. Volui & legem tuam in medio
Pſal. 11 cordis. Alterum probant verba illa. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Sed ô quantum Chriſto debet genus humanum propter verbū illud. Ego paſcam pecus occiſionis, nam animā
Ioan. 10. ſuam ponet pro ouibus ſuis. Sed progrediamur.

Et aſſumpſi mihi duas virgas. Vnam vocaui, decorem: & alteram vocaui funiculum. & paui gregem. Quidam nimium Hebræi pro funiculis vertunt diſſipatores ſed reuera benè Hie-
D. Hiero. ronymus vertit, Ergo paſtor accepit duos baculos: alterū pulchrum, nitidum, leue, ideò vocatus eſt decor. alterum ſua cortice contectum, non luculentum: ſed in modum
Matth. 5 funiculi factum. quo greges rebelles, percuteret. Ita Dominus Ieſus accepit blanditiem, manſuetudinem, & delicias doctrinæ. hic eſt prior baculus, quo, principio pauit
Matt. 5. 6 ſuos auditores. Accepit etiam aſperitatem doctrinæ: Para-
7. bolas: & væ, quo poſteriore baculo rebelles Iudæos caſti-
Mat. 13. gabat, & percutiebat. Lege D. Matthæū vſque ad ca. 12. quid
23. inuenies, niſi decorem? baculum ſcilicet luculentū, & benignum. Lege inde ad ca. 22. & maximè vigeſimum tertium: inuenies doctrinam parabolicam, velut baculū cortice tectum. inuenies væ: quo vehementer Phariſæorū corda flagellabat. Igitur ſumpſit duos baculos, amores, ſcilicet & rigores.

Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno. Locus eſt obſcuriſſimus: ſed lux ei infertur, ſi intelligas Iudæos habuiſſe tria genera principum, à quibus gubernabātur, ſcilicet principes ſeculares, ex tribu Iuda: & ex genere Zorobabelis. & ſecūdò principes Eccleſiaſticos ex tribu Leui. & 3. Iudices ordinarios, quos Sanhedrim illi vocabant. At vt Rabini apud Galatinum aſſerunt Heſtrodes, ſub quo natus eſt Chriſtus hos omnes occidit. ſuccidit ergo tres paſtores, id eſt tres Principum & Gubernatorum ordines, verebatur enim ne horum
Gal. li. 4 aliquis ei, vt alienigenæ: regnum eriperet, vide hanc rem
cap. 5. 6 in Galatino. Dicit nunc Chriſtus. quod hos tres paſtores ipſe ſucciderit, id eſt ſuccidi ab Herode promiſerit, qui vt
Gen. 49 ego credo, & Zacharias docet, omnes illos vno menſe ſuccidit. ¶ Dies tu, quorſum Chriſtus horū occiſorum meminit certè grandi myſterio: Nā dictum erat. Non auferetur ſceptrum de Iuda: neque dux de fœmore eius, donec veniat Meſſias, at horum paſtorum ordinibus ab Herode ſuc-

ciſis ablatum eſt penitus ſceptrum de Inda,&duces de fœ-
more eius ,infert igitur Meſſias,paſtor noſter iam ſe veniſ- *Gen.36.*
ſe.¶Et rurſum non erat æquũ, vt alij eſſent Principes.Sa-
cerdotes,& Iudices,cum Chriſtus veniebat. Princeps de
domo Dauid.Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech
&Iudex viuorũ & mortuorũ cui pater omne iudiciũ dedit.

Et contracta eſt anima mea in eis:ſiquidem anima eorum va *Matt.23*
*riauit in me.*Proculdubio ſermo de pecoribus eſt.nam ſtatim 10.17
ſubdit,non paſcam vos quod ad pecora , non ad paſtores *Eodem.*
debet referri.Ergo cum paſtor gregem habet obſequẽtem,
craſſum,&fœcundum,dilatat cor ſuum.Sed contrahit ani-
mum,ſi pecora paſtorem exhorreant. abominentur,& fu-
giant.Quia igitur Phariſæi illi , qui Chriſtum audiebant, *Luc.13*
deuiabant,a Chriſto paſtore atque doctore , ideò , anima
Chriſti cõtracta eſt a pecore ſuo,Scriptum enim erat de Io-
ſeph,qui Chriſti figurã gerebat,quod fratres eius non po- *Ioan.11*
terant ei quicquam pacificè loqui,& Chriſtus ait,Genera-
tio praua.quouſque patiar vos.

Et dixit:Non paſcam vos.Quod moritur,moriatur. & quod ſuc-
ciditur,ſuccidatur.& reliqui deuorent,vnuſquiſque carnem proximi
*ſui.*Quia grex,quem Chriſtus Dominus paſcebat deuiabat
à Chriſto,tædio Chriſtus gregis affectus, dicit, Non paſcã
vos,Generatio praua, vſquequo patiar vos & item , Ecce
relinquetur domus veſtra deſerta:non me videbitis à mo-
do donec tempus paſſionis veniat.Igitur meò ſpeciali fauo
re deſtituti,qui ſponte ſua voluerit peccare, peccet , & qui
ſe permittit à diabolo tentari,& ſuccidi,ſuccidatur.Et Pha-
riſæi & Scribæ,& magiſtratus deuorent ſi non carnem alio.
rum,certè deuorent carnem meam.Id enim me permitten
te facient.

Et tuli virgam meam quæ vocabatur. Deus & abſcidi, eam.
Quia Chriſtus decreuit Iudæam gentem non paſcere: ſed
relinquere:ideò blandicias & delicias doctrinę dimiſit.id
vocat abſcindere (vel vt alij textus habent , abſcondere)
virgam ſuam,quam decorem,& Iucunditatẽ ante vocauit.
Et ita profectò in Euangeliis reperiemus. Nam Dominus
noſter ad ſuæ doctrinæ finem, non blanditias docebat , &
amores:ſed acres reprehenſiones,& triſte væ replicabat.

Vt irritum facerem fœdus meum,quod percuſſi cum omnibus popu- *Matt.23*
lis:& in irritum deductum eſt in die illa. Id eſt : quia decreui ad
Gentes tranſire:& Iudæos relinquere,aſperius & acrius eos
reprehendi:vę illis intonaui. vt fœdus quod cum omnibus

populis Iudæorum pepigeram, diſſolueretur: & reuera diſſolutum eſt. ¶ Quo loco duo lector annotabis. Alterum eſt, Deũ pepigiſſe fœdus cũ omnibus Iudæis, Moſe fundente ſanguinem ſuper altare, & ſuper populo, quo facto Dominus promiſit ſe fore Deum Iudæorum: & Iudæi promiſerunt ſe fore peculium Domini Dei. Alterum eſt, quod hoc fœdus incæpit diſſolui & irritari, Chriſto decernente Iudæos relinquere: ſed omnino diſſolutũ eſt Chriſto in cruce dicente, Conſummatum eſt. Nam paulo ante Chriſtus nouum fœdus pangens dixerat. Hic calix nouum teſtamẽtum eſt in meo ſangine. Igitur in die mortis Chriſti fœdus cum Iudæis omnino diſſolutum eſt. cœpit tamen diſſolui, cum Chriſtus loquebatur in parabolis & durius reprehendebat volens infœlices relinquere Iudæos.

Exo. 24. *Ioan. 19.* *Matt. 26.* *1. Co. 11.*

Et cognouerunt ſic pauperes gregis, qui cuſtodiunt mihi, quia verbum Domini eſt. Mihi nullo modo dubium eſt, quin Sacra Virgo Maria, Sanctus Ioannes Baptiſta, & alij ſanctiſſimi viri Chriſti amatores & obſeruatores Chriſto reuelante cognouerint, quod Deus eſſet relicturus Iudæos: & tranſiturus ad gentes: cognouerintque id eſt Domini verbum, atque decretum. Hoc igitur dicit Propheta. Cognouerunt Santiſſimi illi, qui verè erãt pauperes in Iudaico grege, quique verè erant Chriſti obſeruatores, decretum eius eſſe relinquere Iudæos, & perquirere gentes. Et profecto crederem ideò Baptiſtam dixiſſe. Ne dicatis intra vòs, Patrem habemus Abrahã. Dico enim vobis, potens eſt Deus de lapidib⁹ his ſuſcitare filios Abrahæ. Et forſan id voluit Virgo ſacra, cum dixit, Eſurientes impleuit bonis, diuites dimiſit inanes, Nam Grægorius docuit nos, per diuites Iudæos intelligere: atque adeò per Eſurientes, Gentiles.

Mat. 3. *Luc. 1.* *Gregor.*

Et dixi ad eos, Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meam: & ſi non, quieſcite. Cum hæc verba meditatius expẽdo, cogor intelligere, Sanctos illos, qui pauperes gregis dicti nunc ſunt, Chriſtum ſolicitè rogaſſe, ne deſereret, ſed potius paſceret gentem Iudæam. Quibus reſpondet Chriſtus. Si bonum vobis videtur, vt ego paſcam, afferte mercedem laboris. Si non affertis: deſinite deprecari, Siquidẽ tam peruicacem & rebellem paſcere gregem, ingentis eſt laboris atque ideò ingens præmium meretur. *Et appenderunt mercedẽ meam triginta argenteos.* Id eſt, dum Chriſtus cum viris piis tractat de mercede paſſionis, en aliunde Phariſei. & reliqua syna-

goga emit Chriſtum à Iuda. 30. argenteis. Nam principes *Matt. 26.*
Sacerdotum & magiſtratus, ac proinde totus populus, cu- *Luc. 22.*
ius illi vices habebant Chriſtum eo pretio emerunt à Iuda.

Et dixit Dominus ad me. Proiice illud ad Statuarium. Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis. Fuit tam immane flagitium Chriſtum, 30. argenteis emere: vt id ille minimè ferens, iubeat prophetæ, loco Iudæ proiicere argenteos illos in domo Domini, ad Statuarium, qui eo loco aderat præſens: & dicit Chriſtus. Num non videtis, quo pretio ęſtimatus ſum *Ioa. 57.* à populo Iudęo tantus vir: tantus prædicator: tantorum miraculorum patrator: tam ſanctus: tantus propheta: quem Scripturæ, & miracula Deum eſſe fatētur? Proiice Zacharia pretium illud in domo Domini ad figulum, qui ex luto ſta- *Mat. 26* tuas faciebat (quibus luderent forſitan pueri.) Is enim figulus erat à Diuina prouidentia tunc adductus, vt agrum ſuum venderet: & vendidit pro argenteis in domo Domini proiectis. Ille ergo figulus, ad quem Zacharias proiecit argenteos, ſignificabat figulum, ſeu ſtatuarium ex luto, coram quo Iudas. 30. argenteos proiecit.

Et tuli 30. argenteos: & proieci illos in domum Domini ad Statuarium ſcilicet exequutus eſt Domini mandatum: qui argenteos ſimoniacè pro eo, ſacratiſſima datas, voluit nō ad ſacerdotes peruenire: ſed ad domum Domini, id eſt ad pios vſus docens nos quid ex Simonaica pecunia fieri conueniat.

Et præſcidi virgam meam ſecundam, quæ appellabatur funiculus: vt diſſoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrael. Id eſt illius venditionis facinore tanto commotus, omnino Iudæos reieci, omnem eorum paſtoralē curam à me relegaui. Iam carnale regnum Iudæ, cum regno Iſrael connexum, & iunctum, nunc diſolutum & diſcipatum, nec vnquam ea deiunctio coaleſcet. Habes lector reiectionem Iudæorum. Paſtor æternus à ſuo eos ouili reiecit: niſi Chriſtiani efficiantur.

III. PARS.

Et dixit Dominus ad me. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſculpti. id eſt tu Zacharia accepiſti duos baculos, ſcilicet inſtrumenta boni paſtoris nunc accipe inſtrumenta ſtulti paſtoris, ſcilicet gladiū in brachio, gladiū in oculis(ꝙ ipſe ſtatim docet) vt non ſolum manibus feriat, ſed & oculis. Vt ſicut ſumens

inſtrumenta boni paſtoris gerebas Chriſti figuram: ita ſumens inſtrumenta ſtulti, Antechriſtum repræſentes. ¶ Dices quorſum Zacharias iubetur ſtulti paſtoris, id eſt Antichriſti referre figuram? Certè quia Iudæi Antichriſto ingĕtur

Ioa. 5. ſeque illi paſcendos concredent, iuxta verbum Domini. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipieretis.

Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui relicta non viſitabit diſperſum non quaret: & contritum non ſanabit: & id quod ſtat non enutriet: & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet. Ego, inquit, hominem faciam, & principem efficiam. Ipſe Antichriſtus ſua malitia non viſitabit oues, quas lupi reliquerunt nec quæret quas illi diſperſerunt, nec ſanabit quas vulnera-

Eze. 34. uerunt, nec nutriet, eas, quæ integræ ſunt, ſed pingues come-

Gen. 33. det, reliquas ita ambulare coget, vt earum vngulæ diſſoluantur.

O paſtor, & idolum, derelinquens gregem gladium ſuper brachium eius: & ſuper oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate ſiccabitur: & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur. O Antichriſte, qui thiara, & infulis paſtor eſſe videris: non tamen paſtor es, ſed paſtoris idolum, vtpote qui gregem relinquis, quique gladium habes in brachio, & in oculo. id eſt gladium in opere: & gladium in intentione: crudelis in facto, & in deſiderio. Precor Deum, vt brachium tuum ſiccetur & oculus obſcu-

Pſal. 113. retur. ¶ Nota proclariſſime dictũ Paſtoris idolum. Planè idolum, totum auro fulget & gemmis, at ſtatua eſt: non homo. Si igitur Pontificem videas, & principem oſtro fulgentem & auro, ex alia vero parte ſuo officio non reſpondentem, num non verè eum idolum eſſe iudicabis? ¶ Nota rurſum. Princi-

Acto. 5. pem, & Pontificem, aliquando caſtigare, & gladium deferre, at non in oculo dextro: vt dexter oculos plenus ſit clementia: & non caſtiget ſi poſſit, curet potius & ſanet, ſi licet. ¶ No-

Mat. 24. ta demum, quæ pœna manet principem, paſtorem iniquum, ſcilicet ariditas & impotentia manus: & obſcuritas ac cæcitas animi.

CAPVT. XII.

Proœmia. PRima pars tradit calamitatem Iudæorum, qui Ieroſolymis habitant, quam eis intulit Anthiochus Epiphanes, Secunda pars eorum reparationem, quam præſtitere Machabæi. Tertia docet ſpiritum à Chriſto effundendum: ipſum

tamen

tamen Chriſtum crucifigendum: ab omnibus etiam plangendum.

Onus verbi Domini ſuper Iſrael. Id eſt prophetia lacrymoſa ſuper Iſrael ?ſpeciatim ſuper habitantibus Ieroſolymam, vt ſtatim ſequentia verba docebunt. *Dicit Dominus extendens cœlum & fundans terram fingens ſpiritum hominis in eo.* Tria maxima miſerabilia fecit Deus, quæ hic recenſentur primum quod extenderit cœlum, vt ſolet pellis extendi. Quod miraculum habetur etiam in verbis pſalmi, extendens cœlum ſicut pellem. Secundum, quod firmam ſtabilem teneas in orbis medio, terram iuxta illud. Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſæculum ſæculi. Tertium quod animam rationalem quæ ſpiritus eſt, id eſt, quæ incorporea eſt, in hominis corpore creauerit, eamque illi allegauerit, quis hanc vnionem, niſi Deus efficere poterat? Is ergo Dominus tantorum miraculorum operator dicit prænunciatque ſententiam. *Pſal. 103.* *Eodem.*

Ecce ego ponam Ieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu. Sed & Iuda erat in obſidione contra Ieruſalem.

Verbum סף Saph Hebræum ſignificat poſtem, qui limini ſuper imponitur, quem noſtra verſio vocat ſuperliminare, ſignificat etiam ſciphum vel calicem, vt noui interpretes vertunt. Si placeat tibi calicem vertere, erit ſenſus. Ego ponam Ieruſalem, vt ſit calix, quem omnes populi finitimi ita bibant, vt à vino crapulati in Ieroſolymam hoſtiliter inſurgant. Quin & ipſa tribus Iuda, extra Ieroſolymam habitans, obſidionem, cum aliis eius hoſtibus ponet. Si verò noſtra verſio potius placeat, ſenſus eſt. Ego ponam Ieroſolymam velut limen, velut poſtem oſtij, in quem effundant omnes populi vicini: velut crapulati, qui quærentes per oſtium intrare in limen impingunt. ¶Hæc prophetia impleta eſt tempore Anthiochi Epiphanis, quando vicini Ieroſolymæ exierunt ex Iſrael, & ſuaſerunt multis dicentes. Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus, &c. & deſtinauerunt aliqui de populo: & abierunt ad Regem Anthiochum: & dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitiam gentiũ, & reliqua quæ habentur in 1. Mach. Et item. Princeps Antiochi iuſſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare (ſcilicet idolis) & congregati ſunt multi de populo ad eos, qui reliquerant legem Domini: & fecerunt mala ſuper terram, & effugauerũt *Amos 9.* *Sophon. 2.* *1. Mac. 1.* *Eodem.*

populum Iſrael.in abdita & abſcondita locá.Lege reliqua & dices reuera,hi qui à Domino,& à lege eius receſſerunt crapulati erant & ebrij,qui non ſolum ædificabant aras idolis ſed & efferatè pios perſequebantur.Erant igitur crapulati in Ieroſolymam offendentes,ſed non impunè, vt enim qui in limen impingit. non tam nocet limini, quam ſibi: ita qui tunc Ieroſolymam offendebant, non tam ei,quam ſibi nocebant,ſibi enim nocebant in anima:Ieroſolymę in corpore.

1.Mach.3. Lege etiam capit 3.eiuſdem lib.videbis Samaritanos,& Syros pugnantes contra Ieroſolymam:ſed in eam velut in limen offendentes.

Et erit illa die ponam Ieruſalem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui leuabunt eum,conciſione lacerabuntur Magnus Hiero.

D.Hiero. dicit olim fuiſſe populis mortem,vt in vrbis ſeu oppidi porta eſſet ingens lapis, in quo ſubleuando exercerentur hominum vires:nam qui fortior erat, altius eum attollebat. Ait ergo Dominus, Ieroſolymam tempore Antiochi erit lapis oneroſus ille,quia cuncti populi conabuntur eum attollere & è loco ſuo mouere. Sed qui ſubleuare nitentur dilacera-

.Mac. 3. buntur,&peribunt:vt dilacerati ſunt:vt dilacerati ſunt Samaritani,Siri,Græci,& reliqui quos vicere Machabęi.

II. PARS.

Et colligentur aduerſus eum omnia regna terræ.In die illa dicit Dominus,percutiam omnem equum in ſtuporem:& aſcenſorem eius in amentiam.Et ſuper domum Iuda aperiam oculos meos:& omnem

1.Mac.3. & 4. *equum populorum percutiam cecitate.*Rem hanc habes lib.1.Machab.Nam congregauit Antiochus exercitum vniuerſi regni ſui,id eſt omnia regna limitanea Iudæis, & commiſſo bello contra eos aperuit Dominus oculos miſericordiæ ſuę ſuper Iudęos,& ſtupefecit equos & aſcenſores ex hoſtibus.

*Et dicent duces Iuda in corde ſuo.Confortentur mihi habitatores Ieruſalem,in Domino exercituũ Deo eorũ.*Hæc ſunt verba ducũ Iudæorum,quibus hortabantur,eos,vt nihil timeret infinitatem hoſtium,quam videbãt: ſed corroborarentur in Domino Deo ſuo.I a planè dixit Iudas Machabæus, bellum e-

1.Mac. 3. nim commiſſurus contra prædictum exercitum ait, Accingimini,& eſtote filij potentes:& eſtote parati in mane:vt pugnetis &c.Legę eodem loco orationem Nazaræorum.*In die illa ponam duces Iuda,vt caminum ignis in lignis & ſicut faciem ignis in fœno,& deuorabunt ad dexteram,& ad ſiniſtram omnes po-*

populos

pulos in circuitu.& habitabitur Ieruſalem rurſum in loco ſuo, in Ieruſalem. Qui legit lib. 1. Machabeorum inueniet Ieroſolymam occupatam à gentibus. Iudæis inde deiectis & arce Sion facta firmiſſima, cõtra Iudæos. Poſtea vero inueniet commiſiſſe bellum pauciſſimos Iudæos contra caſtra Antiochi innumera. atque illos fuiſſe, vt paruus ignis camini: & velut in fœno, qui hoſtes ſuos, vt ligna, & vt fœnum conbuſſerunt, quia victoria elati Iudæi, rurſum Ieroſolymam receperunt, ibique hoſtibus deiectus habitauerunt: neque vane dicit, in loco ſuo, in Ieruſalem, nam etiam nunc Ieruſalem habitatur à Mauris: ſed non in loco ſuo, ſcilicet in antiqua Ieruſalem: ſed in proximo loco. *1. Mac. 1.* *1. Mac. 3. & 4.* *1. Mac. 4.*

Et ſaluabit Dominus tabernacula Iuda, ſicut in principio. Vt non magnifice glorietur domus Dauid: & gloria habitantium Ieruſalem contra Iudam. Id eſt, hanc victoriam faciet Dominus, non viribus, Iudęorum: ſed magno miraculo ſuo, vt domus Dauid non poſſit de viribus ſuis gloriari: nec ſit gloria habitantium Ieroſolymam contra eos qui à Iuda ad Antiochum defecerunt, nec enim iſtorum arcus aut gladius hoc ſuperauit: ſed dextera Domini, & illuminatio vultus eius. Hæc eſt quæ victoriam effecit. *Pſal. 43.*

In die illa proteget Dominus habitatores Ieruſalem. Et erit qui offenderit ex eis in die illa quaſi Dauid, & domus Dauid, quaſi Dei ſicut angelus Domini in conſpectu eius. Id eſt Dominus auxiliabitur Iudęis, ita vt qui infirmus videtur, & in bello offenſurus & caſurus, is ſit fortiſſimus, ſicut Dauid, qui dicebat. Deus qui præcinxit me virtute, qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcũ æreum brachia mea. Erit igitur infirmus fortiſſimus, vt Dauid: & domus Dauid. ſcilicet qui ex Dauide deſcẽderant erunt, velut Dij. (nam illud, Dij, non eſt ſingularis numeri: ſed pluralis) addit, ſicut angelus, id eſt non erant, vt Dij gentium, qui oculos habent, & non vident: mãnus habent, quæ nihil poſſunt: ſed erunt, vt angelus Domini. Non vt angeli mali, qui ſunt nocumento: ſed vt angeli boni qui ſunt in conſpectu Domini qui facilè, quamuis hominum potentiam deiicere poſſunt, vt potentiam Pharaonis olim in mari rubro deiecerunt. *Pſal. 17.* *Pſal. 113.* *Mat. 18.* *Exo. 14.*

Et erit in die illa quæram contẽrere omnes gentes, quæ venient contra Ieruſalem. Id eſt non contentus vnicam victoriam dediſſe Iudæis, ducibus Machabæis: plurimas illis dabo contra hoſtes vniuerſos: eas lege li. 1. Mach. *1. Mac.*

III. PARS.

Et effundam ſuper domum Dauid, & ſup r habitantes Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum. Et aſpicient ad me, quem confixerunt. vox prophetæ. *Et plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum. & dolebunt ſuper eum, vt dolere ſolet in morte primogeniti* In prima huius capitis parte prænunciauit propheta tempora Antiochi, tam calamitoſa Iudæis. In ſecunda, tempora Machabæorum: ſub quibus Deus tantopere fauit Ieroſolymæ. Durauerunt tempora eorum vſq; ad Herodem, ſub quo natus
Mat.2 eſt Chriſtus: qui multo maximè Ieroſolymæ fauit. Nam veniens Ieroſolymam, dixit in hac tertia parte. Ego effundam ſuper domum Dauid, & ſuper Ieroſolymitanos ſpiritum gratiæ, & precum. Certè effudit Chriſtus primum in Virginem matrem, & in Ioſeph, imò & in Ioannem, qui
Luc.1 erant è domo Dauid (nam Ioannes cognatus erat Virginis
Matt.1 quæ erat è domo Dauid.) Spiritum ſuum. Nam Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. Effudit etiam ſpiritum ſuum in
Luc.2 Simeonem, Annam, & alios Ieroſolymitanos. Erat enim Simeon iuſtus, & Spiritus ſanctus erat in illo. ¶ Iam tu lector maximoperè nota: Spiritus ſanctus, quem Chriſtus dat, eſt Spiritus gratiæ, & precum gratiæ, quia gratiam dat, qua grati Deo ſimus: & ex inimicis reddamur amici. Precum, quia Spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: facit enim nos orare, & orationi inſtare: imò ſemper orare.
Rom.5 O fœlices illi in quos Chriſtus effundit Spiritum gratiæ:
Rom.8 ſpiritum nouum in viſcerib. eorum: ſpiritũ rectum, ſpiritum
Rom.12 principalem: ſpiritum qui continet omnia, qui replet orbem
Luc.1.8 terram. Si vis agnoſcere, an ſit in te effuſus hic ſpiritus
Pſal.50 Dei: expende, an multum ores: hic enim ſpiritus, ſpiritus
Ap.1 precum eſt. Sed ô Chriſti potentiam maximam, qui talem ſpiritum poſſit effundere: ô Chriſti miſericordiã, qui velit? Ergo cum Chriſtus in Ieroſolymis prędicabat, ſpiritum in audientes effundebat. Qua ratione illi permoti dicebant.
Marc.1 Vnde huic hęc omnia? quęnã doctrina hęc noua? Sed audi, quid homines Chriſto rependant, pro ſpiritu quẽ ipſe fundebat. Certè crucifixerunt eũ. Ait enim is ipſe, qui ſpiritum
Matt. 25 effudit. Et aſpiciens ad me, quẽ confixerunt. Profectò aſpicient cachinis, & ſannis irridentes. Omnis enim populus ſpectabat, & deridebat eum, cũ principibus. Hęccine reddis
Deut.32 Domino, populeſtulte & inſipiẽs? Quod verò locus hic ſit de Chriſti crucifixione intelligendus docuit nos Ioannes dicens. Facta ſunt hæc omnia, vt Scriptura impleretur, quæ dixit

dixit.videbunt in quem transfixerunt.Iam Iudæos rogo. Si Chriſtus effundit ſpiritum, certè Deus eſt. Si Iudæi eum crucifixerunt,certè homo eſt.Deus igitur & homo eſt.Scio quoſdam Rabinos hoc tam luculentum teſtimonium eludere velle.Sed egregiè eos confutat Galatin.operam igitur remiſit nobis. Notabis verbum configere hoc loco ſignificare,cruci affigere,transfigendo clauis manus, vt infra c.13. dicetur, ait enim: quæ ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? verè,quia parentes ſui eum confixerant. *Ioan.19* *Galati. li. 8.c.17.* *Zach.13*

Et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum. Certè in vniuerſis noctibus paſſionis Domini,cum eius paſſio pro concione recitatur,plangimus eum planctu luctuoſiſſimo.quia verè primogenitus eſt Dei. & quia primogenitus eſt omnis creaturæ. & quia primogenitus eſt in multis fratribus. Habes lector non ſolum Chriſti mortem fuiſſe prænuntiatam,ſed & planctum, quo eam quotannis acerbè lugemus.Vbi ergo ſunt qui plangere Chriſti mortem impediſſit? *Hebr.1* *Coloſſ.1* *Rom.8*

In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem.ſicut planctus Adadremom in campo Mageddon Arbitror intelligendum eſſe, quod in die crucifixionis Chriſti fuerit planctus in Ieroſolyma,ſuper eius morte, qualis fuit in ea,cum Ioſias defunctus eſt in loco Adadremo, qui erat in campo Mageddo. Res hęc ita geſta eſt.Ioſiam ſanctum Regem, & patrem patriæ occidit Pharao Nechao,in campo Mageddo,vbi pugnam cum illo commiſit.ob cuius mortem planxit populus vniuerſus cantores per ſe:& cantatrices per ſe.Similem planctum vniuerſa Ieroſolyma fecit in Chriſti crucifixione.Cum enim ferè totus populus Chriſtum, vt ſuum Meſſiam veneraretur,licet multi clamaſſent:Crucifige eum plurimi verò,& iidem illi poſtea,eius mortem in ſuis domibus plangebant,& percutiebant pectora ſua.Imò & S. Brigida dixit,in Chriſti morte,vniuerſorum hominum corda triſtitiam ſenſiſſe:licet eius cauſſam ignorarent. Porrò ſicut Ioſiam plāxerunt cantores per ſe,& cantatrices per ſe, viri per ſe, & fœminæ per ſe, ita Chriſtum prænunciat propheta plangendum à viris per ſe:fœminis per ſe.ita enim ait. *2.Par.35* *4.Reg.23* *Luc.23* *I.Brigida*

Et planget terra. Familiæ & familiæ ſeorſum. Familiæ domus Dauid ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum. Familiæ domus Nathan ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum, familia domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Familiæ Semei ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum. Omnes familiæ reliquæ familiæ,& familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Dicitur in 2.paralyp.quod mortuum Ioſiā planxit *2.Par.35*

planxit vniuerſus Iuda & Ieruſalem. Hoc verò loco docemur, quomodo eum planxerint. Nam primo loco planxerunt, qui ex regia Dauidis proſapia deſcendebant. Et è regione huius chori plangebat alter chorus vbi erant vxores iſtorum. Secundum chorum implebat illuſtriſſima Iudæorum eo tempore familia, ex quodam Nathan deſcendens, Philo, & cum eo multi dicunt, hunc Nathan fuiſſe filium Dauid, ad quem non ſpectabat regnum: ſed ſi Reges ex directa Salomonis linea defeciſſent, ex huius linea erant deligendi: qua cauſa erat horum familia poſt regiam nobiliſſima. Nam dicitur 3. Reg. Azarias filius Natan, ſuper eos, qui aſſiſtebant Regi, & regione huius ſecundi chori, erant in ſuo choro, horum mulieres. Tertium chorum occupabant Leuitæ, & eorum vxores è regione ipſorum. Quarto choro continebatur familia Semei, quos D. Hieronym. & Remigius, doctores legis fuiſſe aſſerunt. Poſt has ſequebantur alij aliarum familiarum chori, à choris ſuarum vxorum diſtincti. Profectò huiuſmodi ſpectaculum videre vbi quiuis pro virili plangebat, res erat luctuoſiſſima. ¶ Ad ſimilitudinem igitur huius planctus prædicit propheta mortem Chriſti in omni terra plangendam. Plangunt enim eam Reges, Principes, chori clericorum, chori religioſorum, chori monialium, videmus ergò completum, quod tanto ante prænunciatum erat.

Philo. — *3. Reg. 4* — *D. Hier.* — *Remig.*

CAPVT XIII.

Protheoria.

PRiore parte prædicuntur effectus paſſionis Chriſti: poſteriore iterum ipſa paſſio, & quæ poſt eam euenient prænuntiantur.

IN *die illa erit fons patens domui Dauid & habitatoribus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Scio Galatinum, & Pagninum ita vertiſſe. In die illa erit fons patẽs do. Da. & hab. Ier. ad expiandum & aſpergendũ. Sed reuera litera Hebræa fert verſionẽ noſtrã Illa enim habet. In die illa erit fons patẽs domui Dauid, & hab. Ieru. ad peccatũ & ad fluxũ, ſcilicet menſtruũ quod nihil eſt aliud, quàm quod litera noſtra dicit: vt etiam Vatablus & Tugurini verterunt. ¶ Dubitas iam quis ſit hic fons: Sine dubio Chriſtus eſt, qui dixit: Si quis ſitit veniat ad me & bibat. i: veniat ad fontem

Vatabl. — *Ioann. 7*

vt bibat

vt bibat. Hic in paſſione ſua patuit Habuit enim tunc petra à Moſe pecuſſa quinque foraminia per quatuor fluxit ſanguis: per quintum fluxit ſanguis & aqua. Sãguis ad ablutionem peccatorum, quia ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Aqua verò ad ablutionem menſtruatę. Nam olim im mundicæ menſtruales aqua lauabantur. in figuram quod immundiciæ noſtræ meliore aqua, ſcilicet ex Chriſti latere fluente: erant abluendę. Et ego ita exiſtimo: per peccatum hoc loco intelligi, quod liberè & voluntariè contrahimus per menſtrum verò, quòd per modum habitus nobis adhærit. Vtrunque enim Chriſti ſanguis & aqua poterunt mundare. Sed hac emundatione non fruuntur niſi Apoſtoli (qui erant de domo Dauid. ſc. Chriſti) & fideles Chriſtiani qui ſunt veræ Ieroſolymæ habitatores. Porrò hæc peccatorum, & menſtrui emundatio primus & maximus effectus paſſionis Chriſti eſt. Exo.17 Ioa.19 He br.9 Lec.15

Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum de terra: & non memorabuntur vltra. Ita factum eſt, quia poſt Chriſti mortem in tota Eccleſia Chriſtiana abolita ſunt omnia penitus Idola. nec ad ea colenda in aliquo noſtrũ, vlla memoria eſt. Si idola ſunt in terra, ſunt certè in terra gentilium: non in orbe Chriſtiano. Cum tamen Idola nonquam exirent è Sygnagogis Iudæorum. vt videre eſt in li. Regũ. Verè igitur dixit Chriſtus, Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. ſ. ne in noſtra Eccleſia colatur. Proiectus eſt ex Eccleſia Serpens antiquus diabolus, Satã & angeli eius Proiectio hæc idolorũ, eſt ſecundus effectus paſſionis Domini noſtri. Tertius eſt huic ſecũdo cõiunctus. 3. & 4. re. Ioan.12 Apoc.12

ET Pſeudoprophetas. Sicut apud nos ſunt monaſteria religioſorum: ita apud Iudæos, erant monaſteria hominum piorum. qui prophetæ vocabantur. quia reuera ex illis vt plurimũ Dominus ſibi prophetas deligebat, vt ventura prænuntiarent, quod apud Oſeam dixi. Porrò vt tunc erant mo naſteria prophetarũ, qui ſpiritu ſancto afflabãtur: ita erant collegia ſpeudo ꝓphetarum, idola colentium, qui idololatris ex ſpiritu deaboli, ventura dicebãt. ex his congregauit rex Iſrael quadringentos. & ex his Elias occidit. 450. & ad horum collegium mittebat Ochozias. conſultum, num viueret, ex ſua infirmitate. Huiuſmodi colligia ablata ſunt, ab eccleſia noſtra per Chriſti paſſionem, licet Chriſtus non abſtulerit aliquos priuatos ſpeudo prophetas de quibus Paulus & Ioannes conqueruntur. Quartus effectus eſt. Oſee.12 Amos 2. 3. Re. vl. 3. Re.18 4. Re. vl. 2. Co.11 2. Ioa. 4

ET

Et ſpiritum immundum auferam de terra. Ita reuera. Nam olim tempore Iudęorũ feruebant omnia ſpiritibus immundis.Erant omnia plena dęmoniacis.vt per omnia Euangelia legimus.Et poſt Chriſti paſſioné vix aliquis dæmoniacus eſt,licet multi ſe dæmoniacus mentiantur,& ſi dęmoniacus eſt,facilè exorciſmus Eccleſiæ ſanatur.

Ma.4.7.8 Mar.1. Luc.4.

*Et erit cum prophetauerit quiſpiam vltra, dicent ei pater eius & mater eius, qui genuerunt eum. Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini.Et configent eum pater eius, & mater eius,genitores eius cum prophetauerit.*Quinta prophetia eſt, tanto zelo feruebunt fideles,vt proprium filiũ,ſi mendaciũ prophetarit in nomine Domini,cruci affigant.Legimus ſub Moſe zelũ Leuitarum contra idololatras,at nũc zelus eſt patris ac matris pſeudo prophetæ:non cum ſubitò occidentium:ſed lĕtiſſima & acerbiſſima morte crucifigentiũ.¶ Aduerte hæreticos maximè eſſe, qui loquuntur mendacium in nomine Domini: cũ enim errores ſuos euangelicis verbis in ſpeciē comprobare nituntur,num nos mendaciũ in nomine Domini loquuntur?At pater & mater ſi zelo fidei ardent,filium hęreticum morti addicent.Fama refert Cæſarem Chriſtianum dixiſſe;ſi filia mea hæretica eſt, comburatur. Sexta ſprophetia eſt.

Exod.12.

*Et erit in die illa,confundētur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua. cum prophetauerit, nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur:ſed dicet. Nõ ſum propheta:homo agricola ego ſum.quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.*Id eſt.Si quis illuſus an dęmone viſionem mēdacem viderit, & inde errorem aliquem loquutus fuerit,admonitus,ſi fidelis eſt, ſuũ errorem agnoſcet, eumq́ue erubeſcet. Etiam, inquit, nemo operietur pallio ſaccino, vt religionem mentiens,ſuos errores vendat,vbi ſcito, religioſos antiquos pallio ſaccino ſe operuiſſe Nam Elias erat piloſus,id eſt, veſtem habebat ad modum cilicij ex pilis cameli confectam, quam etiam afferebat Baptiſta,Eliam imitatus.Lege hæc apud Abulenſem ſuper.4.lib. Regum. Igitur in Eccleſia Chriſti pia ad pietatem ſacco veſtiuntur. vt Franciſcani: pauci admodum mali ſacco veſtiuntur ad decipiendum. Eſt enim res dura ſaccus. at iniqui blanda quærunt, non dura. ¶ Quod ſi aliquis à dæmone,vt diximus recipiatur, facile conuictus aſſeret,non ſum propheta, ſed agricola: agrum enim colui ab adoleſcentia:ſicut Adam in paradyſo,iuſſus eſt paradiſum colere: & extra paradiſum, terram colere coactus

4.Re.1. Ioan.1. Abulen. in 4.Re. q.16. Gen.2. Gen.3. Eodem.

eſt

eſt:ſequutus igitur exemplum Adæ, in ſubdore vultus mei
manducaui panem meum,vult dicere.Nunquam fui in col- *Amos. 7*
legiis prophetarum:ſemper enim ruſticus fui.
Et dicetur ei. Quæ ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorũ qui diligebant me. Redit ad id quod
dixerat:pater & mater configent filium loquentem menda-
cium,in nomine Domini.Filius igitur cruci affixus, & pla-
gas clauorum in manibus habens interrogatur,qua cauſa,
eas plagas habeat? Reſpondebit,ſe eas plagas accepiſſe non
ab hoſtibus:ſed à diligentibus ſcilicet à patre & matre:qui
eum coram Iudice accuſarunt:ac ita in crucem actus ſit.

II. PARS.

Phramea ſuſcitare ſuper paſtorem meum: & ſuper virum cohærentem mihi:dicit Dominus exercituum. Percute paſtorem, & diſpergẽtur oues. De Chriſto paſtore,& de Apoſtolis ouibus ſuis, hęc 5
verba dicit,ipſe Dominus paſtor aſſeruit,qua cauſa non li- *Mac. 26.*
cet aliam gloſam confingere. Senſus ergo eſt.Si Chriſtus
eſt fons,& patere debet,ſurge phramea,percute eum,vt pa-
teat.Iam ſi parentes cõfigent filium ſuum pro peccatis ſuis,
æquum eſt,vt habeant me,Deum exẽplum,qui cruci trado
filium meum pro peccatis nõ ſuis.Suſcitare ergo phramea,
& confige amicum:& filium meum,demũ ſi tot & tantæ v-
tilitates ex percuſſione huius paſtoris conſequentur, quot
tunc dictę ſunt. Surge phramea, pecute paſtorem, phra- *Luc. 12.*
mea eſt poteſtas tenebrarum,cui Chriſtus permiſſus eſt, vt
olim Iob fuit Satanę permiſſus.Si enim ſatanas expetiuit a- *Iob. 1.*
poſtolos,vt cribraret velut triticum,planè expetiuit Chri-
ſtum, vt eum torqueret, velut iniquum. ¶Paſtor eſt Chri- *Luc. 22.*
ſtus, de quo ſupra longa narratio contexta eſt. Ipſe e-
nim dixit.Ego ſum paſtor bonus. ¶Ipſe eſt vir cohærens *Zac. 11.*
Deo pro cohærenti Hebręus habet עמית hamit. quod *Ioan. 10.*
amicum vel ſocium ſonat.vt intelligas phrameam iuſſam
ſuſcitari contra Chriſtum,non vt contra inimicum:ſed ami
cum,non contra diſtantem:ſed contra eum, qui ab æterno
Deo iũctus erat ¶ Igitur ô poteſtas tenebrarum,ſurge.per-
cute Chriſtum:& Diſpergentur eius diſcipuli. quæ fuit dæ-
monis grandis victoria,fuit Chriſti ducis ac paſtoris gran-
dis triſtitia,fuit Apoſtolorũ triſtiſſima ruina. Verè fuit Chri-
ſtus à phramea percuſſus in ſuorum Apoſtolorum tam mi-
ſerabili caſu.

Et conuertam manum meam ad paruulos. Id eſt, non diu fruetur ea victoria ſatan. conuertam manum meam ad Apoſtolos, puſillum illum gregẽ: & de faucibus leonis. velut alter Dauid, eos eripiam.

3. Re. 17.

Et erunt in omni terra dicit Dominus. Partes duæ in ea diſpergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Id eſt, erepti à diabolo Apoſtoli, erunt in omni terra: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. Dicente Dño, Ite in mundum vniuerſum, prædicare Euangelium omni creaturæ. Nunquid omnes euangelica tuba vocati ad Chriſtum venient? Minimè: ſola tertia pars, non ex infidelibus ſolũ: ſed ex Chriſtianis etiam, relinquetur Domino. Reliqui in infernum deficient. Multi enim ſunt vocati: ſed pauci electi.

Rom. 10. Matt. vlt. Matt. 20. 22.

Et ducam tertiam partem per ignem: & vram eos, ſicut vritur argentum: & probabo eos ſicut probatur aurum. Hanc etiam partem tertiam grãdibus preſſuris & tribulationibus probabo. Nec enim tãta gloria digni erunt, niſi quos multa afflictio probabit. Hæc enim tertia pars hominum ſuplebit tertiã partem Angelorum, quos cauda ſerpentis, cœlo deturbauit. Si vis noſſe quomodo ſint probati olim Chriſtiani, lege hiſtoriã Eccleſiaſticam. Imo lege te ipſum. Si enim non te examinarunt afflictiones, adulterinus, non legitimus filius es. vt Paulus dixit.

2. Ti. 3. Apoc. 12 Heb. 12.

Ipſe vocabit nomen meum: & ego exaudiam. Et dicam populus meus es: & ipſe dicet Dominus Deus meus. Id eſt, in ſua tribulatione pars illa tertia inuocabit me: & ego exaudiã eũ, Cum ipſo ſum in tribulatione. eripiã eum, & glorificabo eum, & vt ego nullum alium populum, vt meum agnoſcam, niſi illum: ita ille neminem niſi me vt Deum agnoſcet. Siquidẽ in Spiritu Sancto vocabit me Abba Pater: & item, Pater noſter, qui es in cœlis.

Pſal. 90. Rom. 8. Matt. 6.

CAPVT XIIII.

Protheoria

SI cupis lector hoc caput intelligere, ſume tibi velut clauem & fundamentũ verba eius, quæ ita habent. Reuertetur omnis terra vſque ad deſertum: de colle Remmon, ad Auſtrum Ieruſalem: & exaltabitur, & habitabitur in loco ſuo: à porta Beniamin vſque ad locum portæ prioris: & vſque ad portam Angulorum: & à turre Hananeel, vſque ad torcularia Regis. Quibus verbis apertè deſcribitur habitanda Ieroſolyma in loco ſuo, ſcilicet poſteaquàm ciuibus ſuis vacuata fuit. At hæc prophetia non poteſt intelligi poſt

Sup. c. 12.

ligi poſt Chriſti natalem. Siquidem Daniel prędixit, poſt Chriſtum ducem vaſtandam Ieroſolymam: & vſque in finem perſeueratutam eius deſolationem. Igitur omnino neceſſario debet prophetia non poteſt intelligi ante Chriſti natalem. Quod ſi omnes hiſtorias Iudæas poſt eorum è Babylone remigrationem percurras, duntaxat inuenies Ieroſolymam ſuis ciuibus vacuatam ſub Antiocho Epiphane: & ſuis ciuibus plenam ſub Machabæis. Igitur neceſſariò omnino caput hoc de calamitate Antiochi, & de fœlicitate Machabæorum prænunciabit Ergo priore parte breuiſſi. proponitur calamitas Anthiochi, & ſubſecuta Machabęorum proſperitas. Poſteriore vtrunque fuſiſſi. prædicitur. *Dan. 9.* *1. Mac. 1.* *1. Mac. 4*

ECCE dies Domini venit, dicit Dominus (1.) & diuidentur ſpolia tua in medio tui. (2.) Et congregabo omnes gentes ad Ieruſalem in prælium (3.) Et capietur ciuitas. Et vaſtabitur domus. Et mulieres violabuntur. (4.) Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem: & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Vt dixi, proponitur in ſumma vaſtatio Ieroſolymæ ab Antiocho abſtulit è templo mille octingenta auri talēta, vt habetur. 2. Macha. Abſtulit etiam vaſa ſancta, quę à multis regibus erant templo donata, vt eodem loco habetur. Certum vero eſt hęc & alia ciuitatis ſpolia publice in medio vrbis fuiſſe diuiſa, vt partem Antiochus, partem duces, partem ſuam milites haberent. ¶2. Et con. o. g. ad Ieroſ. Nam habetur. 1. Mac. quod Antiochus congregauit exercitū vniuerſi regni ſui, caſtra fortia valde. Videlicet, quia Deus inſtigabat & cōgregabat illā infinitā gentiū multitudinem contra Ieroſolymam. Rurſum (quod magis noſtro propoſito conuenit) dicitur in eodem libro, veniſſe Antiochum contra Ægyptum in multitudine graui: in qua venit contra Ieroſolymam, ſtatim ac vaſtauit Ægyptum. En vides, quod congregauit Dominus tot gentes cōtra Ieroſolymam. ¶3. Tunc capta Ieroſolyma eſt: vaſtatę eius domus: violatę mulieres, vt ſolet fieri, cum vrbes ab hoſtibus capiuntur. Lege primo Machabæorum, vbi leges Antiochū accepiſſe aurum & argumentum, theſauros etiam occultos, & quod ſublatis omnibus abierit: ¶4. Et egredierut media pars, captiua, altera media iacebit in vrbe. Ita expreſſè habetur 2. Mach. Erant, inquit, toto triduo octoginta millia interfecti en pars media, quę manſit in vrbe proſtrata. Sequitur quadraginta millia *2. Mac. 5.* *Eodem.* *1. Mac. 3.* *Ita ſupra c. 12.* *2. Mac. 1* *1. Mac. 1.* *Ma. c5.*

vincti:non minus autem venundati.en octoginta milia ca-
Eodem. ptiuorum.id eſt altera pars media egreſſa in captiuitatem.

Et egredietur Dominus,(1.) & prœliabitur cōtra gentes illas,ſicut prœliatus eſt (2.) in die certaminis. Dixit calamitatem quę ab
2.Mac. Antiocho venit,dicit nūc fœlicitatē quæ per Mac.à Dño cō
10.& 11 tinget.¶1.p.Do.ita habet.2.Mac.viſos ſanctos de cælo,qui
1.Mac.4 in auxiliū venerunt Machabęis.ſ.quia egred.Dn̄:ad pr. Et cum legis tria millia Iudæorum cōtriuiſſe innumeras,eaſ-que fortiſſimas Antiochi gētes,fateberis Deū pugnaſſe pro Iudæis. ¶2. In die certaminis, Cum in mare ingreſſus
Ex.13.14 eſt Pharao,venit Dominus,& quaſi vir pugnator,equos & ſcenſores proiecit in mare, vt ergo pugnauit contra Pharaonem:ita:& pugnauit contra Antiochū. Hactenus breui deſcripta eſt Iudęorum calamitas,& auxilium.

II. PARS.

Et ſtabunt pedes eius in die illa,ſuper montem Oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem.Et ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui,ad Orientem,& ad occidentem prærupto grandi valde.Et ſeparabitur medium montis ad Aquilonem,& medium eius ad Meridiem. Montem Oliueti eſſe ad Orientem Ieroſolymę cer-
Ziegler. tum eſt ex Ieroſolymæ,topographia. Super hoc monte prænuntiat propheta deſcenſurum Dominum.ad cuius deſcenſum, mons tremet,& ex terremotu,findetur primum in duas partes & poſtea,quęuis, harum partium in alias duas, vt maneat mons in modum crucis, diuiſus in quatuor partes ſpectantes Orientem,Occidentem, aquilonem & auſtrum.¶Ignoramus quando hęc prophetia fuierit impleta. Credo tamen probabiliſſimè,eam impletam ante Machabæorum victorias, quando multa ſigna viſa in cælo ſunt.
2.Mach.5 ſcilicet equites per aera diſcurrentes,cohortes armatæ,curſus equorum,& cætera, quæ in.2. Machab. ſcribuntur.Hę enim cohortes erant Angelorum:cum quibus veniebat Domin⁹ in ſpecie viſibili.Veniens igitur ſuper montē Oliueti, tremuit mons(nam cū egreditur Deus,terra mota eſt)ex tremore verò diſciſus eſt in quatuor partes: ſignificas diſciſionem,& diſperſionem Iudæorum ex patria ſua in quatuor mundi plagas.
Pſal.67 *Et fugietis ad vallem montium meorum, quoniam coniungetur vallis montium vſque ad proximum.Et fugietis,ſicut fugiſtis a facie terremotus in diebus Oziæ, regis Iuda.*Ex Ioſepho,& D.Hieronimo

nimo ſcimus,inter montem Sion: & montem Moria, vbi templum extructum erat,vallem fuiſſe mediam,vbi ciuitas erat,quæ vocabatur Ciuitas ſuperior. Hanc vallem vocat hic Deus,vallem montium meorum:quia erat vallis mõtis Sion,& montis tẽpli. quos montes tantopere Deus excolebat.¶ Iam verò terremotum fuiſſe grauiſſimum in diebus Oziæ,diximus ſuper Amos.& habetur in lib. 2.Paralipom.Prædicit nunc Zacharias, quod ſicut in diebus Oziæ.Iudæi ex horribili terremotu, confugerunt ad vallem mediam inter illos duos ſacros montes:ita temporibus Antiochi fugient ad eandem vallem, ex terremotu, quem in monte olíueti videbant. Nam cum terremotus ſit, conſilium eſt ad valles fugere.maximè ad illam,quæ ex vicinia montium ſacrorum, ſacra putabatur. ¶ Dices,cur non cõfugiebant Iudæi ad vallẽ Ioſaphat quę erat multo profundior,quam vallis illa,quę alta in illis montibus erat.Reſpõdet proph.quia iungebatur vallis montium, vſque.ad oppidum quod vocabatur Azal.id eſt proximum. ergo Iudæi fugentes terremotũ non confugerunt ad vallem Ioſaphat, quæ iacet ad imum montis Olíueti, quia ex tremore eius montis,vallis ipſa videbat loco moueri, & oppido Azalis coniungi.Ideo trementes Iudæi ad trementium montiũ vallem non cõfugebant.Habemus ex his,ante bellum Antiochi tremuiſſe montem Oliuarum:& Iudæos timidos in vallem montis Sion & Moriæ confugiſſe. *Ioſephus D.Hier* *Amos.1* *2.Paralip.36*

Et veniet Dominus Deus meus,omnes que ſancti cũ eo.(2.)Et erit in die illa,nõ erit lux:ſed frigus & gelu:(3)Et erit dies vna (quæ nota eſt Domino)nõ dies,neq; nox (4.)& in tẽpore veſperi erit lux, id eſt antequam bellum ab Antiocho Iudæis inferatur. Apparebit Dominus viſibiliter,& Sancti ſui Angeli cũ eo,in modum equitũ:cohortium,ordinumque inuicem pugnantiũ, & miſeram Iudęorum cedem portendentium Ita expreſſe habes.2.Machab. ¶2. At in die illa, qua Antiochus veniet, & ciuitatem capiet & ſancta vniuerſa violabit,non erit lux: ſed tenebræ, ſed frigus,ſed gelu. adeo erunt omnia triſtia. ¶3.Ah dies illa,cuius tanta fuit tribulatio, vt ſoli Dño nota fuerit,non fuit dies,imò neque nox enim ſciebant miſeri Iudæi,dies ne eſſet,an nox:adeò turbabantur. torquebãtur, dilaniabantur.¶ 4.Sed bona ſpes.veſperi erit lux.aliis dieb. veſpera ſolet nocte finiri.at tribulatio Antiochi,veſpere lucẽ habebit:id eſt,calamitati illi lux & fœlicitas ſuccedet.Si quęris quomodo:audi ſequentia. *2.Mac.5* *Vide Oſee 6*

Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouißimum. In æſtate, & in hyeme erunt. Id eſt tempore illo, quo infœliciſſima calamitas Iudæos præmebat, exhibunt è Ieroſolyma aquæ viuæ, id eſt exhibunt Machabæi ciues Ieroſolymitani, qui grentem Iudeæ faciem ita rigabunt, vt Iudæi ferè extincti,

Vide tab. Paleſtin. reuiuiſcant. Pars Machabęorū ibit ad mare orientale, id eſt, verſus mare mortuum, quod vergit ad orientem Ieroſolymæ, altera pars Machabęorum ibit, & pugnabit verſus mare nouiſſimum, ſeu mare Occidentale, ſcilicet, quod eſt ad occidentem Ieroſolymæ. ¶ Hæc dicit, quia Iudas Machabæus pugnauit contra Galaad, & Ammonitas, qui ſunt ad orien-

1.Mac. 5. tem Ieroſolymæ. Ionathas verò Machabæus pugnauit contra Ioppem, & Philiſtæos, qui ſunt ad Occidentem Ie-

1.Mac.10. ruſalem. ¶ Quod verò dicit aquas viuas: non ceſſaſſe hyeme, & æſtate: diligentiam Machabæorum oſtendit, qui temporibus etiam importuniſſimis, ſcilicet, cum æſtus adurit, & cum hyems pluuiis omnia turbat, ipſi non ceſſabant: ſed pro diuina religione pugnabant.

Et erit Dominus, Rex ſuper omnem terram In illa die erit Dominus vnus: & erit nomen eius vnum. Id eſt, opera & diligentia Machabæorum factum eſt, vt religio diuina Antiochi artibus extincta, reuireſceret: & Dominus qui in templo, & Iudæa

1.Mac.4. non regnabat (id eſt, non colebatur) iam in omni terra Iudæorum regnaret, & coleretur: vnuſque Deus agnoſceretur, omnium idolorum nominibus exploſis. Quę prophetia impleta eſt, cum Machabæi templum Dei reſtituerunt: & dedicationem eius celebrauerunt, & finitimi populi miracula Dei, quæ per Machabæos faciebat, agnouerunt.

Et reuertetur omnis terra vſque ad deſertum: de colle Remmon, ad Auſtrum Ieruſalem. Litera Hebræa erit expiicatio noſtræ: illa ſic habet. Conuertetur vniuerſa terra, quaſi deſerta: ex Gabaa

Oſee.5. ad Remmon, è regione Ieroſolymæ. ¶ Quæ fuerit Gabaa,

1.Re. 10. dixi ſuper Oſeam. Erat enim ciuitas pręſidij in tribu Beniamin: vbi natus fuit Saul: & vbi habitauit. Hanc litera Latina

Ioſue.15. 19. vocauit Collem. ¶ Remmon, licet ſit ciuitas in tribu Iudæ: & item in tribu Simeonis, vt habetur Ioſuæ: Hic tamen mentio eſt de Remmon Simeonis. Hæc enim declinabat ad Auſtrum Ieroſolymæ, & forſam eadem eſt Remmon Iudæ, & Simeonis. Dicit nunc litera Hebræa, quod vincentibus Machabæis, & pellentibus Gentiles ex terra Iudææ, omnis

Vide tab. terra Iudææ conuertebatur, & reuertebantur eius habitatores

tes in terram ſuam,quæ ea tenus erat deſerta:reuertebantur
inquam ex Gabaa Beniamin , quæ erat limes Aquilonaris *Pâleſtin.*
regni Iudæ:in ciuitatem Remmon,quæ alter limes eius re-
gni, ex parte Auſtrali. Implebant igitur Iudæi reuertentes
totum regnum Iudæ. ¶ Idem eſt ſenſus noſtræ verſionis.
Reuertebantur, ait , omnes habitatores Iudææ, & habita-
bant in ea vſque ad loca deſerta,ſcilicet,ex Colle,videlicet *Iudi.20*
Gabaa vſque ad Remmon , quæ eſt Auſtralis Ieroſolymæ.
Eſt enim petra Remmon valde diuerſa.de qua Iudicum.
20¶Ergo lector in noſtra verſione Remmon non eſt geni- *1.Mac.8*
tiui caſus,ſed accuſatiui:hoc ſenſu,reuertetur terra, id eſt,
habitatores terræ ex Gabaa,ſeu ex Colle, vſque Remmon.
Dubium verò non eſt , quin ſub Machab. Iudæi per Antio-
chum fugerant in loca abdita , ad ſua loca fuerint reuerſi.

*Et (1) exaltabitur,& habitabitur in (2.)loco ſuo:à(3)porta Ben-
iamin, vſque ad locum (4) portæ prioris. & vſque ad (5) portam
angulorum : & à (6) turre H naneel, vſque ad (7) torcularia
Regis.* Id eſt, non ſolum regnum Iuda reſtituetur , ſed &
Ieroſolyma ſuis ciuitatibus replebitur. Exultabitur enim
& habitabitur,vt olim ſolebat.

¶Nota primum.Exaltabitur Ieruſalem , quia Machabæi *1.Macha.*
ædificarunt montem Sion,ſcilicet per circuitum muros al- *4.8.*
tos.& turres firmas. En quomodo exaltata eſt ciuitas illa.

¶2.Nota,habitabitur in loco ſuo:non ædificabitur in ali- *Sup.c. 12*
quo vicino loco , vt Hadr. eam ædificauit , ſed in ſuo anti-
quo loco. ¶ 3. Habitabitur ait à porta Beniamin. Hæc
porta erat inter Septentrionem & Orientem, contra mon- *2.Eſd.3*
tem Chamos. ¶ 4. De porta priore , ſeu vetere , habetur
apud Nehemiam. ¶ 5. Portam angulorum eam eſſe cre- *Vide So-*
do , quæ porta anguli, porta Dauid , porta piſcium , porta *phon.1*
negotiatorum vocabatur, quę erat ad Occidentem Ieroſo-
lymę dicta porta anguli , quia ibi in angulo ciuitas deſine-
bat. ¶6. Turris Hananeel , vt credo vergebat ad Auſtrum: *2.Eſd.3*
ad quem vergebat porta gregis : de qua turre habes apud
Nehemiam. ¶7. Quia verò portam Orientalem & Occi-
dentalem & turrim Auſtralem dixit. Arbitror torcularia *2.Eſd.3*
Regis fuiſſe ad Aquilonem:qua ad omnes plagas vrbis deſ *Ioſe. lib.6.*
criptione,totam vrbem, omni ex parte habitandam,& im- *de bell.*
plendam ſuis ciuibus prænuntiaret.De his portis Ieroſoly- *ca.6*
mæ,vide nonnihil apud Ioſephum:plura apud Salignia- *Salignia*
cum:non pauciora apud Calixtum. *cus.*

Et habitabũt in ea:& anathema nõ erit amplius:ſed ſedebit Ieru- *Calixtus.*

 ſalem

ſalem ſecura. Id eſt, per multa tempora habitabitur Ieroſolyma. neque ponetur in ea anathema: quale poſuit Antiochus ſuper altare Dei. ſuper quo infœlix ille abominandum idolum collocauit. Nunquam ſimile ponetur in altari Dei, ait Zacharias: ſed ſedebit Ieroſolyma ſecura, ſcilicet vſque ad M. Ponpeium qui Ieroſolymam cœpit: ſed non vaſtauit.
Ioſephus. Lege Ioſephum. Hactenus de reſtitutione cultus Diuini per Machabæos, de reſtitutione Iudæ, & etiam Ieroſolymę.

Et hæc erit plaga. qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt contra Ieruſalem. Tabeſcet caro vniuſcuiuſque ſtantis ſuper pedes ſuos. & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. In illa die erit tumultus Domini magnus in eis. Id eſt. Dominus percutiet hoſtes Ieroſolymæ huiuſmodi plaga: vt cum ad pugnam venerint, contabeſcant carne, oculis, lingua, Id eſt, vt repente qui ſani erant, velut mortui fiant. Quod factum lege 1. Machabæo-
1. Mach. rum vbi dicitur, quod hoſtes Iudæ, Machabæi non poterant eius aſpectum ſuſtinere. Dominus enim precibus ſuorum exoratus, iniiciebat timore Gentilibus, vt rabidi & ſtupidi redderent, alibi etiam dicitur Gentiles timuerunt aſpicientes Iudam, & exercitum eius paratum ad prælium; Sed aper-
1. Mac. 4 tiſſime hoc habetur, 2. Machabæorum, vbi dicitur, pugnan-
2. Mac. 6. te Iuda contra Timotheum, & Aſianum exercitum, apparue-
10. f runt, 5. viri aureo apparatu fulgentes: vnde hoſtes cæcitate confuſi. & repleti perturbatione, cadebant. Idem habes 2. Mach. cap. 11. d. *In die illa erit tumultus Domini magnus in eis.*

Factum hoc credo cum Machabæus agreſſus eſt noctu caſtra Anthiochi Eupatoris, filij Anthiochi Epiphanis: vbi
2. Mac. 13 interfecit hoſtium quatuordecim millia: replens ſummo metu & perturbatione caſtra inimicorum, vt eodem libro habetur. Notum verò eſt, vel mediocriter eruditis, tumultũ Domini dici tumultum magnum, vt ſopor Domini, & montes Dei ſunt montes magni & ſopor magnus.

Et apprehendet vir manum proximi ſui: & conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui, Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem. Id eſt, plurimæ gentes fœderabuntur dextris ſibi datis, vt pugnent contra Ieruſalem. imò & Iudæi ex tribu Iuda, fœdus inibunt cum gentibus, vt ſimul cum eis deleant Ieroſolymitanos. Lege librum primum Mac. videbis fœderatos
1. Mac. 5 gentes contra Ionatham: & Iudæos conſilium dantes Bac-
Ioſeph. 14 chidi, vt vna nocte Ionatham, & ſuos interficiat. Hæc etiam
anti. c. 1 Ioſephus li. 14.

Et congregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu, aurum, & argentum, & veſtes multæ ſatis. Id eſt, victor Machabæus multa ſpolia reperiet. Lege ſpolia, quæ à caſtris Nicanoris. Iudas accepit. 2.*Mac.* 8.*f*

Et ſic erit ruina equi, muli, & cameli, & aſini & omnium iumẽtorum quæ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc. Id eſt, ſicut hoſtes Iudæorum, à Domini præſentia percuſſi ſunt cæcitate, & ſtupore: ita percuſſa ſunt eorum iumenta. Habetur enim 2. Machab. quod cum cohors Iudæ prima appaiuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt, ex præſentia Dei at certum eſt, quod ſicut hominibus eſt incuſſus ex Dei præſentia pauor: ita & equis & mulis. Hactenus Machabeorum victoriȩ. 2.*Mac.* 12.*d*

Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus, quæ venerunt contra Ieruſalem aſcendent ab anno in annum, vt adorent regẽ Dnm exercituum & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum, & erit qui non aſcenderit de familiis terræ ad Ieruſalem, vt adoret Regem Dominũ exercituum non erit ſuper eos imber. Quatuor mirãda conſecutoria prænũtiat ex victoriis Machabæorum. Primũ, quod finitimæ gentes. quæ gladium Machabæi effugerint, videntes mirabilia, quæ Deus tunc cum Iudȩis faciebat ipſum agnoſcẽt & colent, quotannis venientes Ieroſolymam, & feſtiuitatẽ tabernaculorum celebrantes. Quȩ verò gentes vicinȩ id neglexerint, mulctabuntur à Deo. nam priuabit eos pluuia. Hæc eſt interpretatio D Theodoreti. *D. Theo.*

Quod & ſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit nec ſuper eos erit: ſed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ nõ aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum. Tradit Ioſephus Oniam Pontificem ædificaſſe templum Ieroſolymitano ſimile in Bubaſti Ægypti. quo confluxere multi Sacerdotes, multique Leuitȩ, atque adeò etiam multi Iudȩi quib. dicit Zacharias, quod & ſi templum habeant in Ægypto, niſi ad Ieroſolymam venerint, celebraturi feſtum ſcænophegiȩ, eadem ruina, & pluuiȩ, & defectu puniuntur, quo gentes prędictȩ. *Ioel. li.* 13 *anti. c.* 6

Hæc erit peccatum Ægypti: & hoc peccatum omnium gentium, quæ non aſcẽderint ad celebrandũ feſtiuitatem tabernaculorum Conuenit inter expoſitores huius loci, ſumi peccatum pro pœna peccati, vt ſenſus defectus pluuiæ erit pœna, qua Ægiptij, Iudæi, & vicinæ Iudæis gentes punientur, ſi non celebrarint feſtum prædictum. Porrò ſolemne Hebrȩis eſt peccatum pro pœna peccati vſurpare. Iuxta illud. Eum qui peccatum non nouit pro nobis peccatum fecit, ¶ Forſan propterea *1. Cor.* 5

venit fames magna in Iudæorum finibus, quia feſtum hoc
1.Mach.9 non celebratur: de qua habetur lib. 1. Machab. & apud Io-
Ioſe.li. 13. ſephum lib. 13.

In die illa erit, quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum Domino. Id eſt tempore Machabæorum, ſecundum mirabile con-
ant.c.1. tinget, ſcilicet, equites victores conſecrabunt Deo in tem-
plo ſuo, phaleras & apparamenta, quæ ab equis hoſtium de-
traxerint. Solent enim equites pulchras & ſumptuoſas pha-
leras equis adhibere, & ſolent victores huiuſmodi phaleras
1.Reg.13. à victis ereptas, templis conſecrare. Vt Dauid gladium Go-
liath, tabernaculo ſacrauit.

Et erunt lebetes in domo Domini, quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda ſanctificatus Domino exercituum. Et venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis. Lebetes erant caldariæ in quibus carnes, quæ Deo offerebantur, coquebantur. Phialæ erant pelues in quibus excipiebatur ſanguis victimarum. Prædicit Propheta nunc tertium mirandum, ſcilicet tam frequentes aduenturos immolantes, in Ieroſolymam, vt tot ſint caldariæ ad coquendum carnes, quot phialæ ad excipiendum ſanguinem. Imò verò tanta erit immolantium multitudo, vt ex omni Ieruſalem & Iuda adducantur lebetes, vt carnes excoqui poſſint. Poſtea verò lebetes illi in vſum templi remanebunt: videlicet Domino & templo ſacrati.

Et non erit mercator vltra in domo Domini exercituum in die illo. Id eſt tempore feſtiuitatis prædictæ tanta erit charitas & amor omnium ad feſtum concurrentium, vt ſine pretio alij aliis lebetes, phialas & carnes exhibeant. Tanta etiam erit venientium deuotio & diligentia, vt afferat neceſſaria quiſque ſibi, ac ita his mercatoribus, qui in feſtis vendere ſolent, nullum opus erit, non aderunt igitur.

IN MAL-

CAPVT. I.

SVmma huius capituli eſt, arguit Dominus contra Iudæos, ſpeciatim contra Sacerdotes in hunc modum. Beneficia, quę in vos contuli oſtendunt me eſſe patrẽ veſtrum, & dominum veſtrum, atque propterea requirunt veſtrum erga me, amorem & timorem, vos verò nec amatis, neque timetis: imò iniuria me afficitis: & menſam meam, & altare contemnentes, & indigna ſacrificia immolantes. *Prætherita*

ONus verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ. Hic eſt titulus huius prophetiæ. Diximus verò ſæpè, quid ſit onus. Eſt enim grauis oratio, criminatoria & accuſatoria. Conuenit verò titul. operi, vt pote in quo Sacerdotes grauiter accuſantur: accuſatur & populus. Porrò propheta non dixit, onus contra Iſrael: ſed ad Iſrael: ne ſibi illico odium audientium conciliaret. D. Hieronymus aſſeuerat, poſt reditum è Babylonia, etiam iudam vocatum Iſrael, vocabantur ergo tunc vniuerſi Iudæi nominè Iſráelis. Licet reuera diuerſiſſimi eſſent Iudæi, qui venerant è Babylone (qui erant à tribu Iuda, & Beniamin) & Iſraelitæ, quos non abduxit captiuos Sennacherib: ſed extra Samariam in aliis ciuitatibus Iſraelis manſerunt. qui propriè vocabantur Iſraelitæ. ¶ In manu Malachiæ, id eſt per Malachiam, quem Dominus vt inſtrumentum & organum accepit, per quem ſua verba populo prædicaret. ¶ Malachiæ, quidam voluerunt Malachiam Angelum fuiſſe Dei. Sed eſt riſu digna ſententia etiam ſi dicatur. Origenem habuiſſe fautorem. Dicit enim Petrus. Non voluntate humana allata eſt prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt Sancti Dei homines, non angeli. Alij voluerunt, Malachiam fuiſſe Eſdram, quo videtur inclinare Hieronym. Sed eſt incredibile. Eſdras enim nunquam vocatur propheta: ſed ſolum doctus Scriba. Alij volunt Malachiam fuiſſe coetaneum Haggæo & Zachariæ, vt Vatablus. Sed quomodo tacuiſſet Eſdras Malachiam, qui recenſebat Haggæum & Zachariam adſtantes templi ædificationi? Credẽdum igitur eſt Malachiam fuiſſe poſt Haggæum & Zachariam, ac ideò vltimum locum poſt eos meritò habuiſſe. Epiphanio libellus adſcriptus dicit, Malachiam fuiſſe ex tribu Zabulon, natum in vrbe Sopha, cui

Naum. 1
Zac. 9. 12
D. Hier.
1. Eſd. 2.
2. Para. 30
2. Pet. 1
Origene.
Hieron.
1. Eſd. 6
Vatab.
1. Eſd. 5.
Epiph.

cui ob egregiam ſanctitatem, & manſuetudinem populus angeli nomen impoſuit. Nam Malachi. angelum meum ſignificat: aſſeriturque eum forma fuiſſe præſtanti, ac ideò etiam nomen angeli inueniſſe: quod Magiſtrum hiſtoriarum dixiſſe Dyoniſius Carthuſius affirmat.

Petrus comeſt. *Dionyſ.*

Dilexi vos, dicit Dominus. Et dixiſtis, In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus? *Et dilexi Iacob, Eſau autem odio habui: & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti.* Grande & profondum pelagus ingredimur: velit Dominus ne naufragium patiamur. Quatuor hic nobis proponuntur. Dilectio populi Iſraelitici: dilectio Iacob: odium Eſau: odium populi eius. Dilectio Iacob, eſt eius electio, & prædeſtinatio in beatam æternitatem: ſimul & propoſitum dandi ei omnia media ſpiritualia & temporalia, ad eum finem aſſequendum accommoda. Ita odium Eſau eſt eius reprobatio, ſcilicet propoſitum non dandi ei beatam fœlicitatem: neque etiam media accommoda, id eſt efficacia ad eam aſſequendam. Hæc tibi lector neceſſario probabuntur, ſi legas Paulum, qui aſſeuerans Deum ſine meritis, eligere & reprobare, hunc locum, quem tractamus ad eius rei confirmationem adducit. Dicamus tertium. Dilectio populi Iſraelitici eſt eius electio, & propoſitum conferendi ei, ea, quæ Paulus hanc materiam tractans adducit, ſcilicet adoptionem filiorum: gloriam, teſtamentum, legiſlatorem, obſequium, promiſſa: patres, ex quibus eſt Chriſtus, Dilexit Dominus podulum Iſraelis, quia eum elegit in hæreditatem ſuam: quia eum fecit peculium ſuum: quia eum fecit gentem ſanctam, genus electum, regale ſacerdotium. Et vt apertius rem dicamus, Dilexit Dominus eum populum, quia ei dedit legem, Sacramenta, cultum ſuum, atque religionem: quæ ſunt dona ſpiritualia, dedit etiam templum, vrbem, regnum: in quo de manu inimicorum liberati ſeruient illi, in ſanctitate & iuſtitia. Simili Analogia dicendum eſt. Deus odiit populum Idumæum, qui ab Eſau genitus erat, quia nec legem illi dedit, nec circuncisionem: neque ſuam religionem, & cultum, imò verò reliquit eum, vt ſimilis eſſet reliquis gentibus, Dei religione carentibus. Ita planè populum Chriſtianum dilexit, & elegit ſibi Dominus: reliquis nationibus reprobatis.

Rom.9. *Eodem.* *Pſalm 27. & 77.78* *Exo.19.* *Eodem.*

Iam nunc repobati efficaciam lector intellige. Dilexi vos, ait Dominus, id eſt ſummum beneficium in vos contuli ô Iſraelitæ. Dedi vobis legem, Sacramenta, religionē, prophetas

tas,templum,regnum:vt eſſetis mihi populus peculiaris: & ego eſſem veſter Deus particularis, hoc beneficio nullum in terra maius dari poteſt. ¶Vos cœci lumen horum beneficiorum non admirantes,quæritis,in qua re vos dilexerim? Hæc planè eſt impudentia veſtra,cui etiam reſpondere libet. ¶Certè vterini fratres erant Iacob & Eſau, imò & natu maior erat Eſau.Sed ego Iacob elegi ei,me reuelaui:ex Meſopotamia adduxi, notitiam meam,religionem meam,cultum meum illi dedi. Contuli demum in eum cuncta ad æternam ſalutem neceſſaria,& quomodo dilexi eum, dilexi vos, populum eius. In cuius ſignum vos captiuos in Babylonia, in hanc terram veſtram (imò meam) vos reſtitui. At quomodo Eſau reprobaui, reprobaui populum eius, in cuius ſignum, populum Idumæum à Nabuchodonoſore vaſtatum, (vaſtauit enim Idumæos,quando captiuos abduxit Iudæos)non amplius reſtitui.Sed vt oculis cernitis, montes Idumææ ſunt deſerti,à ſolis draconibus habitati. En quomodo dilexi vos.¶Non te prætereat lector Nabuchodonoſorem magnum vaſtaſſe Iudæam:vaſtaſſe etiam Idumeam. Placuit enim Domino vniuerſum ferè orbem illi ſubiicere, vt Ieremias dicit.Prophetias igitur de Idumeæ vaſtitate Nabuchodonoſor adimpleuit.Sed reſtitutis Iudæis, Idumæa vaſtata perſeuerabat.¶Illud verbum,& dixiſtis, cogiſtis me vt credam Malachiam habuiſſe concionem coram Iudæis, in qua expoſuerat beneficia, quæ eis Deus exhibuerat, ac ideò quantum eos dilexiſſet. Illos verò reſpondiſſe, quæ in hoc capite narrantur.Poſteà verò Malachias hanc prophetiam conflauit ex concione ſua,reſponſionibus Iudæorum, & replicis prophetæ. Erat locus hic tractandi, an Deus ex meritis præuiſis aliquem eligat:& ex culpis præcognitis aliquem reprobet vt magni doctores voluerunt: an verò ſine præuiſione meritorum aut criminum, hunc diligat, illum odiat vt Paulus, Auguſtinus, & Thomas docuerunt. Sed non libet tractare,quæ tam copioſè tractantur in ſcholis.Iam redeamus ad textum.

Deut.7. 14.& 26.
Gen.25
Gene.11.
1.Eſd.2.
4.Re.vlt.
Iere.27
Rom.9
Auguſt.
Thomas.

Quod ſi dixerit Idumæa. Deſtructi ſumus: ſed reuertentes ædificabimus, quæ deſtructa ſunt. Hæc dicit Dominus exercituum. Iſti ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabuntur terminus impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus, vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt, & vos dicetis, Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael. Id eſt. Si Idumæi pulſi ſedibus ſuis, & vagantes per alienas regiones,dixerint, quod iterum ſuā Idumeam eſſent

ea vos habere monſtretis. ¶ Vt verò reliqua intelligamus attentè ſunt hæc audienda. Is deſpicit nomen Domini, qui rem pollutam Deo offert: ac item, qui rem polutam Deo offert, is Deum polluit: & item, qui menſam vel altare Dei ob menſæ paupertatem contemnit, is Deum deſpicit, & polluit. Iam lector aduerte. Sacerdotes illi deſpiciebant altare Dei, eiuſque menſam: quia auro & gemmis non erant elaborata: & maximè quia ex ipſis parum emolumenti ad illos veniebat. Cum igitur nec altare, nec menſa eſſent redditibus opima contemnebantur à Sacerdotibus: atque ideò non imponebant ſuper menſam (qui hic altare dicitur) panem delicatiſſimum, dignum Deo, ſi ipſe eſſet eſurus: ſed imponebant panes, quales ſerui comederent. Hoc verò erat offerre panem pollutum, non dominorum, ſed ſeruorum: & hoc erat nomen Dei deſpicere, ipſumque polluere, id eſt non vt Dominum: ſed velut vilem ſeruum habere. ¶ Summopere igitur aduertat, qui Deo aliquid offert, aut enim offerat quæ Deo digna videantur: aut certè amor, pietas, & deuotio efficiant, vt ſint illa Deo digna: nam vidua quæ duos obulos obtulit, ſua deuotione eos ita ditauit, vt Deus velut ſe dignos, & ſuſciperet & laudaret. Contra verò, qui Deo rem offert, quæ nec ex ſe: neque ex deuotione redditur digna Deo: is timeat ne polluat Deum, eiuſque nomen deſpiciat.

Mat. 23

Luc. 21

Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo. Si placuerit ei: aut ſi ſuſceperit faciem tuam? dicit Dominus exercituum. Leuitici 22. iuſſit Dominus: vt quæ animalia eſſent ei offerenda, immaculata eſſent omnino: ne, inquit, maculatum offerentes, polluatis nomen meum ſanctum. Cum ergo Sacerdotes hi claudum aut cæcum offerrent, contra legem faciebant, ac ideò malum, & peccatum admittebant. Porrò non ſolum probat Dominus id eſſe malum ex lege Moyſi: ſed ex ipſa natura. Si enim offendi meum principem, vt eum, ad reconciliationem prouocem, certè non vilia ei offeram: ſed eo principe digna: alioquin quomodo placebo ei? & quomodo ſuſcipiet ille me? ¶ Notabis magnopere, Iudæos tempore Malachiæ habuiſſe ducem. Non erat ille Rex, quia dignitas regia in Iechonia extincta eſt, vt eſt apud Ieremiam. Sed erat dux, Regis Perſarum ordinatione, vt erat Zorobabel, apud Haggæum. Licet dux ille populum non iudicaret: nam Pontifex vtramque coronam Dei iuſſione

Leu. 22

Iere. 22

Haggæi. 1

iuſſione ſuſceperat,vt eſt apud Zachariam. Durabant igitur
Zac.7 (vt videtur) hi duces (genere non gubernatione) vſque ad
Meſſiæ natalem:vt impleretur verbum:non auferetur ſcep-
Gene. 49 trum de Iuda.nec dux de fœmore eius,&c.

Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri (de manu enim veſtra factum eſt hoc) ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras dicit Dominus exercituum. Video locum hunc ab omnibus intelligi,vt Deus pro ſua benignitate, prouocet impios Sacerdotes ad pœnitentiam,per quam miſericordiã Dei impetrent. At ego expendens verbum de manu veſtra factum eſt hoc, credo ſenſum Ironicum,eſſe,in hũc modum. Cum de manu veſtra Deo offerantur vilia,cæca,languida,videlicet deprecamini vultum Dei:& miſerebitur ſcilicet veſtri,& ſuſcipiet facies veſtras,ſeu orationes veſtras. Dictum eſt. Cum
Iſai.1 extenderitis manus veſtras,non exaudiam:quia manus veſtræ plenæ ſanguine ſunt.Ita nunc,cum offeratis hæc vilia, non miſerebor:quia deſpicitis nomen meum.

Quis eſt in vobis,qui claudat oſtia,& incendat altare meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Pars prima ita habet Hebraicè.Quis etiam in vobis,& claudat oſtia, & non accendatis altare meum fruſtra:quæ verba hunc reddunt ſenſum. O vtinam aliquis clauderet oſtia templi:ne vos ſacerdotes incenderetis altare meum vanè,cum offenſione mea, ſine commodo veſtro:& tũc litera noſtra habebit hunc ſenſum. Quis eſſet in vobis qui clauderet oſtia templi: nam gratuito,& vanè incenditis altare meum.Hic ſenſus quadrat literæ Hebrææ:nam licet pulcherrimus ſenſus ſit,ꝙ Sacerdotes accuſentur,quia oſtia non clauderent,niſi pretio ſuſcepto: non tamen hoc facilè tibi perſuadeas.

Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus:& in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus,dicit Dominus exercituum. Id eſt, non ſuſcipiam vltra munus de manu veſtra:vtpote quod vile ſit. Quandoquidem in omni loco, oblatio facta,munda,& me digna mihi à gentibus offertur: quæ vt nomen meum,agnoſcunt. Et equidem Theodore-
Theodo. tus,Hieronymus,Remigius, & reliqui probatiſſimi autho-
Hieron. res hæc verba ad Meſſiæ aduentum,Apoſtolorúmque præ-
Remig. dicationem traducunt: vt reuera traduci debent. Neque enim ante Meſſiæ tempora gentes nomen Dei agnouerunt:neque verò vbique mundam oblationem obtulerunt

A

At tẽpore Chriſti,ipſe dicit.Manifeſtaui nomẽtuum hominibus,& item.Ego te clarificaui ſuper terram: & Paulus vas *Ioan.17*
electum fuit,quod portauit nomen Dei in gentes,tribus,& *Eodem.*
populos, & Apoſtoli iuſſi in mundum vniuerſum ire,profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante:& ſermo- *Act.9* *Marc.vl.*
nem confirmante ſequentibus ſignis. Qua ratione ma- *Pſal.112*
gnum oſtenſum eſt nomen Domini, à Solis ortu ad occaſum:& magnum eſſe, cognitum eſt,ab omnibus gentibus quæ non habentes oblationem maiorem, neque puriorem quæ Deo poſſet offerri,quàm Euchariſtiam, eam in omni offerunt loco.Dignam planè Deo oblationem:cuius reſpe- *Pſal.39*
ctu iam holocauſta,& hoſtiæ omnes antiquæ Deo non placent:tãtopere iſta placet.Hæc verò hoſtia ſanctúmque ſacrificium in omni loco & in omni terra Deo offertur:quia ſci- *Rom.10*
licet,in omni ferè loco & terra religio Chriſtiana reperitur.

Et vos polluiſtis illud,in eo quod dicitis. Menſa Domini contaminata eſt:& quod ſuper imponitur contemptibile eſt,cum igne,qui illud deuorat. Hebræa lectio ſic habet.Et vos polluiſtis illud,in eo quod dicitis:Menſa Domini contaminata eſt: ipſa, & fructus eius:deſpectus cibus eius. Quorum ſenſus eſt,Nomen meum magnum erit inter gentes:nunc tamen vos polluiſtis illud.Si quæritis quomodo? certè quia dicitis,Menſa Domini non eſt,vt olim glorioſa contaminata eſt à gentibus, nunc recens:vilis facta eſt ipſa, & quod nobis ex ipſa venit?atque ideò & vilis eſt cibus eius,id eſt, vilis & languida eſt hoſtia, quam eius flammis vorandam ſuperimponimus.Ergo Sacerdotes cæca & clauda altari cremanda afferentes priorem cauſam adducebant, quia altare Domini recenter fuerat à Babyloniis contaminatum: & poſterio- *4.Re.17*
rem,quia parum commodi altare Sacerdotibus afferebat: ac ideò vilia illi ſacrificia in cibum ignis imponebant. Idem eſt noſtræ verſionis ſenſus: nam ita debet intelligi. Menſa Domini contaminata eſt à gentibus:& quod ſuper impon:tus(vnde fructus & redditus nobis prouenit)eſt contentibile:vt eſt ignis qui deuorat holocauſta ſuper impoſita. ¶At ô Sacerdotes, altaris diuini dignitas non eſt metienda,aut ex aliorum contaminatione, aut ex commodo veſtro:ſed ex Diuina in ipſo præſentia.Nam ideò qui iurat *Matt.23*
in altari,iurat in eo qui præſidet altari.

Et dixiſtis. Ecce de labore & exuſſlaſtis illud,dicit Dominus exercituum Exemplo volo verba hæc illuſtrare.Dicebat Dominus in lege Moyſi,omnis oblatio & omne ſacrificium ac

quicquid pro peccato,& pro delicto redditur mihi,& cedit
Num. 12. in Sancta Sãctorum tuum erit,& filiorum tuorum,id eſt,Sacerdorũ.Ergo poſtquàm Sacerdos ſacrificabat, verbi cauſa hædum,aut agnum,ipſum ſibi ſumebat in cibũ:quia verò tempore Malachię ſacrificabantur languidi agni & etiã hædi,per contemptum, & Ironiam attollebat macrum illum & languidum dicens. Ecce quid habeo de labore ſacrificandi; & exufflans aut expuens in terram proiiciebat. Quod non leue fuiſſe Iudę orum ſcandalum,nemo non videt.Hunc igitur contemptum Dominus accuſat.

Et intuliſtis de rapinis claudum, & languidũ: & intuliſtis munus. Nunquid ſuſcipiã illud de manu veſtra dicit Dominus? Maledictus doloſus,qui habet in grege ſuo maſculũ: & votũ faciẽs immolat debile Domino. Quia Rex magnus ego: dicit Dominus exercituum: & nomen meum horribile in gentibus. Arbitror locum hunc referri ad Sacerdotes,& ſeculares vouẽtes,& gregem habentes:quos omnes admonet Dominus, ſe non recepturũ ab eis raptũ, nec vitiatũ,nec languidũ.Imò verò maledictus eſt qui quęrit debile quod offerat, habens craſſum quod ſibi reſeruat. Nã licet qui ſimpliciter vouet,non obligetur quod optimũ eſt offerre:obligatur tamen non offerre quod eſt peſſimum
Pſal. 110. ſed vt minimũ quod eſt mediũ.Habeat enim qui offert prę
Pſal. 95. oculis, ſe Deo offerre: qui Rex maximus eſt qui terribilis erat ſuper omnes duos gentium:quique horrenda, & ſtupenda facinora in gentibus deſignabat.Cuius rei teſtes e-
Exod. 14 rant Ægyptij,Chananæi,Syri,Aſſyrij:imò & Æthiopes.

CAPVT. III

Protheoria PRriore parte admonet Sacerdotes officij:minaturq́; ei niſi reſipiſcant.altera parte accuſat.4. populi peccata.

ET NVNC ad vos mandatum hoc ò Sacerdotes: Si nolueritis audire: & nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum mittam in vos egeſtatem: maledicam benedictionibus veſtris: & maledicam illis, quia non poſuiſtis ſuper cor. Id eſt, hæc eſt legatio: quam vobis Dominus mittit.Si non dederitis gloriam nomini meo, venerãtes altare meũ,& ſacrificia immaculata mihi offerentes, mittã in vos maledictionem egeſtatis:& cum vos rebus chariſſimis veſtris benedixeritis,fœlicia illis precantes,ego maledicam illis, infœlicia eis immittens.Idq́ue faciam,quia verbis his noluiſtis

noluiſtis attendere. ¶ Notabis ſolĕne fuiſſe Iudæis, vt maiores minoribus benedicerent. maximè verò Sacerdotes, qui loco Domini læta prçcãtes, ea impetraſſe credebãtur. At Dominus maledicit populo, cui impius Sacerdos benedicit, ô rẽ omnino timẽdã! Lege benedictiõ es Iſaac, Iacob, Moyſi. Gen. 27. Gen. 49. Deut. 33.

Ecce ego proiciam vobis brachiũ: & diſperdam in ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatũ veſtrarum: & aſſumet vos ſecum. Et ſcietis, quia miſi ad vos mandatũ iſtud: vt eſſet pactum meum cum Leui: dicit Dominus exercituum. Septuaginta interpræetes verterũt pro brachio, humerũ: & pro ſtercore, ventriculũs. Qua verſione ſenſum velut aperuerunt. Nã capite præcedente conqueritur Dominus, quòd Sacerdotes aſſumebant ſibi partem, quæ ex ſacrificio eis obueniebat (quæ erat brachium, armus, humerus, ſeu pectuſculũ, vt in Leuitico prçſcribitur) & quia brachium illud erat languidum, exuflabant illud, & in terram proiiciebant, dicit nunc Dominus, brachium illud, quod vos proiicitis in terram, ego reiiciam vobis in vultum veſtrum, Quin & cum in feſtiuitatibus veſtris mactaueritis victimas, & ruperitis earum ventriculum. vt ipſum reiecto inde ſtercore lauetis, quod lex veſtra præcipit, faciam, vt è ventriculo reſiliat ſtercus in vultum veſtrum: & vos certè contendetis ſtercus illud, è veſtra facie reuellere: at non poteritis, ipſum enim vobis tenaciter hçrebit, adiungens & aſſumens vos ſibi: non permittens à vobis diuelli. Hac Metaphora ſignificauit Dominus ſacerdotes illos rebelles forè perpetuò deſpectos, & ignominioſos: quod in multis ex nobis vtinam non ita conſpiceremus. Pergit Dominus. Cum videritis vos ita deſpici, atque contemni, tunc intelligetis me hoc mandatum ad vos miſiſſe, vt qui cuperem pactum quod olim pepigi cum tribu Sacerdotâli, integrum manere, & inuiolatum. 70. Interpretes. Leui 7. 8. 10. Leui. 1.

Pactum meum fuit cum eo (1.) vitæ & pacis: & (2.) dedi ei timorẽ, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. (3.) Lex veritatis fuit in ore eius. & (4.) iniquitas non eſt inuenta in labiis eius. In (5.) pace & æquitate ambulauit mecum: & (6.) multos auertit ab iniquitate. (7.) Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituũ eſt. Explicat Domin⁹ quale pactum cupiat cũ Sacerdotibus habere, ſcilicet quale habuit olim cum Aaron, qui fuit primus Pontifex, ex tribu Leui: vt habetur in Exodo. ¶ 1 Fuit pactũ vitæ & pacis. Numerorũ liber explicat Deum accepiſſe tribum Leuiticam, vt ſeruiat (inquit) mihi pro Iſrael: & oret ꝑ eis, ne ſit in populo plaga. Exod. 28. Nu. 3. 4. 8

Ergo pactũ erat, vt Leuitica tribus pie Deo deſeruiret: rogãs eum, vt vitam populo daret, & pacem, eamque Dominus daret illorum precibus adductus. hoc erat pactum vitæ &
Exo.29 pacis à Leuitis rogandæ: à Deo concedẽdę. Lege Exodum, vbi conſecratio Sacerdotis habetur, oraturi Dominum
1. Re.12. pro vita, & pace ſuæ gentis: vt bonus Samuel enixe preca-
Eccl.24 batur. ¶ 2. Dedi ei timorem. Eſt enim timor domum, Dei. Iuxta illud. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris. &
Eccl 31 obſerua illud & timuit me: quæ laus eſt Aaronis, quis timore Dei concepto, poterat tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus imò in timore proficiens, ad eam perfectionem peruenit, vt paueret, vel leuiculè Deum offenderet. ¶ 3. Lex veritatis. Habemus hinc Aaronem fuiſſe in lege Moſaica doctiſſimum. ¶ 4. Iniquitas non eſt inuen. Habemus etiam Aaronem iudicauiſſe populum, tam ſanctè & iuſtè, vt nulla fuerit in ſuo iudicio iniquitas. ¶ 5. In pace & æquita. id eſt vixit in gratia, & in gratia mea defunctus eſt: ſeruata innocentia vitæ. à tempora quo cõſecratus in Pontificẽ fuit. Nã ante peccauit, cum vitulum confiauit. ¶ 6. Et multos auertit ab iniq. Id eſt magnam adhibuit per 40. annos diligentiã, vt Iudæos Ægyptiacis erroribus & vitiis corruptiſſimos, repurgaret, & emendaret. ¶ 7. Labia Sacer. Habetis, inquit pactum quod cum Aarone habuit: & quod vobiſcum ô Sacerdotes habere deſidero. Cuius ſumma in duobus comprehenſa eſt. ſcilicet volo Sacerdotes ſcientiam legitis plenam habere: volo eos Angelos Domini eſſe. Tu lector nota. Sacerdos indoctus ſcientiam Dei, nec habet in corde: nec in labiis. Doctus verò non prędicans, cuſtodit ſcientiam in
Mat.15 corde, non in labiis: doctus verò proferẽs de theſauro ſuo, is ſcientiam habet in corde, & labiis. Nota ſecundò, requiri à ſacerdote ſcientiam, & legem. ſc. Dei. & Euãgelij: non Bartoli, Baldi: non Abbatis, aut Panormitani: ò tempora! ò mores! Nota. 3 Angelus eſt ſacerdos vide quid debeat Sa-
Ioſue.5 cerdos Deo. ſc. vitã angelicã. vide quid debeat populus Sacerdoti. ſ. quã reuerentiã habuit Ioſue angelo illi, quẽ vidit.

Vos autem receßiſtis de via: & ſcandalizaſtis plurimos, in lege, irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles: & humiles omnibus populis: ſicut non ſeruaſtis vias meas: & accepiſtis faciem in lege. Aaron pauebat, ne crimen admitteret in via Dñi: ait vos omnino ab innocẽtia receßiſtis. Aaron ad ſanctitatẽ omnes prouocabat: vos veſtro malo exẽplo multos à ſanctitate reuocatis, qua ratione

tione

tione pactum veſtrum deroganda vita & pace: & meum de ea populo concedenda ceſſauit. Propterea, vos populus deſpicit, & contemnit: vt qui videt quod legẽ non ſeruetis, & quod, cũ iudicatis, perſonã hominis in iudiciis accipitis. ¶ Habes lector cauſam, cur nos ita populus contemnat.

II. PARS.

Nunquid nõ pater vnus omniũ noſtrũ? nũquid nõ Deus *vnus creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſquiſque veſtrum frarem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum.* Sine dubio tempore Malachiæ erat inter Iudæos diſcordia, & ſchiſma: ita vt alij alios deſpicerent. Id crimen accuſat hoc loco, triplici cauſa. prima quia vniueſi prodiimus ab vno patre Adam. ſecunda; quia Deus eſt vnus creator omnium animarum noſtrarum: vnde nobilitatem contrahunt vniuerſæ. tertia, quia cum Deus pepigit pactum cum Iſraelitis non pepigit potius cum his, quã cum illis: ſed ex æquo cum omnibus: at qui deſpiciunt alios violant commune pactum. ac ſi cum eis ſolis fœdus pactum eſſet. Ergo ſi vos corpus, anima, lex facit eſſe idem, cur alij alios deſpicitis? ¶ Si hæ rationes erant olim efficaces erga Iudæos, quanto potius erga Chriſtianos: Quos vnum facit, vnus Deus, vnus baptiſmus, vna fides, vnus ſpiritus, qui ſumus vnęus corporis membra; vnius Eccleſiæ filij: vnius fœlicitatis hæredes? *Exo. 24* *Epheſ. 4* *Rom. 12* *Rom. 8*

Tranſgreſſus eſt Iuda: & abominatio facta eſt in Iſrael. & in Ieruſalem. quia contaminauit Iudas *ſanctificationem Domini, quam dilexit: & habuerunt filium Dei alieni:* D*iſperdet* Dominus *virum: qui fecerit hoc: magiſtrum & diſcipulum de tabernaculo* Iacob, *& offerentem munus* D*omino ex exercituum.* Iudæi qui è Babylonia redierant, ducebant vxores ex gentibus, quæ idola colebant. Nõ ſolum tempore Ezdrę, ſed etiam poſtea tempore Malachiæ. Neque verò deerant doctores atque magiſtri: qui id fieri poſſe dicebant: vt ſcilicet vir vxorem ad religionem Dei traduceret. Cum tamen grauiſſimè Dominus interdixerit Iudæos vxoribus gentilibus. Volebat enim eos ſanctos, & à gentibus ſeparatiſſimos, hanc ſanctificationẽ & ſeparationem violare, qui eis matrimonio iungebatur. Suo enim malo Salomon expertus eſt, quantopere fœminę poſſint viros ſuos à Dei religione ſeparare. Hoc igitur crimen accuſat Prophata dicens. Abominationem factã in Iſrael. quia Iſraelitæ habuerunt vxores filias Deorum alienorum, id eſt cultrices idolorũ. ita violantes ſuã religionẽ, quæ eos à gentibus ſeparari iubebaț. Diſperdet, inquit, De- *1. Eſdr. 18* *Deu. 7* *1. Eſd. 9* *1. Re. 11.*

Deus virum qui tale facinus audet: qui docet, & qui diſcit, etiam ſi Deo mille munera offerat. Hoc erat 2. peccatum Iudæorum.

Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lachrimis altare Domini: fletu & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium: nec accipiam placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, Quam ob cauſam? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te, & vxorem pubertatis tuæ. quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua: & vxor fœderis tui. Expenſus hic locus ipſe nos docet, tempore Malachiæ fuiſſe Iudæos, qui fideles vxores ſuas ſæuiſſimè tractarent: non dimittentes eas tamen: Illæ cum nullum haberent, quem contra viros implorarent, Deum inuocabant: ad templum veniebant: ad eius altare accedebant lachrymis, fletibus, & gemitibus cũcta replebant: quarum cauſa cum eſſet tam iuſta, Deus Iudęis iratus, dicit: ſe non ſuſcepturum eorum munera. Cur

Gen. 2 ita? quia Dominus olim in paradiſo coniuges mutuo fœderauit: & teſtis & author eſt in quouis connubio. Imò &

Epheſ. 5 teſtificatus eſt, quod vir & vxor ſint duo in carne vna. Cur ergo deſpiciet vir vxorem ſuam: quæ pars eius eſt ſcilicet

Gen. 2 caro de carne, & os de oſſibus? quam Dñs fœderauit viro: vt hæc eſſet illi adiutorium: & ille ob illam patrem & ma-

Edem. trem derelinquat? En tres cauſæ cur non debet vir vxorem deſpicere. ex Deo. quia ipſe eſt author matrimonij. ex viro,

Eodem. quia pars ſua vxor eſt. ex vxore: quia eſt adiutorium viri.

Nonne vnus fecit? & reſiduũ ſpiritus eius eſt. & quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? Hebræa litera ſic habet. Et non vnus fecit: & reſiduum ſpiritus ei: & quid ille vnus quærens ſemen Dei? Quæ verba cogunt omnino me, vt de aliquo vno ſingulari propheta loquatur. Ait enim quid ille vnus quærens & cætera. Cum autem ſit ſermo de aliquo vno ſpeciali, de nullo aptius quàm de Abraham intelligi poſſe, ipſa interpreta-

Gen. 16 tio monſtrabit. Senſus igitur eſt. Vos Iudæi deſpicitis vxo-

Gen. 17 res veſtras, non ita vnus ille Abraham fecit, non ita fecit A-

Gene. 18 braham: in quo tantum ſpiritus fuit, vt ex eo in nos omnes ſpiritus diſtribueretur. Non deſpexit ille Saram vxorẽ ſuam. licet illa ſemen Dei nõ conciperet nec pareret, quod tantopere ille quærebat. Quærebat Abraham ſemen, quod Deus illi promiſerat. Sara id non pręſtabat, at propterea nõ eam ille deſpiciebat, in quo magna pars. Diuini ſpiritus erat. ¶ Huic interpretationi aptandus eſt ſenſus noſtræ verſionis hoc modo. Nonne vnus Abraham id præſtitit, vt non deſpiceret ſuam Saram ſterilem? Et eſtquidem magna copia

ſpiritus

ſpiritus erat Abrahę vt vos faciatis,quod ille antea fecit. Nã & ille ſemen quærebat, quod Deum coleret,vt & vos ex vxoribus querere debetis,¶ Forſan torquet te verbum illud, reſiduum ſpiritus eius eſt: ſed memento verbi quod dixit Moſes.ſcilicet. Deſcendit Dñs per nubem,auferens de ſpiritu,qui erat in Moſe, & dans 70.viris.Ita crede ex ſpiritu Abrahæ datum ſuis ſucceſſoribus. non equidem, partem ſpiritus:ſed vt ſimilis in his eſſet ſpiritus,ei qui fuerat in illo,nam & Elias conuertet corda patrum in filios:quod Baptiſta antea præſtitit eis: ergo ſpiritus,qui communicatus poſteris Abrahæ manſit in eo reſiduũ ſpiritus hoc loco vocatur. Dictæ interpretationi aptiſſimè ſequẽtia quadrant. *Num.11* *Luc.1.*

Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Id eſt,Abraham, vnde vos ſpiritum hauſiſtis, non deſpiciebat vxorem ſuam:curate igitur,vt iuxta ſpiritum acceptum,veſtras non deſpiciatis,Cuſtodire ſiquidem ſpiritum eſt,facere quod ille iubet:nam qui non facit,ſpiritum contriſtat,& extinguit. *Mala.4* *Iſai.51*

Cum odio habueris,dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael. Operiet autem iniquitas veſtimentum eius dicit Dominus exercituum.Cuſtodite ſpiritum veſtrum,& nolite deſpicere. Deuterono.24.conceditur viro poteſtas reiiciendi fœdam vxorẽ, dato libello repudij. Vxor verò nõ ſolũ corpore fœda poterat eſſe:ſed & moribus & animo,quæ hoc loco vocatur iniquitas,Ait igitur Deus. Vir ne deſpicito vxorẽ. Si eſt in ea iniquitas aliqua, cui cauſa eã oderis,dimitte eã,dato ſibi libello repudij:vt cũ alio nubere poſſit. Hęc iniquitas vxoris,propter quã dimittit eam vir. operiet veſtimentũ viri,id eſt defendet eũ ab infamia,qua eũ vxor inſpergebat.¶ Notabis veſtimentũ eius, referri debet ad virũ,non ad vxorẽ.eſt enim eius,pnomen maſculinũ.¶ Fuſam de libello repudij tractationẽ ab ſcholis pete. Interim ego nõ dubito,quin Iudęus vxorẽ ex cauſa dimittẽs,dato ei libello repudij, liber eſſet à peccato. Hęc enim Dei conceſſio ipſum à peccato liberabat. Hactenus 3 Iudęorum crimen. *Epheſ.4* *1.Theſſ.13* *Deut.24* *Vbi vide Abulenſ.*

Laborare feciſtis Dominũ in ſermonibus veſtris,et dixiſtis, In quo non fecimus laborare? In eo quod dicitis. Omnis qui facit malum, bonus eſt in cõſpectu Domini,et tales ei placẽt aut certè vbi eſt Deus Iudicij? Argumentum hoc tractatũ eſt à Dauide, & à Ieremia: & à Iob.cap.21.& Abacuc.1.& aliis magnis ingeniis. Et equidem Dauid,nutat,& penè cadit,pacem peccatorum videns: videmus enim impios exaltatos,vt cedro liban- *Pſal.72* *Ierem.12* *Iob.21*

ribus & vita,nullus enim p rus homo,vſque ad Baptiſtam, ita atque ille Angelorum vitã imitatus eſt.Excipio virginẽ. Tu vide conſilium Dei.Angelicus fuit Baptiſta, vt cum diceret ſe eſſe Domini præcurſorẽ fidem apud omnes inueniretur:vt qui eſſet omni exceptione maior.¶ 4.Præparabit viam, ſua vitâ,ſuo Baptiſmo,ſua prædicatione: maximè ſua atteſtatione,quâ teſtabatur omnibus,iam Chriſtum adeſſe,quẽ etiam digito demonſtrabat.Maximè etiam : quia homines ad Deum ex vitiis conuertebat. quæ erat egregia ad Chriſtum ſuſcipiendum præparatio. ¶ 5.Ante faciem meam.Si Chriſtus ad nos ſolus veniſſet diceret Pater mitto Ioannem ante faciem tuam.Sed quia veniente Chriſto,ſpeciali quadam ratione veniebat& Pater(ad illum enim ait,veniemus) ideò Pater dicit,mitto Angelum ante faciem meam. *Matth. Marci.1 Ioan.1 Ioan. 14 Ioan*

ET(1.) *ſtatim veniet*(2.) *ad templum ſuum*(3.) *Dominator*, (4) *quem vos quæritis:*(5.) *& Angelus teſtamenti*,(6.) *quem vos vultis.* Id eſt poſtquã Baptiſta venerit,& parare Chriſto viã cœperit.En Chriſt' ſtatim venietur:dices quo loco is inuenietur? Certè veniet ille ad templũ ſuũ quia in his quæ Patris erant oportet illũ inueniri.Quâ ratione tãtopere Chriſtus templũ illud frequentabat.¶ 1.Statim veniet nulla intercedet mora: ſed præparatur per Ioannẽ via,ſtatim venit Chriſtus.¶ 2.Ad templum ſuum. Si ergo templum illud erat templum veri & æterni Dei,planè Chriſtus verus,& æternus Deus eſt.Neque fieri potuit, vt Deo verò templum dicaretur, quin & Chriſto dicaretur.Siquidem eſt eadem Filij,Patriſq; ſubſtãtia.¶ 3.Dominator. Hebræis eſt , ille Dominator.id eſt ille qui omnibus dominatur.qui de ſe dixit.In omni populo,& in omni gente primatum habui: & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui.¶ 4 Quem vos quæritis Id ſedeat cordibus omnium fidelium , per ſingula tempora pios fuiſſe,qui Chriſti aduentum quærerent,optarent rogarent:ſed maximè iuxta Chriſti natalem,hi pij Chriſti deſiderio tenebãtur.vt nos Simeõ docuit docuit:etiã Chriſt' qui propter pauperes gregis:gregem pauiſſe teſtatur,qui etiam dicit,propter miſeriam inopum,& gemitum pauperũ nunc exurgam,dicit Dominus Hoc igitur eſt quod ait,veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis. ¶ 5. Et Angelus teſtamenti. Docuit nos D. Baſylius contra Eunonium diſputans , Eum Angelum qui antiquis Patribus dicebat.Ego Dñs.aut ego Deus non ſubſtantia angelum fuiſſe ſed filium Dei , qui erat ſubſtantia Deus angelus *Eccle.24 Luc.2 Zac.11 Pſal.11 D. Baſili. lib.2.contra Eunu.*

 officio·

officio. Is igitur qui iurat. Abrahæ, futurum ſemen eius vt
Gene. 22 ſtellas, Chriſtus erat. Vnde credendũ ſine dubio eſt, & eum
Gen. 17 qui cum Abraham & Moſe fœdus, ac teſtamentum iniit,
Exo. 24 Chriſtũ fuiſſe. Igitur Chriſtus eſt, qui vocatur Angelus te-
Iſai. 8 ſtamenti. Angelis, quia legatus & nuntius Patris. Angelus
Ireneus. teſtamenti, quia pactum, fœdus, & teſtamentum iniuit olim
Hilarius. cum Abraham, Iſaac, & Moſe, & nobiſcum in fine temporũ.
Lege Irenæum, & Hilarium. ¶ 6. Quem vos vultis, id eſt. deſi-
deratis, amatis, & in quo complacetis. Quis enim meretur
Gen. 49 deſiderium rerum omnium niſi Chriſtus? Qui eſt deſideriũ
Hagg. 2 collium æternorum: vt dixit Iacob, & deſideratus cunctis
gentibus vt dixit Haggæus

Ecce (1.) venit dicit Dominus exercituum. Et (2.) quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et (3) quis ſtabit ad videndum eum. Ipſe enim quaſi (4.) ignis conflans: & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans & emundans argentum: & purgabit filios Leui, & colabit eos, quaſi aurum, & argentum & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Ieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. ¶ 1. Ecce venit, dicit Domiuns. Ergo diuerſus eſt qui venit, ab eo qui dicit, eum venire Si diceret. ecce venio, dicit Dominns, non monſtraretur diſtinctio venientis, & dicentis monſtratur verò cum dicit. Ecce venit dicit Dominus. ¶ 2. Quis poterit cogitare diem illum, quo Chriſtus ingreditur templum? quis oratione, aut ingenio conſequi poſſit, qua reuerentia in templum intrans. Patrem adoret: quibus amoris flammis, eum diligat, qua religione ſe illi offerat: qua pietate & affectu, ſe illi ſacrificium fore promittat? Quis cogitabit, quo amore Pater Filij vota ſuſcipiat. Quis cogitabit, quo ſtupore Angeli his rebus aſſi-
3. Reg. 19 ſtanti? ¶ 3. Quis ſtabit ad videndum eum. Nam licet homi-
Præfa. nem videre non eſſet difficile: attamen ab eius Diuinitate
Eccle. Elias vultum abſcondit: eamque adorant dominationes, tre
Apoc. 5 munt poteſtates: & ſeniores illi in Apocalypſi, ea conſpe-
cta cadunt. ¶ 4. Quaſi ignis. Inter multa quæ faciebant Chri
Marc. 1 ſtum mirandum & tremendum erat eius verbum, eius do-
ctrina tam noua eius ſermo, qui videbatur durus cuius cau
Ioan. 6 ſa multi abierunt retro. ſcilicet abibat caro non ferens ſpi-
ritum imò reformidabat fœnũ tã efficacis ignis ardorem. At
Eadem. tetiſſimè nota, Chriſtum hoc loco vocari ignem non nidebilem, ſed qui metalla conflabit, vocari etiam herbam ful-
lonum vocari tertò, Conflatorem, qui igne liquat metalla.
vocari quattò purgatorem, qui herba ſaponaria lineos, &

laneos

laneos pannos expurget. Cum Matthæum è telonio vo-
cauit: cum Magdalenam è meretrice conuertit: cum publi- *Mat.6*
canos & peccatores ad ſe trahit, Conflator eſt ignis qui in- *Luc.7*
greſſus dura illorum pectora, ea ſui amoris igne liquauit.
Cum autem Petrum & reliquos Diſcipulos lauat. Purga- *Ioan.1*
tor eſt, qui verbo ſuo, vt herba ſaponaria, diſcipulorum mẽ
tes expurgat. Mollia igitur piorum pectora Chriſti efficatia *2.Ti.2.*
velut ſapone purgantur. Duriſſima etiam iniquorum corda
velut dura metalla igne Chriſti liquantur: & aurea vaſa, at-
que argentea efficiuntur. ¶ Tu lector iam intelligis animas *Eodem.*
à Chriſto repurgatas, alias quidem, effectas vaſa aurea, &
argentea (qualia maximè ſunt Sacerdotes, & prædicatores *Apoc.1.*
qui quos conuertunt, Chriſto ſuauiſſimè comedendos, ve-
lut vaſa cibos exibent.) Alius verò, pannos lineos, & laneos
eſſe, quibus velut pondere Chriſtus induatur. ¶ Porrò inter
omnes quos Chriſtus colauit, purgauit, præcipuum locum
obtinent Apoſtoli, quos Dominus Sacerdotes & Leuitas *Matt.2.6*
noui teſtamenti conſtituit. Ideò de illis ſpecialis mentio ha
betur cum ait. Emundabit filios Leui & colabit eos, vt eſſent
vaſa aurea & argentea: & vt offerent Domino ſacrificium *Ioan.12*
in ſanctitate. Adde etiam munitos ex genere Leuitico, ad
Chriſtum è Iudaiſmo conuerſos: Multos enim Sacerdotes
in Chriſtum credidiſſe, nobis Euangelia teſtantur. ¶ 5. Et e-
runt Domino offerẽtes ſacrificia. pro ſacrificiis Hebræis eſt
מנחה minchab. quod erat munus Deo ablatum ex fari- *Ioan.12*
na, oleo, thure, quod Euchariſtiam ſignificare mihi ſine du- *Zac.4*
bio conſtat. Farina Chriſti corpus ſignificat, hoc enim eſt
granum frumenti, quod niſi mortuum eſſet, ipſum ſolum
manſiſſet: oleum ſignificat animam Chriſti, cui lux Diuini-
tatis adhæſit: Thus Chriſti ſpiritum deſignat perpetuo ac-
cenſum, vt ſicut virgula fumi ex aromatibus ſuperius aſcen- *Can.3*
dentem. Ergo purgantur à Chriſto ſui Sacerdotes, vt offe-
rant hæc ſancta ſacrificia, & hæc dona ac munera Deo.

¶ 6. In iuſtitia. Nam ideò Dominus lauit pedes diſcipu-
lorum, quia eos Sacerdotes inſtituebat. eo exemplo admo- *S.Caron.*
nens, vt in iuſtitia & ſanctitate illud munus offerent. Nam *Ioan. 13*
iudiciũ ſibi manducat. qui accedit indignus. ¶ 7. Hoc verò *1.Cor.11*
ſacrificiũ in terra Iuda, & in ciuitate Ieroſolymæ inſtitutũ, *Mat.26*
placebit Dño, ſicut omnia ſacrificia, quæ à ſæculo, & diebus
antiquis oblata placuerunt, vt ſacrificium Patriarchæ noſtri
Abrahæ & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos Melchiſe- *Caron.*
dech: ſacrificiũ Abel. Noë, Manue, Dauidis, Salomonis, Elie, *Miſſæ.*

Ezechiæ,

zechię. Ioſiæ,&c. Hæc enim ſi licet dicere, eo grata fuerunt quia Eucharistiam repræſentabant.

Et accedam ad vos in iudicio: & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij: & humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum: nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Poterat aliquis dicere Chriſto. Num Domine ſolum venies ad purgandos Leuitas? imò inquit etiam venio, vt in iudicio ſim teſtis contra iniquos, vt enim olim deſcendi in Sodomam, & Gomorrham, vt o-

Gen. 18. culatus teſtis eſſem ſcelerum, quæ punire volebam, ita oculatus teſtis eſſe volo criminum, quæ in orbe tunc fiebant, ſcilicet puniturus ea in Iudicio futuro. At Domine cur te teſtem profiteris, & iudicem eſſe taces? Quia non veni: vt iudicem: ſed vt ſaluem mundum. ¶ Velox teſtis erit, quia per modicum tempus durabit in mundo.

II. PARS.

Ego *Dominus & non mutor: & vos filij Iacob non eſtis cõſumpti. A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuertemur.* Si *affiget homo Deum? quia vos configiſtis me, & dixiſtis, In quo configimus te? In decimis & in primitijs. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me configitis gens tota* Accuſare vult Iudęos quod decimas non ſoluant: & ſimul occultè reſpondere ad quærimonam, ſupra in calce cap. 2. propoſitam, vtrumque facturus ita rem exorditur. Ego quidem ſum dominus, qui (vel ex nomine I E H O V A, quod, eſſe conſtans, & firmum ſignificat) mutari nullo

Exo. 3. modo poſſum grandi amore proſequor pios: grandi patientia ſuſtineo malos: magna benignitate recipio eos, qui ad me conuertuntur: magnificè faueo perſeuerantibus in obſequio meo, ab his dimoueri non poſſum, qualis ſemper fui, ſemper ſum, & ero. Patres veſtros, vt pote pios, grandi amore proſequutus ſum, vos, vt impios à multo tempore grandi patientia ſuſtineo, nec enim vos comſumpſi, qui debueratis iam olim eſſe conſumpti. Nam à multis retro ſæculis receſſiſtis à lege mea, quam non cuſtodiſtis. En patientia mea. Iam vel nunc reuertimini ad me: & ego vlnis apertiſſimis recipiam vos. En benignitas mea. Quod ſi duraueritis in cultu meo cataractas cœli aperiam, & replebo vos benedictione mea. En fauor meus. Vos interim cæci dixiſtis. In qua re conuertemur. (Ego reſpondeo, num dignum eſt, vt vilis homuncio, Deum ſuum affigat. Et quidem

vos

vos me affigitis. Quæritis,in qua re me affigatis? Certè in
decimis & primitiis:quas quia non ſoluitis, vos à me male-
dicimini(penuria ſiquidem vos perimo)& vos vniuerſi me-
affigitis.¶Verbum affigere hoc loco, differentiſſimum eſt
à verbo configere,de quo diximus Zacha.12.& 13. Nam a- *Zac.12.13*
pud Zachariam eſt verbum דקר daqar.apud Malachiã eſt
verbum קבע qabah Illud ſignificat tranfigere.hoc verò ra
pere,& violẽter accipere.Queritur ergo Dominus,quod vni
uerſi Iſraelitę affigant eum,id eſt decimas quę ſibi debentur,
rapiant,& violenter à Sacerdotib.quod ſibi debitum erat,eri-
piant.Erat.n.in lege veteri ius diuinum de ſoluẽdis decimis, *Exod.22.*
atque primitiis. Apud nos ius naturæ & diuinum eſt de cle- *Deut.12.*
ro paſcendo. humanum verò eſt.quod ex decimis paſcãtur: *Syluest.*
ſed hæc in Summiſtis copioſiſſimè.¶Et notabis antiquum *decima.*
Dei dicendi modum, quo pronuntiat contra ſe fieri , quod *Actor.9.*
contra nos fit: iuxta illud.Saule,cur me perſequeris,& illud. *Matt.25*
Quod vni ex minimis feciſtis mihi feciſtis.

*Inferte(1.)omnem decimam in(2.)horreum meum: & ſit cibus in
domus:Et(3.) probate me ſuper hoc dicit Dominus. Si non aperue-
ro vobis(4.)cataractas cœli:& effudero vobis(5.)benedictionem, vſ-
que ad(6.)abundantiam.Et increpabo pro vobis (7.) deuorantem,&
non corrumpet fructum terræ veſtræ,neque erit vinea ſterilis in agro,
dicit Dominus exercituum.Et(8)beatos vos dicent omnes gentes,eritis
enim vos(9.)terra deſiderabilis. Dicit Dominus exercituum.* ¶1.Om-
nem decimam,non ſolum exigit Dominus decimam fru-
menti:ſed omnẽ decimã,bouis,ouis,capræ: & reliquorum *Leuit. vlt.*
quæ ſub paſtoris virga tranſeunt & omnes decimę terrę,ſi-
ue de pomis arborũ,ſiue frugibus,Dñi ſunt, vt in Leuitico
pręcipitur,¶2.Horreũ meũ.Hebręè domũ theſauri,ſeu ga-
zophilacium,vbi recõdebantur neceſſaria miniſtris tẽpli,&
tẽplo.Vide apud Lucã. Ad idẽ pertinet quod ſequitur,ſit ci- *Luc.21.*
bus in domo mea:quo ſcilicet Sacerdotes alantur.¶3.Pro-
bate me,id eſt ſumite experimentũ de me Ita Haggęũ,ędi-
ficate ait,& ex die iſta benedicam.Et apud Iſaiam. Venite,
& arguite me,ſcilicet.Eſtote vos pij videbitis, quàm ſim e-
go benignus.Nec enim veſtra fœlicitas per me,ſed per vos
cadit. ¶4. Cataractas.Cum vehementiſſima pluuia cadit, *Hag. 2.*
dicuntur cœli diſrumpi , atque adeò rupturæ , & cataractæ
in eis fieri, per quas magno impetu aquæ deſcendat Id ha- *Iſai.1.*
bes in Geneſi dicente.rupti ſunt fontes abiſſi magnę:& ca- *Gen.7.*
taractæ cœli apertæ ſunt , & facta eſt pluuia ſuper terram
40.diebus,&c.¶5.Benedictionem:quia frequenter frumen-

ta ex nimia pluuia corrumpuntur.id Dominus cauit dicēs. Si nunc ex inopia pluuiæ venit vobis maledictio & egeſtas dabo vobis eam aquarum abundantiam ,vnde fœlicitas & benedictio veniat.¶6.Ad abũdantiam.Hebraicè,ad non ſufficientiam,id eſt,tantam copiam fructuum vobis dabo, vt
Deu. 12. veſtra horrea non ſufficiant ad eos recondendos,vt non ſufficiebant diuiti illi,qui noua cõſtruere parabat.¶7.Deuorãtem,ſcilicet locuſtam,erucam,bruchum,has peſtes increpabit Dominus,id eſt,præcipiet eis,ne fruges veſtras deuorent
Luc.8, vt illud.Increpauit ventũ,& tẽpeſtatem maris,& ceſſauit de locuſta,brucho,& eruca,dicta multa ſunt apud Ioelem. ¶8.
Ioel. 1.2. Beatos vos dicent,atq; fœlices. Omnes finitimæ gentes, quæ terræ abundantiam viderint pronuntiabũt vos fœlices quibus talis terra ad habitandum contigerit.¶9.Terra deſiderabilis.Liceat mihi ita hunc textum exponere.Quales vos fueritis,talẽ terrã experiemini.Si fueritis deſiderabiles,beata erit terra,ſi horribiles peccatis,terra ſqualoribus horrebit.

III. PARS.

Inualuerunt ſuper me verba veſtra,dicit Dominus, *& dixiſtis. Quid loquuti ſumus contra te?* Dixiſtis(2.) *vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod(3.)emolumentum,quia cuſtodiuimus præcepta eius? & quia ambulauimus(4.)triſtes coram Domino exercituum.(5.) Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidem.(6.)ædificati ſunt facientes impietatem:&(7.)tentauerunt Deum:& ſalui facti ſunt.* Redit quæ-
Sup.c.2. ſtio fusè expoſita,quæ expreſsè dicta eſt capite præcedente. Ait igitur Dominus.Inualuerunt ſuper me verba veſtra,plus potuerunt illa peruertere:quàm mea verba ſeruare.Ego mea veritate curo continere vos in mea religione: neque verò obtineo quod cupio. Vos veſtris falſis apparentiis curatis ſimplices à me auocare:idque obtinetis Igitur ſuper me inualuiſtis.Adeò multa falſa quibuſdam veris, ſunt probabi-
Ariſto. liora.Sed quid mirum ſi ſimplices à vobis peruertantur,
Gen.3. quando primos homines ita ſerpens abduxit?¶2.Audiamus
Pſal. 19. iam verba malorum.Vanus eſt qui ſeruit Deo.Hebræè, Va-
Pſal.11. num eſt ſeruire Deo.Verſio noſtra magnum pondus habet. Stultus eſt,& capite vanus,qui ſeruit Deo.qui propter verba labiorum eius cuſtodit vias duras,qui ab omni via mala prohibet pedes ſuos,vt meditetur eloquia Dei. ¶3 Et quod emolumentum,quod cuſtodiam eius cuſtodiamus ? Siquidem eadem annonæ charitas præmit nos, quæ vicinos, crudelius nos agrediuntur hoſtes , quam finitimos. Tandem quæ non miſeria, & calamitas nos affligit,

&

& arctat? ¶ 4. Et quæ denique vtilitas, quod frequentiſſimè ieiunantes ambulamus triſtes? quodque nunquam non à verbis Domini corripiamur, ac ideò triſtes efficiamur? demum nunquam non abſtinemus à mundi delicijs, à quibus lex abſtinere iubet: ac ideò neceſſe eſt nos triſtes incedere ¶ 5. Concludamus igitur, aiunt illi, beatos eſſe arrogantes, id eſt, qui ſcientes & volentes, legem Dei violant, quique nec ſeruiunt Deo: nec eius præcepta cuſtodiunt. (Id enim ſignificat verbum Hebræum זֵדִים zedim.) ¶ 6. Siquidem ædificati ſunt, & aucti. Sicut illæ obſtetrices, quarum domos Dominus ædificauit, & fœlices effecit: quorum promptuaria plena ſunt, eructantia ex hoc in illud, quorum ſunt oues fœtoſæ, binos quotannis enixæ: boues eorum craſſæ: non eſt eis ruina maceriæ, &c. ¶ 7 Demum beati illi ſunt (dicunt) ſi quidem tentant Deum, nec propterea pereunt. Vide quo tandem perueniat humana temeritas, ſcilicet vt tentet Deum, an offenſus tanto ſcelere, tantam audaciam vltio digna ſequatur. Ita ille tentabat, cum dicebat, quomodo potui? quis me ſubiiciet propter facta mea. & infra: Peccaui, quid mihi accidit triſte? at ô bone, Altiſſimus eſt patiens redditor. Audiuimus quæſtionem, & verba impiorum Audiuimus prophetæ reſponſum. *Exod. 1.* *Pſal. 143.* *Eccleſ.* *Eodem.*

Tunc loquuti ſunt timentes D*ominũ vnuſquiſque cũ proximo ſuo. Attendit Dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumẽti coram eo timentibus* D*ominum, & cogitantibus nomen eius.* Triplex ſenſus horum verborum occurrit. Primus eſt. Tunc blaſphemantibus impiis, non tacuere pij: ſed pro Deo, & pro ſua religione exilierunt, & quæ oportuit loquuti ſunt, quod ſcriptum eſt in libro memoriali Dei, in commodum timentium Deum, ſcilicet vt Deus illis gratiam referat tempore ſuo. Secundus eſt. Tunc pij loquuti ſunt ad proximos ſuos, quod eas blaſphemias impiorum Deus attendat, & audiat, & in ſuo libro memoriali ſcribat, vt inde pij lætentur, vnde impij caſtigabuntur. Tertius ſenſus eſt. Impiis impia dicentibus, etiam pij quæ placuit loquuti ſunt. Hæc verò & illa attendit Deus, & ſcripſit in libro ſuo, hoc tamen diſcrimine, quod piorum dicta in bonum ſum impiorum verò in malum euadent. ¶ Neminem verò tam rudem exiſtimo, qui credat, Deum velut obliuioſum libro egere memoriali. Sed dicitur eum librum habere, quia firmiꝰ in eius memoria, vniuerſa ſunt ſcripta, quã ſi libro Adamãtino inſculperẽtur: vel ſtilo ferreo exararẽtur in ſilice. *Dan. 7.* *Iob, 19.*

¶ No-

¶ Notabis, Scire quod Deus in libro ſuo ſcribat facta vni-
Pſal.6. uerſa, maximum momentum habet ad continendos ho-
Hebr.6 mines in religione. Eo enim ſcribit vt reddat tandem
obque iuxta opera ſua. Nec enim iniuſtus eſt Deus, vt
liuiſcatur laboris & operis veſtri.

pe *Et erunt mihi, ait* Dominus *exercituum, in die qua ego facio, in*
Iſai 42. e *culum. Et parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi.* Hoc
ſt reſponſum ad quæſtioné, ſcilicet in die Iudicij, quando
Pſal.72 faciet Dominus, timentes Deum, & cogitantes nomé eius
Sup.c.2 erunt peculium Dei. & parce eis, vt filius, qui ſanctè Domi-
no ſeruierunt. ¶ Summopere aduertendum illud eſt dies
Iudicij eſt, in qua Dominus facit. Nam dum viuimus, nos
1.Reg.26 loquimur, nos facimus. Deus verò, ac ſi non eſſet, tacet,
ſemper ſilet. Adeò, vt dicant homines, quomodo ſcit Deus
Mat.25 aut ſi eſt ſcientia in excelſo. Aut certè vbi eſt Deus iudicij?
1. The.4 Sed in die Iudicij, ille qui ſemper ſiluit vt parturiens loque
tur. Ille qui ſinebat nos facere, tunc non ſinet facere: ſed fa-
ciens faciet, & potens poterit. Illo igitur die, quum præ-
terit tempus faciendi, & adeſt recipiendi, illo in quam pij
Mat.24 recipientur in peculium ſeparati, vt agni ab hædis. rapti in
aëra: vt velut aquilæ congregentur ad corpus Domini no-
ſtri. Tūc parcet eis peccata, quorum pœnitentiam egerunt:
Matth.25 miſerebitur eis, & indulgentiſſimus in eos demonſtrabitur:
cum dixerit. Venite benedicti. &c. ¶ Sed quia Deus non
2.Ti.4 ſolum afficietur in pios, velut pater: ſed reddet etiam cui-
uis coronam iuſtitię, vt iuſtus iudex, ideò dicit. parcet eis
remunerans, velut filio qui egregiè ſeruiuit cui ſcilicet iux
ta ſeruitij modum, pręmij corona retribuetur.

Et conuertimini & videbitis, quid ſit inter iuſtum & impium: & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei. Quia longa mora vide
ri poterat hinc ad iudiciū: & nemo facilè voluptates, quas
videt, pro præmiis, quæ non videt commutat, ideò ad quę-
ſtionem propoſitam ſecundum adhibet reſpōſum. ſcilicet.
Conuertimini à criminibus veſtris: & vos ipſi videbitis,
ſentietis, & experiemini quid intereſſit inter pium & impium.
Exo.7.8 Planè olim dum Moſes à Pharaone Iudæorum libertatem
requireret, magna differentia erat inter Iudęos & Ægy-
ptios, eadem (crede) ſemper eſt inter pios & impios. Ha-
bent pij pacem, lumen, gaudium in Spiritu ſancto, iubi-
los ſpiritus.. Contraria omnia habent impij. Sed licet, le-
ctor rem hanc aliquanto fuſius proſequi: non pro eius ſplē
doré, & maieſtate: ſed pro afflictorū doctrina, & hilaritate.

In primis,

In primis, Iuſtitia eſt afformatio animi ad legem Diuinam: vt igitur paries ſumit rectitudinē,& decorem, à regula: ita ſumit anima à lege Dei, à voluntate Dei, ab ipſomet Deo, cui anima afformatur. ò pulcherrimam animam, quæ ab ipſo Deo ſuam pulchritudinem mutuatur contra iniuſtitia dæmoni afformatur. fædiſſimus ille eſt ſcilicet draco tortuoſus, quam igitur fœditatem contrahet anima, ipſi fœditati coniuncta. Iuſtitia virtus eſt: imò collectio omnium virtutum eſt. Eſt verò virtus potentia, firmitas, robur. Igitur anima iuſta potens eſt, ſana eſt, robuſta eſt: vt contra, iniuſtitia eſt animi languor. & vt Græci & Latini dixerunt, eſt animi ægritudo. Quantū igitur diſtat inter iuſtū & iniuſtum Iuſtitia non paritur viribus humanis, donū cæleſte eſt. donum ſupernaturale eſt, donum ordinis Diuini eſt. n iuſtitia ex patre diabolo eſt, ex inferno eſt. Quantum ergo diſtat Deus à diabolo, diſtat iuſtitia & ſanctitas, ab iniuſtitia. & iniquitate. Iuſtitia pendet ex gratia, hęc ex Spiritu ſancto Iuxta illud. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. At iniuſtitia connexa eſt odio Dei, afflata eſt à ſpiritu diaboli. Dictum eſt. Odiſti omnes qui operātur iniquitatem. O quantum iuſtitia ab iniuſtitia differt. Iuſtitia eſt vita Diuina, eſt vita, qua viuunt in cœlo beati: eſt Regnum Dei: eſt regnum cœlorum: eſt vita qua Chriſtus vixit. qua vixere Patriarchæ & Prophetæ. Iuſtitia facit filios Dei: amicos Dei ſeruos Dei: deſideratos angelis: ſocios Sāctorū: hæredes Dei, cohæredes Chriſti. Iuſtitia facit ſecurā cōſcientiā: iuge conuiuium: facit animam ſedem Dei, domum Dei templum Dei, facit animam, vt ſit cœlum quoddam Dei, Certè ſi adducere velem teſtimonia ſacra, quæ laudes iuſtitię canunt, vniuerſam Scripturam adducerem. ¶ Dices, hæc non videntur, latent intus abſconſa. At piorum calamitates videmus. Precor te, quiſquis hæc dicis, lege lib. tertiū & quartū Regū., & ſtatim aſſeres, vniuerſos pios Reges fuiſſe fœlicifs. & proſperrima vſos fuiſſe fortuna: vt ferè vniuerſos impios infortuniis afflictos extitiſſe. ¶ Vrit adhuc te, quod videas Chriſtianos nunc, & Iudęos tunc calamitoſos. Hoc planè eſt quòd Deus vrget hoc loco. Si Chriſtiani calamitatibus oppreſſi: ſi Iudæi tantopere afflicti, viri eſſent ſanctiſſimi, nulliumque inter eos crimen reperiretur. iuſtè forſan ſuam deflerent calamitatem. Sed cum tot, criminibus ſimus obuoluti, cur flagellum dicimus eſſe iniquum?

Apoc.12 *Ariſt.5 eth.* *2.Cor.12* *Eccl.27.a* *Isa.8* *Rom.5* *Pſal.5* *Sap.1* *Rom.14* *Rom.8* *Prou.13* *3.& 4 Regum,* *Pſal.78*

Fidem noſtrum iactamas:ac ſi ſola Deo placeret. At verò cum Fidem in iniuſtitia detineamus: & fides noſtra
Rom.1 noſtris ſceleribus obruatur, non eſt quod queramur de prouidẽtia Dei:ſed quod eius vltionem ſuſtineamus. Alio-
Pſal.33 quin. Conuertimini (ait Deus) & videbitis & guſtabitis, quã
Sap.12.15 ſuauis ſit ſpiritus Domini ſcilicet ſuper mel dulcis, delectabimini in via teſtimoniorum Dei, ſicut in omnibus diui-
Pſal.18 tiis. Nam iuſtitiæ Domini rectę lętificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: iudicia Do-
Eodem. mini deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum, dulciora ſuper mel & fauum.

Protheoria.

CAPVT IIII

CAputhoc de iudicio extremo pulchra multa tradit: de quo placuit Domino tractare: quia præcipua reſponſio Dei ad impiorum querelas fuit, vt diem Iudicij expectarent: in qua conſpiceretur longiſſima differentia piorum, & impiorum.

ECCE enim (1.) dies venit (2.) ſuccenſa quaſi caminus. & erunt omnes (3.) ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: (4) & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum: *qua non derelinquet eis radicem & germen.* Illud, enim, cauſam
Exo.19 præcedentium ſignat. Quaſi diceret. Grande penitus diſcrimen eſt iuſtorum, & iniuſtorum. Nam iuſti erunt peculium. Dei, in dei Iudicij: impios verò dies: illa cremabit, vt non relinquat eis radicem neque germen. ¶ 1. Dies Iudicij veniet. Si nulla ratio diem Iudicij adduceret, niſi hæc, vt videant impij diſcrimen ſuum à piis, vel hæc
Phil.2 ſola ſufficeret. Multæ verò ſunt & aliç rationes, quibus libri pleni ſunt. Satis illa eſt. Vt omne genu ſe coram Chri-
Apoc.1 ſto flectat: cœleſtium, terreſtium, & inferorũ, vt videant eũ, etiam qui eum pupugerunt. vt functionem iudicandi exer
Ioa.5 ceat is, cui pater omne iudicium dedit, quique conſtitutus eſt Iudex viuorum & mortuorũm, vt videatur in gloria Pa-
Act.10 tris & Angelorum. qui inter duos latrones crucifixus viſus eſt: vt tanto ſit maior dãnatis pœna quanto fuerit Chriſtus
Pſal.96 ab eis in maiore maieſtate conſpectus. &c. ¶ 2. Succeſa erit dies illa, quaſi caminus. Ita pſalmus. Ignis ante ipſum præ-
Marc.14 cedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Si quidem paulò ante Chriſti è cœlis deſcenſum, horrendæ nubes ap-
Pſal.90 parebũt: veniet enim Chriſtus in nubibus cœli. Iuxta illud. Nubes & caligo in circuitu eius. Erũt enim nubes illæ parte

ſupera

ſupera ſplendidiſſimè parte verò infra caligine exhorrẽdę, ex qua parte rotabitur ignis qui omnes mundi fabricas, ipſumque mundum inflammabit. Dicente Petro. Properantes in aduentum Domini per quem cœli ardentes ſoluentur:& elementa ignis ardore tabaſcent,& aliquanto ſupra, Elementa calore ſoluentur terra verò,& quæ in ipſa ſunt opera exurentur:& Paulus dies Domini declarabit quia in igne reuelabitur. Ergo in die Iudicij à concauo cæli, ad infernum vſque erit fornax ignis verè vt hic dicitur, dies ſuccenſa quaſi caminus.¶ 3. Erunt omnes ſuperbi, quos capite precedente imoij vocauerunt arrogantes beatos, hos eoſdem arrogantes Deus paleas ab igno cremandas dicit. vtrobiq; enim eſt nomen זדים zedim, quod vt (diximus) ſignificat eos qui ſcientes,& volentes violant diuina præcepta. Neque verò ſoli ſuperbi: ſed vniuerſi facientes iniquitatem, quacunq; eam ratione faciant, erant ſtipula. ſiue palea. Iuxta verbum Baptiſtę. Paleas combu/ret igne inextinguibili. Vbi, lector diligenter attende. Ignis ille Iudicium pręueniens non ſolos impios comburet: comburet etiam & Sanctos. ſed hoc diſcrimine comburet ignis impios, vt ſtipulam comburet pios vt aurum & argentum. Hęc docuit Paulus cum ait. Supra fundamentum ædificati aurum & argentum, ædificari etiam ligna, fœnum, & ſtipulam. Ergo exuſtum aurum & argentum ſplendidius fit. At ſtipula exuritur, vt non relinquatur ex ea radix aut germen. ¶ 4. Inflammabit, inquit eos, vt nō remaneat radix aut germen. Certè cum in hoc mundo igne tribulationum adurimur, is ignis exurit arboris ramum, & germen. libera radix manet anima, vt reſiliat è culpa ad gratiam: è pœna ad patientiam. Radix igitur libertatis perſeuerat. At ignis Iudicij, non germen modò ſed & radicem impiorum abſumet. nihil enim illis libertatis manebit. Dictũ.n. de iis eſt. Pluet ſuper peccatores laqueos, quibus ſcilicet conſtricti pœnitus;, nullo modo liberi eſſe poſſint. Et equidem cum Vigil excindit arborem, qui erat Nabuchodonoſor, ramis & trunco diſiectis, radix iuſſa manere eſt. ſignificans ſpem fore, vt ille reſtitueretur. At quia nulla ſpes eſt fore, vt damnati reſtituantur, ideò abſumpto germine; radix etiam abſumitur. Et planè fœlices eſſent damnati, ſi radix & rami in nihilum à vorantricibus flammis deuorarentur; ſed heu, deuorantur quantum ad gloriam: viuæ perſeuerant quantum ad pœnam. Nihil ſunt ad regnum, toti & integri ſunt ad ſupplicium.

2.Pe.vl. *2.Pe.vl.* *1.Cor.3* *Mal.3* *Sup.ca.3* *Mat.3* *1.Cor.3* *Pſal.10* *Dan.4* *Matth.19*

Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ,& (2.) ſanitas in pennis eius:Et (3.)egrediemini:&(4.)ſalietis ſicut vituli de armento.Et(5.)calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in(6.)die:qua ego facio,dicit Dominus exercituum.

.Ti.4 • Antequam Iudex appareat in throno ſuę maieſtatis,excitabuntur omnes & pij & impij.Archangeli tuba,eos ad Iudicium excitante. Omnes ſiquidem reſurgemus : licet non omnes ad gloriam immutabimur. Excitari expectabimus venientem iam Iudicem. En venit ille.O triſte impiis ſpectaculum!Sed vobis ô pij orietur, apparebitque Sol ille iuſtitiæ.Illam vobis hilaritatem & lętitiam præſtans, quam è tenebris exoriens Sol , mundo optanti pręſtare conſueuit. Et equidem ſi in cœlo futurus eſt Chriſtus luminare maius, quod ciuitati ſupernæ lumen exhibebit planè Sol illius ſuperioris mundi vocetur , ſicut hic noſter Sol mundi inferiores nominatur. Sed hic Sol non eſt Sol iuſtitiæ æqualiter ſiquidem ſe pandit piis & impiis.At Chriſtus Sol mundi ſuperioris , iure vocabitur Sol iuſtitiæ : vt qui iam ex die Iudicij ſolis iuſtis ſplendebit: vt qui in die iudicij ſuam iuſtitiam demonſtrabit : & noſtram illuſtrabit & coronabit : & impiorum iniuſtitiam iuſtiſſimè damnabit. ¶ 2.Orietur etiam iuſtis ſanitas in pennis ſeu alis iuſtitiæ diuinæ.Siquidem pronomē eius,vtpote fœmininum referri debet ad iuſtitiam:vt ſit ſenſus orietur ſanitas in pennis iuſtitiæ. Ergo cum Chriſtus proferet ſententiam & iuſtitiam pro piis,illa ſententia ſeu iuſtitia prodibit , velut auis ex ore Chriſti ad aures piorum afferens in pennis , vel alis ſuis ſanitatem ſalutem & immortalitatem:vt enim columba Noë ramum oliuæ attulit in roſtro:ita,verba ſententiæ iuſtiſſimè prolatę afferent velociſſimè ſanitatem ęternam timentibus Deum. Hoc verò eſt quod ſanitas:veniat piis in alis iuſtitiæ. ¶ 3. Et egredimini,ô myſterium arcanum!Continuit terra pios dum viuerent:continuit terra corpora eorum,in ſepultura. En tunc deſerunt terrena corpora terram : egrediuntur terrena corpora mundum: egrediuntur ex hoc orbe,collocanda ſuper excelſa cœlorū faſtigia. Egreſſus eſt Noë de arca: egreſſus Abrahā è Chaldea:egreſſi filij Iſrael de Ægypto: ſed nihil adeò magnū,quā quod caro egrediatur ex hoc mūdo in loco ſpirituū cōſtituēda. ¶ 4.Et ſalietis.Hebręa litera ita dicit.exiemini ſicut,vituli ſaginę:ſed idē eſt ſenſus qui eſt.

Margin notes: 1.Cor.15; Apoc.21; Matt.5; 2.Ti.4; Matt.26.; Gen.8; Gene.8; Gene.12; Exod.12

Non conſtituemini in aliquo arcto , & anguſto loco ſed in regionibus cœleſtibus, id eſt in paſcuis ſpacioſiſſimis,

mis,& ſpecioſiſſimis:vbi licebit vobis vos extẽdere, & exilire:vt ſolent electiſſimi ex armento vituli ſalire, cum ſpacioſa & pinguia loca depaſcunt. Tu lector intellige Sanctos in cœlo,non in aliquo loco fixos conſiſtere,velut columnas,aut palos terræ defixos:ſed diſcurrent,velut ſcintillæ in arundineto,veloci motu(velut vituli pingues)quo volent ibunt.Hoc ſignificat,quod pij ſalient, vt ſaliunt vituli,cum ſunt lætiſſimi, pingues, & ſplendidi: vbi occultè ſubindicatur,pios in cœlo futuros ſplendidos, lætos, benè habitos:vtpotè q̃ cœleſtibus paſcuis perfruũtur.¶5.Et calcabitis impios, cum fuerint cinis.Horum vtrũque dubium videtur afferre.Nam nec impij in cineres redigentur nec ſi redigerentur, à piis conculcabuntur. At vt ingenuè fatear,impios non eſſe in cinerem conuertendos, id enim illi pro ſumma fœlicitate ſuſciperent, nihilominus corpora eorum erunt pallida,vt cinis,& cinerulenta:vt cinere exteriore,flammas teſtentur interiores.Eſt autẽ conſueta nobis phraſis loquendi, cinerem dicere pallentem nimis hominem.Ergo vt pij reſurgent bene habiti rubẽtes,ſplendidi: ita impij ſurgent in modum cineris pallentes, languidi:ac ſi longo tempore morbos eos inuaſiſſet. Porrò miſterium nobis hic reuelatur,venturos.ſcilicet Sanctos è cœlis in infernum,ſcilicet conſiſtentes ſuper loco damnatorum,velut eos conculcãtes.Vẽiẽt enim conſpectum,quomodo Deus effundat iram in vaſa irę, aptata in interitum. Venient, vt lętetur de malis impiorum, iuxta illud. Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccator s. ¶ 6.In die,qua ego facio, in die Iudicij,pius incipit (ſi ita loqui fas eſt) æternitatis dies, & ea dies in ęternum inuariata durat. Ait Dominus, Filius meus tu es, ego hodie genui te: quia generat in die æternitatis. Ita & fœlicitas beatorum eſt in die, qua Deus facit, eſt in die æternitatis, in æternum beat bonos:torquet verò malos. Igitur in æternitate exilient Sãcti in cœleſtibus regionibus, velut vituli in vbertimis paſcuis,& in æternitate habebũt impios ſub pedibus ſuis: vt in æternum nihil ab eis timeant. Ergo, vt omnia tunc erunt Chriſto ſubiecta:ita & erunt Sanctis eis.¶ Tu interim aduerte ordinem rerum,primum prodit ignis, ſicut ardentiſſimus caminus. Secundò, is ignis exurit,velut ſtipulam,omnes impios. Tertiò,oritur Sol iuſtitię omnibus piis.Quartò,oritur iuſtitia,adducens ſanitatem ęternam omnibus iuſtis.Quintò,deducuntur hi in cœlos,

Sap. 3. *Rom. 9.* *Pſal. 57.* *Pſal. 2.* *Pſal. 109.* *1. Cor. 15.*

los,

los, vbi velut vituli exiliunt præ hilaritate. Sextò, conculcát
Mat.25. pij impios cineribus conſperſos: velut ſumentes vltionē ab eis. Hactenus. *Memento legis Moyſi ſerui mei, quàm mandaui ei in Horeb ad omnē Iſrael, præcepta & iudicia.* Sermo Domini
Exod.17. eſt ad Iudæos, qui erant tempore Malachiæ, qui peccabant
Deut.9. peccatis in hac prophetia explicatis, id eſt, qui peccabant,
Pſal.39. obliti legis Moſaicæ ad quam obligabantur. Ergò ô Iudæi,
Pſal. 118. cur peccatis effrænes, ac ſi nulla lege obſtringeremini Habetote legē veſtram in medio cordis veſtri, ne peccetis, & vos ego caſtigem. Porrò occultè laudat legem ex multis capitibus: primum ex ſanctitate Moyſi, legem publicauit, ideò vocat eum ſeruum meum. Erat enim omnium mortalium qui tunc viuebant ſanctiſſimus. Certè erat mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabātur in ter-
Num. 12. ra. Attentè verò vocat Moſen ſeruum. Erat enim Moſes in
Heb.3. domo Dei, tāquam fidelis famulus: Chriſtus verò vt naturalis filius. Secundò laudat legem ex maieſtate ſua, qui eā legem Moyſi ferendam dedit. Sileat igitur Lycurgus, ſileat & Solon & cæteri legiſlatores. Tertiò legem commendat ex eius præfectione ſcilicet quia habebat illa, præcepta atque iudicia. Præcepta videtur eſſe, quę ad religionem: iudicia verò quę ad lites, & reliquā populi gubernationē ſpe-
Ex.202. ctant, Cur igitur Iudęi obliuiſcantur legis, quam Deus eis
Deut.27. tulit tanto rerum apparatu: & quæ tot benedictionibus cu-
& 28. mulauit eius obſeruatores: tot contra malectionibus violatores? Mementote verò ſpecialiter, ne in die Iudicij cum impiis dānemini. demum ſpecialiter, ne cōqueramini, quod calamitatibus opprimamini. Si in vos calamitates irruunt, obliuio legis in cauſa eſt.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ante quàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum. Ne forte veniam & percutiam terram anathemate. Multa myſteria aperit hoc loco Propheta. Primum, quod Iudęi ante diem Iudicij erunt infideles: à Deo, & à ſuorum patrum ſpiritu alieni: vt eos nunc eſſe videmus. Si enim veniet Elias adducturus eos ad
Iſai.6. Deum, planè auerſi erūt à Deo Vel hoc igitur teſtimonio,
Ioan.11. cognòſcere debuiſſent, quàm ſint noſtro tempore, Deo rebelles. Verè igitur dictum eſt, Excæca cor populi huius. Secundum myſterium. Veniet Elias Propheta ante diem Iudicij. Vbi nota. Ioannes Baptiſta, ſpiritu & offio fuit: perſona non fuit Elias. Sed cum hoc loco Dominus dicat.

mittam

mittam vobis Eliam prophetam ſine dubio intelligit de Eliæ perſona. Ita aſſeruit Aretha: dicens ita aſſeruiſſe Chriſti præcones, quorum teſtimonium (inquit) inniolabiliter recipitur. Idem Ansbertus ex Hieronymi, & Gregorij autoritate profitetur. Imo hoc ipſum Chriſtus aſſeruit dicens. Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. *Aretha.* *Ansbert.*

Ergo vnus ex illis duob. teſtibus, qui venient ante iudicium, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, Elias erit. ¶Quæris quorſum neceſſe fuerit venire Ioannem in ſpiritu Eliæ ante Chriſti priori aduentum & venire ipſum Eliam, ante poſteriorem? Reſpondeo. Spiritus ſanctus diſtribuit dona ſua prout vult, & donum quidem conuertendi gentes dedit Apoſtolis, donum vero conuertendi Iudæos à fide abductos, ad fidem antiquam, dedit Eliæ, in excelſo gradu. Ergo quia id donum, in eo gradu erit neceſſarium, ad cõuertendam Iudæorum peruicatiam: ideò ipſe Elias reſeruatur, ad eam conuerſionem faciendam: vt olim fecit, cum à Deo ſuo, ad idola Iudæi erant abducti. Quia verò non in tanto gradu erat illud donum neceſſarium in Chriſti aduentu priore, ſatis fuit veniſſe Ioannem: in ſpiritu Eliæ tamen. ¶Vrges, Abraham diuiti roganti, vt ad ſuos fratres Lazarum mitteret, qui eos ad meliorem frugem traduceret, reſpondit. Habent Môſen, & prophetas? ſi hos non audiunt, neq; ſi aliquis ex mortuis ſurrexerit, credent. Igitur Iudæi non credent Eliæ. Certè ideò mortuus Elias non eſt: ſed raptus in locum Deo cognitum, vt cum venerit, & ſe eſſe Eliam oſtenderit, Iudæi fidem habeant prædicatori & ſuo, & tanto. *Matt. 17.* *Apo. 11.* *Mat. 17.* *1. Cor. 12.* *Rom. 1.* *3. Re. 18.* *Eodem.* *Luc. 18.* *4. Re. 2.*

Redeamus ad myſteria. Tertium eſt, Conuertet cor patrum ad Filios. Id eſt, Elias erit tam ſanctus, erit tam efficaci, & feruenti oratione, vt Patriarchas, & Prophetas, qui Iudæorum patres fuere, quique nunc ob filiorum impietatem, ſunt ab eis auerſi, ipſos patres ad ſuos filios conuertat: efficiatq;, vt cor patriarcharum ſollicitum ſit pro Iudæorum ſalute: Deumq; enixius pro eorum remedio precentur. Ergo intellige Iudæos eſſe infideles qua cauſa Patriarchę ſunt à Iudęis auerſi. Sed propter orationẽ Elię cõuertentur patriarchæ, vt ſalutem Iudæorum, pro virili procurent, hoc igitur eſt, Conuertet Elias cor patrum ſcilicet patriarcharum, in filios ſuos ſcilicet Iudæos. Quartum myſterium. Conuertet Elias cor filiorum ad patriarchas, vt procurent filij, ſimiles eſſe parentibus, eorumque vitàm & animum imitentur. In hoc maximè, vt ſicut Patriarchę ſummis votis Chriſtum optabant

Ita

ita Iudæi apertis vlnis, eum recipiat, & ſicut Abraham exul-
Luc. 12. tauit, & videret diem Domini: & Iacob cum eo luctatus eſt
Ioan. 8. (vt Concilium Smyrneum aſſeruit) & Dauid eius promiſ-
Gen. 32. ſionem accepit: ita illi læti recipiant, quem ſui maiores a-
Concil. deo venerati ſunt. Et hoc eſt conuertere cor filiorum ad pa-
Smyrnen. tres eorum. Hoc Eliæ facinus habetur in Eccleſiaſtico, In-
ſcriptus es, ait, in iudiciis temporum, lenire iracundiam Do-
Ecc. 48. mini, conciliare cor patris ad filium: & reſtituere domum
Iacob, & Paulus hanc Iudæorum conuerſionem prędixit,
hoc modo. Cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis
Rom. 11. Iſrael ſaluus fiet. Quintum myſterium aperit Dominus ſci-
licet ſi Elias non veniſſet, & infideles Iudæos conuertiſſet
forſan Dominus veniret, & terram anathemate id eſt, æter-
na maledictione peruerteret. Nam percuſſit Sodomæos, &
Gen. 18. Gomorrhæos, quia nec decem iuſtos inter illos inuenit. Cũ
Mat. 24. igitur propè iudicium abundabit Chriſtianorum iniquitas,
Luc. 18. & charitas refrigeſcet: imò vix inter eos fideles inuenietur: ſi
etiam Iudæi infideles perſeuerarent, Deus tunc in orbe
iuſtos minimè reperiret. Ergo iuſtos minime inueniens, for-
ſan terram in æternum malediceret. Nam licet clementia
Deum à maledicendo retraheret: terræ tamen iniquitas
eum ad maledicendum prouocaret. Sed quia prædicatione,
Eccl. 48. oratione, miraculis, & vita Elias conuertet Iudæos, qui eum
audient, ideo Dominus terram anathemate & maledictione
2. Pet. vlt. non percutiet. Imò vero quia tam in fide feruentes Iudæos
Iſai. 24. tunc terra in ſuo ſinu fouebit, Dominus ei benedicet nam
eam purificabit: à maculis peccatorum, quibus homi-
nes eam infecerunt deterget: facietque, vt San-
cti qui in cœlis viuent, ad aliquando deſ-
cendet: & pro beneficiis à Deo in
ea receptis ipſum ex totis
viſceribus laudent, a-
ment, & flexis ge-
nibus ado-
rent.

***

LAVS DEO.

IN ROMA